SAN AGUSTÍN DE HIPONA

Epístolas

Epistolas

TOMO IV · VI

SABBATISMUS

San Agustín de Hipona (354–430)
Epistolas · Epístolas

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

CAPÍTULO II. 7
CAPÍTULO III. 9
CAPÍTULO IV. 13
Epistola CLVI. 19
Epistola CLVII. 19
CAPÍTULO I. 19
CAPÍTULO II. 21
CAPÍTULO III. 29
CAPÍTULO IV. 45
CAPÍTULO V. 61
Epístola CLIX. 73
Epístola CLX. 79
EPÍSTOLA CLXII. 87
Epístola CLXIII. 97
CAPÍTULO II. 99
CAPÍTULO III. 103
CAPÍTULO IV. 107
CAPÍTULO V. 113
CAPÍTULO VI. 115
CAPÍTULO VII. 117
CAPÍTULO PRIMERO. 121
CAP. II. 123
CAP. III. 123
SOBRE LAS DOS EPÍSTOLAS QUE SIGUEN PRÓXIMAMENTE. (LIB. II RETRACT. CAPÍTULO XLV.) 125
Libro sobre 125
CAPÍTULO I. 125
CAPÍTULO II. 127
CAPÍTULO III. 133
CAPÍTULO IV. 135
CAPÍTULO V. 139
CAPÍTULO VI. 143
CAPÍTULO VII. 145
CAPÍTULO VIII. 149
CAPÍTULO IX. 153
CAPÍTULO PRIMERO. 155
CAPÍTULO II. 161
CAPÍTULO III. 165
CAPÍTULO IV. 169
CAPÍTULO V. 171
CAPÍTULO VI. 173
CAPÍTULO PRIMERO. 179
CAPÍTULO II. 181
CAPÍTULO III. 187

CAPÍTULO IV. 189
Carta CLXXI 201
FRAGMENTO DE UNA EPÍSTOLA HASTA AHORA INÉDITA DE AGUSTÍN A MÁXIMO. 201
Carta CLXXII 205
Carta CLXXIV. 215
Carta CLXXV. 217
Carta CLXXVI. 225
Carta CLXXVII. 229
Carta CLXXVIII. 245
Carta CLXXX. 257
Carta CLXXXI. 261
Epístola 182. 271
Epístola 183. 277
Epístola 184. 281
CAPÍTULO PRIMERO. 281
CAPÍTULO II. 285
CAPÍTULO III. 285
SOBRE LA EPÍSTOLA SUBSIGUIENTE. (LIB. II RETRACT., CAP. XLVIII.) . . 289
Libro sobre 289
CAPÍTULO PRIMERO. 289
CAPÍTULO II. 293
CAPÍTULO III. 301
CAPÍTULO IV. 305
CAPÍTULO VI. 311
CAPÍTULO VII. 315
CAPÍTULO VIII. 323
CAPÍTULO IX. 325
CAPÍTULO X. 331
CAPÍTULO X. 337
Carta CLXXXVI. 341
CAPÍTULO PRIMERO. 341
CAPÍTULO II. 343
CAPÍTULO III. 347
CAPÍTULO IV. 349
CAPÍTULO V. 351
CAPÍTULO VI. 355
CAPÍTULO VI. 359
CAPÍTULO VIII. 363
CAPÍTULO IX. 367
CAPÍTULO X. 371
CAPÍTULO XI. 373
CAPÍTULO XII. 375
SOBRE LA SIGUIENTE EPÍSTOLA (LIB. II RETRACT. CAP. XLIX) 379
Libro sobre 379

CAP. PRIMERO. 379
CAPÍTULO II. 381
CAPÍTULO III. 383
CAPÍTULO IV. 385
CAPÍTULO V. 389
CAPÍTULO VI. 391
CAPÍTULO VII. 395
CAPÍTULO VIII. 399
CAPÍTULO IX. 403
CAPÍTULO X. 405
CAPÍTULO XI. 407
CAPÍTULO XII. 409
CAPÍTULO XIII. 411
CAPÍTULO PRIMERO. 415
CAPÍTULO II. 419
CAPÍTULO III. 425
Carta CLXXXIX. 429
CAPÍTULO PRIMERO. 435
CAPÍTULO II. 437
CAPÍTULO III. 441
CAPÍTULO IV. 443

CAPUT II.

5. Si prolixa epistola onerosus sum, tute hoc intulisti tibi, qui me sapientem appellasti. Hinc enim ausus sum haec ad te loqui, ut tibi sapientiam, non qualis mihi sit, ostentarem, sed qualis esse debeat ostenderem. Haec est autem in praesenti saeculo verus veri Dei cultus, ut sit ejus in futuro saeculo certus atque integer fructus. Hic constantissima pietas, ibi sempiterna felicitas. Ex ista sapientia, quae una vera est, si quid habeo, a Deo sumpsi, non a me praesumpsi; atque ab illo in me perfici fideliter spero, a quo inchoatum esse humiliter gaudeo; nec in eo quod adhuc non donavit incredulus, nec in eo quod jam donavit ingratus. Non enim meo vel ingenio vel merito, sed ejus dono sum, si quid laudabiliter sum. Nam quaedam acutissima et excellentissima ingenia tanto in majores errores ierunt, quanto praefidentius tanquam suis viribus cucurrerunt, nec suppliciter ac veraciter Deum, ut sibi viam ostenderet, petiverunt. Merita vero quorumlibet hominum quae sunt; quandoquidem ille, qui non cum mercede debita, sed cum gratuita gratia venit, omnes peccatores solus a peccatis liber atque liberator invenit?

6. Si ergo nos virtus vera delectat, ei dicamus, quod in ejus sacris Litteris legimus, Diligam te, Domine, virtus mea (Psal. XVII, 2): et si vere beati esse volumus (quod nolle non pessumus), id quod in eisdem Litteris didicimus, fido corde teneamus, Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus, et non respexit in vanitates et insanias mendaces (Psal. XXXIX, 5). Quanta est autem vanitas, quanta insania, quantumque mendacium, hominem mortalem, aerumnosam vitam mutabili et spiritu et carne ducentem, tot peccatis oneratum, tot tentationibus subditum, tot corruptionibus obnoxium, poenisque justissimis destinatum, in seipso fidere ut beatus sit, quando ne illud quidem, quod habet in naturae suae dignitate praecipuum, id est mentem atque rationem, potest vindicare ab erroribus, nisi Deus adsit lux mentium! Abjiciamus itaque, obsecro te, falsorum philosophorum vanitates et insanias mendaces: quia nec virtus nobis erit, nisi adsit ipse quo juvemur; nec beatitudo, nisi adsit ipse quo fruamur, et totum mutabile atque corruptibile nostrum, quod per seipsum imbecillum et quaedam materies miseriarum est, dono immortalitatis atque incorruptionis absorbeat.

CAPÍTULO II.

5. Si soy oneroso con una carta prolija (prolixa epistola), tú mismo te lo has buscado, que me has llamado sabio. Pues por esto me he atrevido a decirte estas cosas, no para ostentarte mi sabiduría, sea cual fuere, sino para mostrarte cuál debe ser. Esta es, pues, en el siglo presente el verdadero culto del verdadero Dios (verus veri Dei cultus), para que haya de él en el siglo futuro un fruto cierto e íntegro. Aquí la piedad (pietas) más constante, allá la felicidad sempiterna. De esta sabiduría, que es la única verdadera, si algo tengo, lo recibí de Dios, no lo presumí de mí mismo; y espero fielmente que sea perfeccionada en mí por aquel por quien me gozo humildemente de que haya sido iniciada; no siendo incrédulo en lo que aún no ha dado, ni ingrato en lo que ya dio. Pues no soy por mi ingenio ni por mi mérito, sino que por su don soy, si algo soy laudablemente. Pues algunos ingenios agudísimos y excelentísimos cayeron en tanto mayores errores, cuanto más confiadamente corrieron como por sus propias fuerzas, y no buscaron a Dios suplicante y verdaderamente para que les mostrara el camino. Pues, ¿cuáles son los méritos de cualesquiera hombres, cuando aquel que vino no con la recompensa debida, sino con la gracia (gratia) gratuita, encontró a todos pecadores, siendo él solo libre y libertador de los pecados?

6. Si, pues, nos deleita la virtud verdadera (virtus vera), digámosle lo que leemos en sus sagradas Letras: Te amaré, Señor, virtud mia (Sal. 17, 2): y si queremos ser verdaderamente bienaventurados (beati) (lo cual no podemos no querer), retengamos con corazón fiel lo que aprendimos en las mismas Letras: Bienaventurado el varón cuyo nombre del Señor es su esperanza, y no miró a las vanidades y a las insanias mentirosas (Sal. 39, 5). Pues cuán gran vanidad (vanitas), cuán gran insania (insania), y cuán gran mentira (mendacium) es que el hombre mortal, que lleva una vida penosa con espíritu y carne mudables, cargado de tantos pecados, sometido a tantas tentaciones, expuesto a tantas corrupciones, y destinado a penas justísimas, confíe en sí mismo para ser bienaventurado, cuando ni siquiera aquello que tiene de principal en la dignidad de su naturaleza, esto es, la mente y la razón, puede reivindicarlo de los errores, ¡si Dios no está presente como luz de las mentes! Arrojemos, pues, te ruego, las vanidades e insanias mentirosas de los falsos filósofos: porque ni tendremos virtud si no está presente él mismo por quien seamos ayudados; ni bienaventuranza si no está presente él mismo de quien gocemos, y absorba todo lo mudable y corruptible nuestro —que por sí mismo es débil y como una materia de miserias— con el don de la inmortalidad (immortalitas) y de la incorrupción (incorruptio).

7. Quoniam vero te reipublicae scimus amatorem, non aliunde esse beatum hominem, aliunde civitatem, vide quam sit in illis sacris Litteris clarum. Nam quidam in eis sancto Spiritu plenus haec loquitur orans: Exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filii velut novellae constabilitae in juventute sua. Filiae eorum compositae, et ornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oves eorum fecundae, multiplicantes in exitibus suis; boves eorum crassae. Non est ruina maceriae, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui haec sunt: beatus populus cujus Dominus Deus ipsius (Psal. CXLIII, 11-15).

8. Vides exaggeratione terrenae felicitatis beatum populum non dici, nisi a filiis alienis, id est non pertinentibus ad regenerationem qua efficimur filii Dei: a quorum manu iste se eximi precatur, ne ab eis in hanc opinionem atque in peccata impia pertrahatur. Loquendo quippe vanitatem, beatum dixerunt populum cui haec sunt quae supra commemoravit, quibus ea felicitas constat quam solam dilectores hujus mundi inquirunt. Et ideo dextera eorum, dextera iniquitatis, quia haec praeposuerunt quae fuerant postponenda, sicut sinistrae praeponitur dextera. Si enim habentur, non in eis beata vita ponenda est: subdita esse debent non praedita; sequentia, non ducentia. Huic autem qui sic orabat, et a filiis alienis qui beatum dixerunt populum cui haec sunt, eximi discernique cupiebat, tanquam diceremus, Ipse quid sentis? quem beatum populum dicis? non ait, Beatus populus, cujus est virtus animi ejus. Quod si dixisset, discrevisset quidem etiam istum populum ab illo qui beatam vitam in ista visibili et corporali felicitate constituit; sed nondum transcendisset omnes vanitates et insanias mendaces: Maledictus enim omnis, sicut alibi eaedem Litterae docent, qui spem suam ponit in homine (Jerem. XVII, 5); ergo nec in seipso quisquam debet, quia et ipse homo est. Proinde ut transiret omnium vanitatum et insaniarum mendacium limites, atque ibi beatam vitam poneret, ubi vere est, Beatus, inquit, populus, cujus Dominus Deus ipsius.

CAPUT III.

7. Pero puesto que sabemos que eres amante de la república (respublica), y que no de una fuente es bienaventurado el hombre y de otra la ciudad, mira cuán claro es en aquellas sagradas Letras. Pues uno en ellas lleno del Espíritu Santo habla estas cosas orando: Arrebátame de la mano de los hijos ajenos, cuya boca habló vanidad, y su diestra es diestra de iniquidad. Cuyos hijos son como renuevos establecidos en su juventud. Sus hijas compuestas y adornadas como la semejanza de un templo. Sus bodegas llenas, rebosantes de esto en aquello. Sus ovejas fecundas, multiplicándose en sus salidas; sus bueyes gordos. No hay ruina de cerca, ni paso, ni clamor en sus plazas. Llamaron bienaventurado al pueblo que tiene estas cosas: bienaventurado el pueblo cuyo Señor es su Dios (Sal. 143, 11-15).

8. Ves que por la exageración de la felicidad terrena no se llama bienaventurado al pueblo sino por los hijos ajenos, esto es, los que no pertenecen a la regeneración por la que somos hechos hijos de Dios: de cuya mano pide él ser arrebatado, para no ser arrastrado por ellos a esta opinión y a pecados impíos. Pues hablando vanidad, llamaron bienaventurado al pueblo que tiene estas cosas que conmemoró arriba, en las cuales consiste aquella felicidad que solo buscan los amadores de este mundo. Y por eso su diestra es diestra de iniquidad, porque antepusieron estas cosas que debían ser pospuestas, así como se antepone la diestra a la siniestra. Pues si se tienen, no debe ponerse en ellas la vida bienaventurada: deben estar sujetas, no antepuestas; siguiendo, no mandando. Pero a este que así oraba, y deseaba ser arrebatado y distinguido de los hijos ajenos que llamaron bienaventurado al pueblo que tiene estas cosas, como si dijéramos: ¿Tú qué piensas? ¿a qué pueblo llamas bienaventurado?, no dice: Bienaventurado el pueblo cuya virtud de su alma es la suya propia. Lo cual, si lo hubiera dicho, habría distinguido ciertamente también a este pueblo de aquel que constituyó la vida bienaventurada en esta felicidad visible y corporal; pero aún no habría trascendido todas las vanidades e insanias mentirosas: pues maldito todo aquel, como en otro lugar enseñan las mismas Letras, que pone su esperanza en el hombre (Jer. 17, 5); por tanto, ni siquiera en sí mismo debe hacerlo nadie, porque también él mismo es hombre. Por consiguiente, para pasar los límites de la mentira de todas las vanidades e insanias, y poner la vida bienaventurada allí donde verdaderamente está, dijo: Bienaventurado el pueblo cuyo Señor es su Dios.

CAPÍTULO III.

9. Cernis igitur unde petendum sit quod omnes docti indoctique desiderant, et multi errando ac superbiendo, unde petatur et ubi accipiatur ignorant. Utrique autem in quodam divino psalmo simul reprehenduntur, et qui confidunt in virtute sua, et qui in abundantia divitiarum suarum gloriantur (Psal. XLVIII, 7); id est, et philosophi hujus saeculi, et abhorrentes vel a tali philosophia, beatumque dicentes populum cui suppetit terrena opulentia. Ac per hoc a Domino Deo nostro a quo facti sumus, et virtutem petamus qua hujus vitae mala superemus, et beatam vitam qua post istam vitam in ejus aeternitate perfruamur, ut et in virtute et in praemio virtutis, sicut Apostolus dicit, qui gloriatur, in Domino glorietur (II Cor. X, 17). Hoc nobis velimus, hoc civitati cujus cives sumus: non enim aliunde beata civitas, aliunde homo; cum aliud civitas non sit, quam concors hominum multitudo.

10. Itaque si omnis prudentia tua, qua consulere conaris rebus humanis; si omnis fortitudo, qua nullius iniquitate adversante terreris; si omnis temperantia, qua in tanta labe nequissimae consuetudinis hominum te a corruptionibus abstines; si omnis justitia, qua recte judicando sua cuique distribuis, id laborat, id nititur, ut hi quibus vis ut bene sit, salvi sint corpore, et ab omni cujusquam improbitate tuti atque pacati, habeant filios sicut novellas constabilitas, filias ornatas sicut similitudinem templi, cellaria plena eructantia ex hoc in hoc, fecundas oves, crassas boves, nec maceriae ruina deformet praedium, nec litigantium clamor personet in plateis eorum; ita non erunt verae virtutes tuae, sicut nec istorum beatitudo. Hic enim ad verum dicendum illa mea verecundia, quam in tua epistola benigno sermone laudasti, me impedire non debet. Si quaelibet, inquam, administratio tua, illis quas commemoravi instructa virtutibus, hoc intentionis fine determinatur, ut homines secundum carnem nullas iniquas molestias patiantur; nec ad te existimas pertinere, quo istam quietem, quam praestare niteris, referant, id est (ut verbis non ambiam) quomodo Deum verum, ubi est quietae vitae omnis fructus, colant, nihil tibi prodest ad vitam vere beatam tantus labor.

9. Ves, pues, de dónde debe pedirse lo que todos los doctos e indoctos desean, y muchos, errando y ensoberbeciéndose, ignoran de dónde se pide y dónde se recibe. Pero ambos son reprendidos juntamente en un cierto salmo divino: tanto los que confían en su propia virtud (virtus), como los que se glorían en la abundancia de sus riquezas (Sal. 48, 7); esto es, tanto los filósofos de este siglo, como los que aborrecen incluso tal filosofía y llaman bienaventurado al pueblo al que le sobra la opulencia terrena. Y por esto, del Señor Dios nuestro, por quien fuimos hechos, pidamos tanto la virtud con la que superemos los males de esta vida, como la vida bienaventurada con la que gocemos de su eternidad después de esta vida, para que tanto en la virtud como en el premio de la virtud, como dice el Apóstol: El que se gloría, gloríese en el Señor (2 Cor. 10, 17). Esto queramos para nosotros, esto para la ciudad de la que somos ciudadanos: pues no de una fuente es bienaventurada la ciudad (beata civitas) y de otra el hombre; ya que la ciudad no es otra cosa que una multitud concorde de hombres (concors hominum multitudo).

10. Por tanto, si toda tu prudencia (prudentia), con la que intentas mirar por las cosas humanas; si toda tu fortaleza (fortitudo), con la que no te aterras ante la adversidad de ninguna iniquidad; si toda tu templanza (temperantia), con la que en tan gran fango de la pésima costumbre de los hombres te abstienes de las corrupciones; si toda tu justicia (justitia), con la que juzgando rectamente distribuyes a cada uno lo suyo, trabaja y se esfuerza en esto: en que estos para quienes quieres que todo vaya bien, estén sanos de cuerpo, y protegidos y pacificados de toda improbidad de cualquiera, tengan hijos como renuevos establecidos, hijas adornadas como la semejanza de un templo, bodegas llenas rebosantes de esto en aquello, ovejas fecundas, bueyes gordos, ni la ruina de la cerca deforme la finca, ni el clamor de los litigantes resuene en sus plazas; así no serán verdaderas tus virtudes, como tampoco la bienaventuranza de aquellos. Pues aquí, para decir la verdad, aquella verecundia (verecundia) mía que en tu carta alabaste con benigno discurso, no debe impedirme. Si cualquier administración tuya, digo, instruida con aquellas virtudes que conmemoró arriba, se determina por este fin de intención: que los hombres según la carne no padezcan ninguna molestia inicua; y no piensas que te pertenece a qué refieran ellos aquella quietud que te esfuerzas por prestar, esto es (para no andar con rodeos), cómo den culto al Dios verdadero, donde está todo el fruto de una vida quieta, de nada te sirve para la vida verdaderamente bienaventurada tan gran trabajo.

11. Inverecundius hoc dicere videor, et oblitus quodammodo consuetudinem intercessionum mearum. Sed si nihil est verecundia, nisi quidam displicendi metus, ego in hac causa metuendo non vereor. Metuo enim ne primum Deo, deinde ipsi amicitiae quam mecum inire dignatus es, jure displiceam, si minus liber in admonendo fuero, quod me admonere saluberrime existimo. Sim certe verecundior, cum tibi pro aliis intercedo: cum vero pro teipso, tanto liberior quanto amicior; quia tanto amicior quanto fidelior: quanquam haec ipsa non dicerem, nisi verecundius agerem. Quae si maxima est, ut ipse scripsisti, difficilium inter bonos efficacia; adjuvet me pro te apud te, ut in illo te fruar, qui mihi hanc ad te januam fiduciamque praestitit: praesertim quia id quod suggero, jam facile arbitror esse animo tuo tot divinis muneribus adminiculato et instructo.

12. Si enim virtutes quas accepisti, a quo acceperis sentiens, eique gratias agens, eas ad ipsius cultum etiam in tuis istis saecularibus honoribus conferas, tuaeque potestati subditos homines ad eum colendum exemplo tuae religiosae vitae, et ipso studio consulendi, seu fovendo seu terrendo erigas et adducas, nihilque aliud in eo quod per te securius vivunt, velis, nisi ut hinc illum promereantur, apud quem beate vivent; et verae illae virtutes erunt, et illius opitulatione, cujus largitate donatae sunt, ita crescent et perficientur, ut te ad vitam vere beatam, quae non nisi aeterna est, sine ulla dubitatione perducant: ubi jam nec prudenter discernantur a bonis mala, quae non erunt; nec fortiter tolerentur adversa, quia non ibi erit nisi quod amemus, non etiam quod toleremus; nec temperanter libido trenetur, ubi nulla ejus incitamenta sentiemus; nec juste subveniatur ope indigentibus, ubi inopem atque indigum non habebimus. Una ibi virtus erit, et idipsum erit virtus praemiumque virtutis, quod dicit in sanctis eloquiis homo qui hoc amat: Mihi autem adhaerere Deo bonum est (Psal. LXXII, 28). Haec ibi erit plena et sempiterna sapientia, eademque veraciter vita jam beata: perventio quippe est ad aeternum ac summum bonum, cui adhaerere in aeternum est finis nostri boni. Dicatur haec et prudentia, quia prospectissime adhaerebit bono quod non amittatur; et fortitudo, quia firmissime adhaerebit bono unde non avellatur; et temperantia, quia castissime adhaerebit bono ubi non corrumpatur; et justitia, quia rectissime adhaerebit bono cui merito subjiciatur.

CAPUT IV.

11. Parezco decir esto con poca vergüenza, y habiendo olvidado de algún modo la costumbre de mis intercesiones. Pero si la verecundia (verecundia) no es sino un cierto miedo a desagradar, yo en esta causa no temo por estar temiendo. Pues temo desagradar justamente primero a Dios, y luego a la misma amistad que te has dignado entablar conmigo, si fuere menos libre al amonestar, lo cual pienso que amonesto muy salubremente. Sea yo ciertamente más vergonzoso cuando intercedo ante ti por otros: pero cuando es por ti mismo, tanto más libre cuanto más amigo; porque tanto más amigo cuanto más fiel: aunque no diría estas mismas cosas si no obra con más pudor. La cual, si es máxima eficacia de las cosas difíciles entre los buenos, como tú mismo escribiste, ayúdeme por ti ante ti, para que goce de ti en aquel que me proporcionó esta puerta y confianza hacia ti: especialmente porque aquello que sugiero, ya juzgo que es fácil para tu alma ayudada e instruida por tantos dones divinos.

12. Pues si las virtudes que has recibido, sintiendo de quién las has recibido y dándole gracias a él, las refirieras al culto de él mismo incluso en esos tus honores seculares, y a los hombres sometidos a tu potestad los elevaras y condujeras a darle culto con el ejemplo de tu vida religiosa y con el mismo celo de mirar por ellos, ya sea favoreciéndolos o aterrándolos, y no quisieras otra cosa en el hecho de que por ti vivan más seguros, sino que por esto le merezcan a aquel con quien vivirán bienaventuradamente; entonces aquellas serán verdaderas virtudes, y con el auxilio de aquel por cuya largueza han sido donadas, de tal modo crecerán y se perfeccionarán, que te conducirán sin duda alguna a la vida verdaderamente bienaventurada, que no es sino eterna: donde ya ni se distingan prudentemente los males de los bienes, que no existirán; ni se toleren con fortaleza las adversidades, porque allí no habrá sino lo que amemos, no también lo que toleremos; ni se frene con templanza la líbido, donde no sentiremos ninguna incitación de ella; ni se socorra con justicia a los necesitados con ayuda, donde no tendremos pobre ni indigente. Una sola virtud habrá allí, y eso mismo será la virtud y el premio de la virtud, lo que dice en los santos oráculos el hombre que ama esto: Pero para mí es bueno adherirme a Dios (Sal. 72, 28). Esta será allí la plena y sempiterna sabiduría, y la misma verdaderamente la vida ya bienaventurada: pues es la llegada al eterno y sumo bien, al cual adherirse por siempre es el fin de nuestro bien. Llámese a esta también prudencia, porque con toda prospectiva se adherirá al bien que no se pierda; y fortaleza, porque con toda firmeza se adherirá al bien de donde no sea arrancada; y templanza, porque con toda castidad se adherirá al bien donde no sea corrompida; y justicia, porque con toda rectitud se adherirá al bien al que merecidamente se someta.

CAPÍTULO IV.

13. Quanquam et in hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est: id eligere, prudentia est: nullis inde averti molestiis, fortitudo est; nullis illecebris, temperantia est: nulla superbia, justitia est. Quid autem eligamus quod praecipue diligamus, nisi quo nihil melius invenimus? Hoc Deus est, cui si diligendo aliquid vel praeponimus, vel aequamus, nos ipsos diligere nescimus. Tanto enim nobis melius est, quanto magis in illum imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando, sed amando. Quem tanto habebimus praesentiorem, quanto eumdem amorem quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem: nec enim locis corporalibus vel extenditur, vel includitur. Ad eum ergo qui ubique praesens est et ubique totus, non pedibus ire licet, sed moribus. Mores autem nostri, non ex eo quod quisque novit, sed ex eo quod diligit, dijudicari solent: nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores. Pravitate ergo nostra, a rectitudine Dei longe sumus: unde rectum amando corrigimur, ut recto recti adhaerere possimus.

14. Ad illum ergo quanta opera possumus, etiam illi ut perveniant agamus, quos tanquam nosmetipsos diligimus, si nosmetipsos diligere, illum diligendo jam novimus. Christus namque, id est Veritas, dicit in his duobus praeceptis totam legem Prophetasque pendere, ut diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, et diligamus proximos tanquam nosmetipsos (Matth. XXII, 37-40). Proximus sane hoc loco, non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua socii sunt omnes homines. Nam si pecuniae ratio socios facit, quanto magis ratio naturae, non negotiandi, sed nascendi lege communis! Hinc et ille comicus (sicut luculentis ingeniis non defit resplendentia veritatis), cum ab uno sene alteri seni dictum componeret, Tantumne ab re tua est otî tibi, Aliena ut cures ea, quae nihil ad te attinent? responsum ab altero reddidit: Homo sum, humani nil a me alienum puto. (Terent. in Deaut. act. 1, scen. 1.) Cui sententiae ferunt etiam theatra tota, plena stultis indoctisque, applausisse. Ita quippe omnium affectum naturaliter attigit societas humanorum animorum, ut nullus ibi hominum nisi cujuslibet hominis proximum se esse sentiret.

15. Cum ergo illa dilectione quam divina lex imperat, debeat homo diligere Deum, et seipsum, et proximum; non tamen ex hoc tria praecepta data sunt, nec dictum est, In his tribus, sed, In his duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae, id est in dilectione Dei ex toto corde, ex tota anima, et ex tota mente, et proximi tanquam sui ipsius: videlicet ut intelligeretur nullam esse aliam dilectionem qua quisque diligit seipsum, nisi quod diligit Deum.

13. Aunque también en esta vida la virtud no es sino amar lo que debe ser amado: elegir eso es la prudencia; no ser apartado de ello por ninguna molestia es la fortaleza; por ningún halago, la templanza; por ninguna soberbia, la justicia. ¿Pero qué elegiremos para amarlo principalmente, sino aquello que no encontramos nada mejor? Este es Dios, a quien si al amarle le anteponemos o igualamos algo, no sabemos amarnos a nosotros mismos. Pues tanto mejor nos va, cuanto más caminamos hacia él, de quien nada hay mejor. Pero caminamos no andando, sino amando. A quien tendremos tanto más presente, cuanto más puro hayamos podido tener ese mismo amor con el que tendemos hacia él: pues ni se extiende ni se encierra en lugares corporales. A él, pues, que está en todas partes presente y en todas partes íntegro, no es lícito ir con los pies, sino con las costumbres (moribus). Pero nuestras costumbres no suelen juzgarse por lo que cada uno conoce, sino por lo que ama: ni los amores buenos o malos hacen sino costumbres buenas o malas. Por nuestra depravación, pues, estamos lejos de la rectitud de Dios: de donde, amando lo recto, somos corregidos, para que, siendo rectos, podamos adherirnos a lo Recto.

14. Hacia él, pues, con cuanto esfuerzo podamos, procuremos que lleguen también aquellos a quienes amamos como a nosotros mismos, si ya sabemos amarnos a nosotros mismos amándole a él. Pues Cristo, esto es, la Verdad, dice que en estos dos preceptos penden toda la ley y los profetas: que amemos a Dios de todo corazón, de toda nuestra alma, de toda nuestra mente, y que amemos al prójimo como a nosotros mismos (Mt 22, 37-40). Ciertamente el prójimo en este lugar debe ser considerado no por la vecindad de la sangre, sino por la sociedad de la razón, en la cual son socios todos los hombres. Pues si la razón del dinero hace socios, ¡cuánto más la razón de la naturaleza, común por ley no de negociar, sino de nacer! De aquí también aquel poeta cómico (como no falta el resplandor de la verdad a los ingenios lúcidos), cuando compuso lo dicho por un anciano a otro anciano: ¿Tanto ocio tienes de tus asuntos, que cuidas de esas cosas ajenas que nada te importan? dio la respuesta por el otro: Hombre soy, nada humano considero ajeno a mí (Terencio, en Heaut., act. 1, esc. 1). A cuya sentencia cuentan que incluso los teatros enteros, llenos de necios e indoctos, aplaudieron. Pues de tal modo la sociedad de las almas humanas tocó naturalmente el afecto de todos, que allí ningún hombre se sentía sino como prójimo de cualquier otro hombre.

15. Puesto que, por tanto, con aquel amor que la ley divina impera, deba el hombre amar a Dios, y a sí mismo, y al prójimo; sin embargo, no por esto se dieron tres preceptos, ni se dijo: En estos tres, sino: En estos dos preceptos pende toda la Ley y los Profetas, esto es, en el amor a Dios de todo corazón, de toda el alma y de toda la mente, y al prójimo como a sí mismo: a saber, para que se entendiera que no hay otro amor con el que cada uno se ama a sí mismo, sino el hecho de que ama a Dios.

Qui enim aliter se diligit, potius se odisse dicendus est: fit quippe iniquus, privaturque luce justitiae, cum a potiore ac praestantiore bono aversus, atque inde vel ad seipsum conversus, ad inferiora et egena utique convertitur; fitque in ipso quod veracissime scriptum est, Qui autem amat iniquitatem, odit animam suam (Psal. X, 6). Quia igitur nemo, nisi Deum diligendo, diligit seipsum; non opus erat ut dato de Dei dilectione praecepto, etiam seipsum homo diligere juberetur, cum in eo diligat seipsum, quod diligit Deum. Debet ergo et proximum diligere tanquam seipsum, ut quem potuerit hominem vel beneficentiae consolatione, vel informatione doctrinae, vel disciplinae coercitione adducat ad colendum Deum; sciens in his duobus praeceptis totam Legem Prophetasque pendere.

16. Hoc qui sobria discretione eligit, prudens est: qui nulla hinc afflictione avertitur, fortis est; qui nulla alia delectatione, temperans est; qui nulla elatione, justus est. His virtutibus divinitus impertitis, per gratiam mediatoris Dei cum Patre, et nobiscum hominis Jesu Christi, per quem post inimicitias iniquitatis reconciliamur Deo in Spiritu charitatis: his, inquam, virtutibus divinitus impertitis, et bona vita nunc agitur, et postea praemium ejus, quae nisi aeterna esse non potest, beata vita persolvitur. Hic enim sunt eaedem virtutes in actu, ibi in effectu; hic in opere, ibi in mercede; hic in officio, ibi in fine. Itaque omnes boni et sancti, etiam in tormentis quibuslibet divino fulti adjutorio, spe illius finis beati vocantur, quo fine beati erunt: nam si in eisdem tormentis et atrocissimis doloribus semper essent, cum quibuslibet virtutibus eos esse miseros nulla sana ratio dubitaret.

17. Pietas igitur, id est verus veri Dei cultus ad omnia prodest; et quae molestias hujus vitae avertat aut leniat, et quae ad illam vitam salutemque perducat, ubi nec aliquid jam mali patiamur, et bona summo sempiternoque perfruamur. Ad hanc te perfectius assequendam et perseverantissime retinendam exhortor ut meipsum: cujus nisi jam particeps esses, tuosque istos honores temporales ei servire oportere judicares, non Donatistis haereticis, ad eos in unitatem Christi pacemque redigendos, per edictum diceres, Pro vobis hoc agitur; pro vobis sacerdotes incorruptae fidei, pro vobis Imperator Augustus, pro vobis nos quoque ejus judices laboramus; et alia multa quae in eodem edicto ita posuisti, ut te appareat in terreni judicis cingulo, non parva ex parte coelestem rempublicam cogitare.

Pues el que se ama de otro modo, más bien debe decirse que se odia: pues se hace inicuo, y se priva de la luz de la justicia, cuando apartado del bien mejor y más excelente, y de ahí vuelto hacia sí mismo, se vuelve ciertamente a las cosas inferiores y necesitadas; y se hace en él lo que muy verazmente está escrito: El que ama la iniquidad, odia su propia alma (Sal 10, 6). Porque, por tanto, nadie, sino amando a Dios, se ama a sí mismo; no era necesario que, dado el precepto sobre el amor a Dios, también se mandara al hombre amarse a sí mismo, puesto que en aquello se ama a sí mismo, en lo que ama a Dios. Debe, pues, amar también al prójimo como a sí mismo, para que conduzca al culto de Dios a cualquier hombre que pudiere, ya sea con el consuelo de la beneficencia, o con la información de la doctrina, o con la coerción de la disciplina; sabiendo que en estos dos preceptos penden toda la Ley y los Profetas.

16. Quien elige esto con sobria discreción, es prudente; quien por ninguna aflicción es apartado de esto, es fuerte; quien por ningún otro deleite, es templado; quien por ninguna elación, es justo. Con estas virtudes divinamente impartidas, por la gracia del mediador de Dios con el Padre, y con nosotros el hombre Jesucristo, por quien después de las enemistades de la iniquidad somos reconciliados con Dios en el Espíritu de la caridad: con estas virtudes, digo, divinamente impartidas, tanto se lleva ahora una vida buena, como después se paga el premio de ella, la vida bienaventurada, que no puede sino ser eterna. Pues aquí están las mismas virtudes en el acto, allá en el efecto; aquí en la obra, allá en la merced; aquí en el oficio, allá en el fin. Por tanto, todos los buenos y santos, incluso en cualesquiera tormentos apoyados por el auxilio divino, son llamados por la esperanza de aquel fin bienaventurado, en cuyo fin serán bienaventurados; pues si estuvieran siempre en los mismos tormentos y dolores atrocísimos, ninguna razón sana dudaría que eran míseros con cualesquiera virtudes que tuvieran.

17. La piedad (Pietas), por tanto, esto es, el verdadero culto del verdadero Dios, para todo es útil; tanto la que aparta o mitiga las molestias de esta vida, como la que conduce a aquella vida y salud, donde ya no padezcamos nada malo, y disfrutemos del bien sumo y sempiterno. A que consigas esto más perfectamente y lo retengas con toda perseverancia te exhorto como a mí mismo: de la cual si no fueras ya partícipe, y juzgaras que a ella deben servir tus honores temporales, no dirías a los herejes donatistas, para reducirlos a la unidad de Cristo y a la paz, mediante un edicto: Por vosotros se hace esto; por vosotros trabajan los sacerdotes de fe incorrupta, por vosotros el emperador Augusto, por vosotros nosotros también sus jueces; y otras muchas cosas que en el mismo edicto pusiste de tal modo, que parece que tú, en el ceñidor de juez terreno, piensas en no pequeña parte en la república celestial.

Quare si de veris virtutibus et vere beata vita volui diutius loqui tecum, quaeso ne onerosus deputer tuis occupationibus: imo vero me non esse confido, quando tu adeo magnum animum et mirabiliter laudandum geris, ut nec illas curas deseras, et his libentius ac familiarius occuperis.

Epistola CLVI.

Hilarius Augustino, proponens illi quaestiones aliquot de quibus cupit edoceri.

Domino sancto, jure ac merito venerabili, et per omnia colendo AUGUSTINO episcopo, HILARIUS .

Sanctitatis tuae gratia, quae omnibus nota est, parvitati meae persuasit ut vestris de Syracusano Hipponem remeantibus has ad laudandam mihi Venerabilitatem tuam litteras erogarem, poscens summam Trinitatem ut incolumis et vegetus Dei nostri favore hoc meum scriptum ad recensendum suscipias, domine sancte, jure ac merito venerabilis, et per omnia colende. Proinde rogo ut mei memor in sanctis orationibus tuis esse digneris, atque imperitiam nostram informare de eo quod quidam christiani apud Syracasas exponunt, dicentes: Posse esse hominem sine peccato; et mandata Dei facile custodire, si velit. Infantem non baptizatum morte praeventum non posse perire merito, quoniam sine peccato nascitur. Divitem manentem in divitiis suis, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit; nec prodesse eidem posse, si forte ex ipsis divitiis fecerit mandata. Non debere jurare omnino. Et de Ecclesia, quae sit de qua scriptum est non habere rugam neque maculam (Ephes. V, 27), utrum haec sit in qua nunc congregamur, an illa quam speramus: quidam autem putant Ecclesiam hanc esse quae nunc frequentatur populis, et sine peccato esse posse. De his omnibus rogo, quantis valeo precibus, Sanctitatem tuam, ut jubeas nos apertius instrui, quo noverimus quatenus sentire debeamus. Dei nostri misericordia Sanctitatem tuam incolumem conservet, annis innumeris opto, domine sancte, jure ac merito venerabilis, et per omnia colende.

Epistola CLVII.

Augustine Hilario, respondens ad illius quaestiones.

AUGUSTINUS episcopus servus Christi et ejus Ecclesiae, dilectissimo filio HILARIO, in Domino salutem.

CAPUT PRIMUM.

Por lo cual, si de las verdaderas virtudes y de la vida verdaderamente bienaventurada quise hablar más largamente contigo, ruego que no se me considere gravoso para tus ocupaciones: antes bien, confío en que no lo soy, cuando tú muestras un ánimo tan grande y admirablemente loable que ni abandonas aquellos cuidados, ni dejas de ocuparte en estos con más gusto y familiaridad.

Epistola CLVI.

Hilario a Agustín, proponiéndole algunas cuestiones sobre las que desea ser instruido.

Al señor santo, justa y merecidamente venerable, y digno de ser cultivado por todo, obispo AGUSTÍN, HILARIO.

La gracia de tu Santidad, que es conocida por todos, persuadió a mi pequeñez para que enviara estas letras para alabar a tu Venerabilidad, por medio de los vuestros que regresan de Siracusa a Hipona, pidiendo a la suma Trinidad que, incólume y vigoroso por el favor de nuestro Dios, recibas este mi escrito para ser revisado, señor santo, justa y merecidamente venerable, y digno de ser cultivado por todo. Por lo tanto, ruego que te dignes acordarte de mí en tus santas oraciones, e informar nuestra impericia sobre lo que algunos cristianos exponen en Siracusa, diciendo: Que puede ser el hombre sin pecado; y custodiar fácilmente los mandatos de Dios si quiere. Que el niño no bautizado, arrebatado por la muerte, no puede perecer por su mérito, puesto que nace sin pecado. Que el rico, permaneciendo en sus riquezas, no puede entrar en el reino de Dios, si no vendiere todas sus cosas; ni puede aprovecharle si acaso de esas mismas riquezas cumpliere los mandatos. Que no se debe jurar en absoluto. Y sobre la Iglesia, cuál sea de la que está escrito que no tiene arruga ni mancha (Ef 5, 27), si es esta en la que ahora nos congregamos, o aquella que esperamos; pues algunos piensan que la Iglesia es esta que ahora es frecuentada por los pueblos, y que puede estar sin pecado. Sobre todas estas cosas ruego a tu Santidad, con cuantas preces puedo, que mandes que seamos instruidos más claramente, para que sepamos qué debemos sentir. Que la misericordia de nuestro Dios conserve incólume a tu Santidad, deseo por innumerables años, señor santo, justa y merecidamente venerable, y digno de ser cultivado por todo.

Epistola CLVII.

Agustín a Hilario, respondiendo a sus cuestiones.

AGUSTÍN obispo, siervo de Cristo y de su Iglesia, al dilectísimo hijo HILARIO, salud en el Señor.

CAPÍTULO I.

1. Ex litteris tuis didici non solum incolumitatem tuam, sed etiam religiosum studium tuum circa verbum Dei, et piam curam pro salute tua, quae est in Christo Jesu Domino nostro: unde gratias Deo agens non distuli rescripta persolvere.

2. Si ergo quaeris utrum in hac vita quisquam ita justitiae perfectione proficiat, ut hic sine ullo vivat omnino peccato; attende quid dixerit Joannes apostolus, quem Dominus inter discipulos suos praecipue diligebat: Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est (I Joan. I, 8). Si ergo illi de quibus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato; vides quia se ipsos decipiunt, et veritas in eis non est. Si autem se esse peccatores fatentur, ut Dei misericordiam possint mereri, compescant se ab aliis etiam decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. Omnibus enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est Apostolis suis Dominus dedit, ut unusquisque Deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. VI, 12). Cui enim haec in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato vivere pronuntiandus est. Quales si aliquos futuros Dominus praevideret, meliores utique quam exstiterunt ejus Apostoli, aliam orationem illos doceret, qua non peterent dimitti sibi peccata, quibus in Baptismo fuerant omnia jam dimissa. Nam si Daniel sanctus, non coram homimibus quasi humilitate fallaci, sed coram Deo, id est in oratione qua Deum precabatur, non solum peccata populi sui, sed etiam sua confitebatur, sicut ejus ore veridico expressum est (Danielis IX, 20); nihil aliud mihi videtur dicendum istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuidam superbo Dominus mandat: Numquid tu sapientior es quam Daniel (Ezek. XXVIII, 3)?

3. Sed plane qui misericordia Dei adjutus et gratia se ab eis peccatis abstinuerit quae etiam crimina vocantur, atque illa peccata sine quibus non hic vivitur, mundare operibus misericordiae et piis orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire sine peccato, quamvis cum hic viveret habuerit nonnulla peccata; quia sicut ista non defuerunt, ita etiam remedia quibus purgarentur, affuerunt. Quisquis autem, hac velut occasione comperta, cum audierit neminem hic arbitrio suo sine peccato vivere, dederit se libidinibus, et criminibus nefariis obligaverit, atque in his criminosis consceleratisque moribus usque in diem suum ultimum perduraverit, quaslibet inter haec eleemosynas faciat, et infeliciter ducit vitam, et infelicius finit.

CAPUT II.

1. Por tus letras he sabido no solo tu incolumidad, sino también tu estudio religioso acerca de la palabra de Dios, y tu piadoso cuidado por tu salud, que está en Cristo Jesús Señor nuestro: por lo cual, dando gracias a Dios, no diferí pagar la respuesta.

2. Si, pues, preguntas si en esta vida alguien aprovecha tanto en la perfección de la justicia, que viva aquí enteramente sin ningún pecado; atiende a lo que dijo el apóstol Juan, a quien el Señor amaba principalmente entre sus discípulos: Si dijéramos, dice, que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos, y la verdad no está en nosotros (1 Jn 1, 8). Si, pues, aquellos de quienes me escribiste dicen que están sin pecado, ya ves que se engañan a sí mismos y la verdad no está en ellos. Pero si se confiesan pecadores, para que puedan merecer la misericordia de Dios, que se contengan de engañar también a otros, a quienes intentan persuadir de esta soberbia. Pues a todos es necesaria la oración dominica, que el Señor dio incluso a los mismos carneros del grey, esto es, a sus Apóstoles, para que cada uno diga a Dios: Perdónanos nuestras deudas, como también nosotros perdonamos a nuestros deudores (Mt 6, 12). Pues a quien no le fueren necesarias estas palabras en la oración, él mismo debe ser proclamado que vive aquí sin pecado. Si el Señor hubiera previsto que habría algunos tales, mejores ciertamente que lo que fueron sus Apóstoles, les enseñaría otra oración, por la cual no pidieran que se les perdonaran sus pecados, a quienes ya en el Bautismo se les habían perdonado todos. Pues si el santo Daniel, no ante los hombres como con falaz humildad, sino ante Dios, esto es, en la oración con que suplicaba a Dios, confesaba no solo los pecados de su pueblo, sino también los suyos, como se expresó por su boca verídica (Dan 9, 20); nada más me parece que deba decirse a estos, sino lo que el Señor manda por el profeta Ezequiel a un cierto soberbio: ¿Acaso eres tú más sabio que Daniel? (Ez 28, 3).

3. Pero claramente quien, ayudado por la misericordia de Dios y por la gracia, se abstuviere de aquellos pecados que también se llaman crímenes (crimina), y no descuidare limpiar con obras de misericordia y piadosas oraciones aquellos pecados sin los cuales aquí no se vive, merecerá salir de aquí sin pecado, aunque mientras vivía aquí tuviera algunos pecados; porque así como estos no faltaron, así también estuvieron presentes los remedios con que fueran purgados. Pero quienquiera que, hallada como esta ocasión, cuando oyere que nadie vive aquí por su propio arbitrio sin pecado, se entregare a las liviandades y se obligare con crímenes nefarios, y en estas costumbres criminosas y malvadas perdurare hasta su último día, por más que haga entre medias cualesquiera limosnas, lleva infelizmente la vida y más infelizmente la acaba.

CAPÍTULO II.

4. Sed isti utcumque tolerandi sunt, quando dicunt vel esse vel fuisse hic aliquem, praeter unum Sanctum sanctorum, qui nullum haberet omnino peccatum. Illud vero quod dicunt, sufficere homini liberum abitrium ad dominica praecepta implenda, etiamsi Dei gratia et Spiritus sancti dono ad opera bona non adjuvetur, omnino anathematizandum est, et omnibus exsecrationibus detestandum. Qui enim hoc asserunt, a gratia Dei penitus alieni sunt; quia ignorantes Dei justitiam, sicut de Judaeis dicit Apostolus, et suam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3): plenitudo quippe legis non est nisi charitas (Id. XIII, 10); et utique charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipsos, nec viribus propriae voluntatis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Id. V, 5).

5. Valet itaque liberum arbitrium ad opera bona, si divinitus adjuvetur, quod fit humiliter petendo et faciendo: desertum vero divino adjutorio, qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit justitiae soliditatem, sed inflationem impiae superbiae et exitiosum tumorem. Docet hoc eadem ipsa dominica oratio. Frustra enim rogantes Deum dicimus, Ne nos inferas in tentationem (Matth. VI, 13), si hoc in nostra sic positum est potestate, ut nullo illius adjutorio id valeamus implere. Dictum est enim, Ne nos inferas in tentationem, quod intelligitur, Ne nos inferri deserendo permittas. Fidelis enim Deus, ait Apostolus, qui non vos permittet tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere (I Cor. X, 13): utquid hoc dixit Deum facere, si hoc sine ipsius adjutorio in sola nostra est potestate?

6. Nam et ipsa lex in hoc adjutorium data est illis qui ea legitime utuntur, ut per illam sciant, vel quid justitiae jam acceperint, unde gratias agant, vel quid adhuc eis desit, quod instanter petant. Qui autem sic audiunt quod ait lex, Non concupisces (Exod. XX, 17, et Rom. VII, 7), ut hoc quia didicerint, sufficere sibi arbitrentur, nec adjutorio gratiae Dei ad faciendum quod jussum est dari sibi virtutem credant et petant; ad hoc eis lex subintravit, ut abundaret delictum (Rom. V, 20); quod dictum est de Judaeis. Parum enim est quia non implent quod praecepit lex, Non concupisces; sed insuper superbiunt, et ignorantes Dei justitiam, id est quam Deus dat qui justificat impium, et suam volentes constituere tanquam suae voluntatis viribus factam, justitiae Dei non sunt subjecti. Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti (Id. 10, 4); qui utique ideo venit, ut ubi abundavit delictum, superabundet gratia. Cui gratiae si fuerunt inimici Judaei, Dei ignorantes justitiam, et suam volentes constituere; quare sunt et isti inimici, si in eum crediderunt quem illi occiderunt?

4. Pero estos son de algún modo tolerables cuando dicen que hay o ha habido aquí alguien, excepto el único Santo de los santos, que no tuviera ningún pecado en absoluto. Pero aquello que dicen, que basta al hombre el libre arbitrio para cumplir los preceptos dominicos, aunque no sea ayudado por la gracia de Dios y por el don del Espíritu Santo para las obras buenas, debe ser totalmente anatematizado y detestado con todas las execraciones. Pues los que esto afirman, están totalmente ajenos a la gracia de Dios; porque ignorando la justicia de Dios, como dice el Apóstol de los judíos, y queriendo establecer la suya propia, no están sujetos a la justicia de Dios (Rom 10, 3): pues la plenitud de la ley no es sino la caridad (Id. 13, 10); y ciertamente la caridad de Dios ha sido derramada en nuestros corazones, no por nosotros mismos, ni por las fuerzas de la propia voluntad, sino por el Espíritu Santo que nos ha sido dado (Id. 5, 5).

5. Vale, pues, el libre arbitrio para las obras buenas si es ayudado divinamente, lo cual se hace pidiendo y obrando humildemente; pero desamparado del auxilio divino, por más que sobresalga en cualquier ciencia de la ley, de ningún modo tendrá la solidez de la justicia, sino la hinchazón de la impía soberbia y un tumor pernicioso. Enseña esto la misma oración dominica. Pues en vano decimos rogando a Dios: No nos metas en tentación (Mt 6, 13), si esto estuviera de tal modo puesto en nuestra potestad que sin ningún auxilio de él valiéramos para cumplirlo. Pues se dijo: No nos metas en tentación, lo cual se entiende: No permitas que seamos metidos desamparándonos. Pues fiel es Dios, dice el Apóstol, que no permitirá que seáis tentados sobre lo que podéis, sino que hará con la tentación también la salida para que podáis sostenerla (1 Cor 10, 13): ¿para qué dijo que Dios hace esto, si esto sin su auxilio está solo en nuestra potestad?

6. Pues también la misma ley en esto ha sido dada como auxilio a aquellos que de ella usan legítimamente: para que por ella sepan, o qué justicia han recibido ya, de donde den gracias, o qué les falta aún, que pidan instantemente. Pero los que de tal modo oyen lo que dice la ley: No codiciarás (Ex 20, 17, y Rom 7, 7), que porque lo han aprendido piensen que les basta, y no crean ni pidan que se les dé virtud por el auxilio de la gracia de Dios para hacer lo que se manda; para esto les entró la ley, para que abundara el delito (Rom 5, 20); lo cual se dijo de los judíos. Pues poco es que no cumplen lo que mandó la ley: No codiciarás; sino que además se ensoberbecen, e ignorando la justicia de Dios, esto es, la que da Dios que justifica al impío, y queriendo establecer la suya como hecha por las fuerzas de su propia voluntad, no están sujetos a la justicia de Dios. Pues el fin de la ley es Cristo, para justicia de todo el que cree (Id. 10, 4); el cual ciertamente vino para esto: para que donde abundó el delito, superabunde la gracia. A la cual gracia si fueron enemigos los judíos, ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la suya; ¿por qué son también estos enemigos, si han creído en aquel a quien aquellos mataron?

An ut illi accipiant praemium, qui occiso Christo suam impietatem accusaverunt, et se illius gratiae cognitae subdiderunt; et isti portent judicium, qui sic in Christum volunt credere, ut ejus ipsam gratiam conentur occidere?

7. Ad hoc quippe in eum credunt qui recte credunt, ut esuriant sitiantque justitiam, et ejus gratia saturentur. Omnis enim, sicut scriptum est, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit (Joel. II, 32, et Rom. X, 13): non utique salute corporis, quam multi habent et qui non invocant nomen Domini; sed illa salute de qua ipse dicit, Non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus; et quid dixerit, consequenter exponens, Non veni, inquit, vocare justos, sed peccatores (Matth. IX, 12, 13). Justos ergo sanos, peccatores autem dixit aegrotos. Non itaque de suis viribus praesumat aegrotus; quia in multitudine virtutis suae non erit salvus. Nam si inde praesumit, videat ne vires istae non sint quales solent esse sanorum, sed quales solent esse phreneticorum: qui cum sint insani, adeo se sanos putant, ut nec medicum quaerant, et tanquam importunum insuper caedant; sicut isti Christum insana superbia quodammodo caedunt, cujus gratiae tam benignum adjutorium ad faciendam justitiam dato legis praecepto necessarium non esse contendunt. Desinant ergo sic insanire, et ad hoc se intelligant habere, quantum possunt, liberum arbitrium, non ut superba voluntate respuant adjutorium, sed ut pia voluntate invocent Dominum.

8. Haec enim voluntas libera tanto erit liberior quanto sanior: tanto autem sanior, quanto divinae misericordiae gratiaeque subjectior. Ipsa enim fideliter orat et dicit: Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas (Psal. CXVIII, 133). Quomodo enim libera est, cui dominatur iniquitas? Ut ei autem non dominetur, vide ab illa quis invocetur. Non enim ait, Itinera mea dirige secundum liberum arbitrium, quia non dominabitur mihi omnis iniquitas; sed, Itinera mea, inquit, dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas. Precatur, non pollicetur; confitetur, non profitetur; optat plenissimam libertatem, non jactat propriam potestatem. Non enim omnis qui viribus suis confidit, sed omnis qui invocat nomen Domini, salvus erit. Quomodo autem invocabunt, inquit, in quem non crediderunt (Rom. X, 14). Ad hoc ergo credunt qui recte credunt, ut invocent in quem crediderunt, et valeant facere quod in praeceptis legitimis acceperunt; quoniam id quod lex imperat, fides impetrat.

¿O será para que aquellos reciban el premio, que habiendo matado a Cristo acusaron su impiedad y se sometieron a su gracia conocida; y estos lleven el juicio, que de tal modo quieren creer en Cristo que intentan matar su misma gracia?

7. Para esto ciertamente creen en él los que rectamente creen: para que tengan hambre y sed de justicia, y de su gracia sean saciados. Pues todo aquel, como está escrito, que invocare el nombre del Señor, será salvo (Jl 2, 32, y Rom 10, 13): no ciertamente con la salud del cuerpo, que muchos tienen incluso los que no invocan el nombre del Señor; sino con aquella salud de la que él mismo dice: No tienen necesidad de médico los sanos, sino los que están mal; y explicando lo que dijo, consecuentemente: No vine, dice, a llamar a los justos, sino a los pecadores (Mt 9, 12. 13). A los justos, pues, llamó sanos, y a los pecadores llamó enfermos. No presuma, por tanto, el enfermo de sus propias fuerzas; porque en la multitud de su virtud no será salvo. Pues si de ahí presume, vea no sean estas fuerzas cuales suelen ser las de los sanos, sino cuales suelen ser las de los frenéticos: quienes, estando locos, de tal modo se creen sanos que ni buscan médico, y como a un importuno además le golpean; como estos golpean de algún modo a Cristo con insana soberbia, de cuya gracia contiendan que no es necesario el tan benigno auxilio para hacer la justicia, dado el precepto de la ley. Dejen, pues, de estar así locos, y entiendan que para esto tienen, cuanto pueden, libre arbitrio: no para que con soberbia voluntad rechacen el auxilio, sino para que con piadosa voluntad invoquen al Señor.

8. Pues esta voluntad libre tanto será más libre cuanto más sana; y tanto más sana, cuanto más sujeta a la divina misericordia y gracia. Pues ella misma fielmente ora y dice: Dirige mis pasos según tu palabra, y que no se enseñoree de mí ninguna iniquidad (Sal 118, 133). ¿Pues cómo es libre aquella de quien se enseñorea la iniquidad? Pero para que no se enseñoree de ella, mira quién es invocado por ella. Pues no dijo: Dirige mis pasos según el libre arbitrio, porque no se enseñoreará de mí ninguna iniquidad; sino: Dirige mis pasos, dice, según tu palabra, y que no se enseñoree de mí ninguna iniquidad. Suplica, no promete; confiesa, no profesa; opta por la plenísima libertad, no jacta la propia potestad. Pues no todo el que confía en sus fuerzas, sino todo aquel que invoca el nombre del Señor, será salvo. ¿Pero cómo invocarán, dice, en quien no han creído? (Rom 10, 14). Para esto, pues, creen los que rectamente creen: para que invoquen a aquel en quien han creído, y valgan para hacer lo que en los preceptos legítimos recibieron; puesto que lo que la ley manda, la fe lo impetra (impetrat).

9. Nam ut interim omittamus legis multa praecepta, et hoc inde commemoremus quod ad commemorandum elegit Apostolus; cum dicit lex, Non concupisces, quid videtur aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continentiam? Animus quippe velut pondere, amore fertur quocumque fertur. Jubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis quod accedat ad pondus charitatis, donec illud consumatur, hoc perficiatur: plenitudo enim legis est charitas. Et tamen de ipsa continentia vide quid scriptum sit: Et cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cujus esset hoc donum; adii Dominum, et deprecatus sum illum (Sap. VIII, 21). Numquid dixit, Et cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi per proprium liberum arbitrium, et hoc ipsum erat sapientiae, scire a meipso esse hoc bonum? Non plane hoc dixit, quod quidam in sua vanitate dicunt; sed quod fuit in sanctae Scripturae veritate dicendum: Cum scirem, inquit, quia nemo esse potest continens, nisi Deus det. Jubet ergo Deus continentiam, et dat continentiam; jubet per legem, dat per gratiam; jubet per litteram, dat per Spiritum: lex enim sine gratia facit abundare delictum, et littera sine Spiritu occidit (II Cor. III, 6). Jubet ideo, ut facere jussa conati, et nostra infirmitate sub lege fatigati, adjutorium gratiae poscere noverimus; et si quid facere potuerimus operis boni, ei qui adjuvat non simus ingrati: hoc et iste fecit; id enim eum sapientia docuit, cujus esset hoc donum.

10. Neque enim voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia juvatur; sed ideo juvatur, quia non tollitur. Qui enim Deo dicit, Adjutor meus esto (Psal. XXVI, 9), confitetur se velle implere quod jussit, sed ab eo qui jussit, adjutorium poscere ut possit. Sic et iste cum sciret neminem esse posse continentem, nisi Deus det, adiit Dominum et deprecatus est: utique volens adiit, volens deprecatus est, nec petiisset nisi esset voluntas. Sed nisi petiisset, quantum posset voluntas? Quia etsi possit antequam petat, quid ei prodest, nisi illi agat gratias ex eo quod potest, a quo petendum est quod nondum potest? Unde etiam qui jam continens est, non habet utique continentiam, nisi adsit voluntas; sed nisi accepisset, quid haberet voluntas? Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis (I Cor. 4, 7)? id est, Quid gloriaris quasi a teipso habeas, quod si non accepisses, a teipso habere non posses?

9. Pues para que omitamos por ahora muchos preceptos de la ley y conmemoremos de ella esto que el Apóstol eligió para conmemorar; cuando dice la ley: No codiciarás, ¿qué otra cosa parece mandar sino la continencia de las ilícitas cupididades? Pues el alma, como por un peso, es llevada por el amor a dondequiera que es llevada. Se nos manda, pues, quitar del peso de la cupidez lo que se añada al peso de la caridad, hasta que aquel se consuma y esta se perfeccione: pues la plenitud de la ley es la caridad. Y sin embargo, de la misma continencia mira qué está escrito: Y como supiera, dice, que nadie puede ser continente si Dios no lo da, y esto mismo era de sabiduría, saber de quién era este don; me acerqué al Señor y le supliqué (Sab 8, 21). ¿Acaso dijo: Y como supiera que nadie puede ser continente sino por el propio libre arbitrio, y esto mismo era de sabiduría, saber que por mí mismo es este bien? No dijo claramente esto, que algunos dicen en su vanidad; sino lo que debía decirse en la verdad de la sagrada Escritura: Como supiera, dice, que nadie puede ser continente si Dios no lo da. Manda, pues, Dios la continencia, y da la continencia; manda por la ley, da por la gracia; manda por la letra, da por el Espíritu: pues la ley sin la gracia hace abundar el delito, y la letra sin el Espíritu mata (2 Cor 3, 6). Manda por esto: para que, intentando cumplir lo mandado y fatigados por nuestra debilidad bajo la ley, sepamos pedir el auxilio de la gracia; y si algo pudiéramos hacer de obra buena, no seamos ingratos con aquel que ayuda: esto hizo también aquel; pues eso le enseñó la sabiduría, de quién era este don.

10. Pues ni el arbitrio de la voluntad se quita por esto, porque sea ayudado; sino que por esto es ayudado, porque no se quita. El que dice a Dios: Sé mi ayudador (Sal 26, 9), confiesa que quiere cumplir lo que mandó, pero de aquel que mandó pide el auxilio para poder. Así también aquel, como supiera que nadie puede ser continente si Dios no lo da, se acercó al Señor y le suplicó: ciertamente queriendo se acercó, queriendo suplicó, ni hubiera pedido si no hubiera voluntad. Pero si no hubiera pedido, ¿cuánto podría la voluntad? Porque aunque pueda antes de pedir, ¿qué le aprovecha si no le da gracias de aquello que puede a aquel de quien ha de pedirse lo que aún no puede? De donde también el que ya es continente, no tiene ciertamente la continencia si no asiste la voluntad; pero si no la hubiera recibido, ¿qué tendría la voluntad? ¿Pues qué tienes, dice, que no hayas recibido? Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieras recibido? (1 Cor 4, 7); esto es, ¿por qué te glorías como si lo tuvieras por ti mismo, lo cual si no lo hubieras recibido, no podrías tenerlo por ti mismo?

Hoc autem dictum est, ut qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino glorietur (II Cor. X, 17); et qui nondum habet unde glorietur, non a seipso speret, sed Dominum precetur. Satius est enim minus quemque habere quod a Deo petat, quam plus habere quod sibi tribuat; quoniam expedit ab imo surgere, quam ex alto cadere: Deus enim, scriptum est, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (Jacobi IV, 6). Ad abundantiam igitur delictorum lex nos docet quid velle debeamus, nisi adjuvet gratia, ut quod volumus valeamus, et quod valuerimus impleamus. Adjuvabit autem, si non de nostris viribus praesumentes alta sapiamus, sed humilibus consentientes (Rom. XII, 16), et de iis quae jam possumus, gratias agamus, et pro iis quae nondum possumus, Deum suppliciter inhiante voluntate poscamus; adminiculantes orationem nostram misericordiae fructuosis operibus, dando ut detur nobis, dimittendo ut dimittatur nobis.

CAPUT III.

11. Quod autem dicunt infantem morte praeventum, non baptizatum, perire non posse, quoniam sine peccato nascitur: non hoc dicit Apostolus; et arbitror esse melius ut Apostolo potius quam istis credamus. Dicit enim ille doctor Gentium, in quo Christus loquebatur, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt: et paulo post dicit, Nam judicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem (Luc. VI, 37, 38). Proinde isti, quem forte invenerint infantem non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberandum. Quid est enim, ex uno delicto in condemnationem, nisi in illo delicto quo deliquit Adam? et quid est, ex multis delictis in justificationem, nisi quia Christi gratia non solum illud unum delictum solvit, quo obstringuntur infantes ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quae cum creverint homines, addunt malis moribus suis? Tamen et illud unum, quo est obligata propago carnalis quae ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad condemnationem. Ideo non est superfluus baptismus parvulorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem condemnatione solvantur: sicut enim non invenitur homo qui praeter Adam carnaliter generetur; sic non invenitur homo qui praeter Christum spiritualiter regeneretur. Carnalis autem generatio delicto illi uni, et damnationi ejus obnoxia est; spiritualis vero regeneratio non solum illud unum propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quae homines male vivendo, ad illud in quo generati sunt, addiderunt.

Pero esto se dijo para que quien se gloría, no se gloríe en sí mismo, sino en el Señor (2 Cor 10, 17); y el que aún no tiene de qué gloriarse, no lo espere de sí mismo, sino que suplique al Señor. Pues es mejor tener cada uno menos que pedir a Dios, que tener más que atribuirse a sí mismo; puesto que conviene surgir desde lo más bajo que caer desde lo alto: Pues Dios, está escrito, resiste a los soberbios, pero a los humildes da la gracia (Sant 4, 6). Para la abundancia, pues, de los delitos la ley nos enseña qué debemos querer, a no ser que ayude la gracia para que lo que queremos podamos, y lo que pudiéramos lo cumplamos. Pero ayudará si, no presumiendo de nuestras fuerzas, no sintamos cosas altas, sino consintiendo a los humildes (Rom 12, 16), y de aquello que ya podemos demos gracias, y por aquello que aún no podemos pidamos a Dios suplicantes con una voluntad anhelante; apoyando nuestra oración con las obras fructuosas de la misericordia, dando para que se nos dé, perdonando para que se nos perdone.

CAPÍTULO III.

11. En cuanto a lo que dicen, que el niño arrebatado por la muerte y no bautizado no puede perecer, porque nace sin pecado: no dice esto el Apóstol; y juzgo que es mejor que creamos al Apóstol antes que a estos. Pues aquel doctor de las Gentes, en quien Cristo hablaba, dice: Por un solo hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron; y poco después dice: Pues el juicio ciertamente de un solo delito para la condenación, pero la gracia de muchos delitos para la justificación (Rom 5, 12. 16). Por consiguiente, digan estos de aquel niño que acaso encontraren no procreado de la concupiscencia de aquel solo hombre, que él no está sujeto a aquella condenación, ni ha de ser librado de aquella condenación por la gracia de Cristo. ¿Pues qué es de un solo delito para la condenación, sino en aquel delito con que delinquió Adán? ¿Y qué es de muchos delitos para la justificación, sino porque la gracia de Cristo no solo desata aquel único delito con que están ligados los niños procreados de aquel solo hombre, sino también los muchos delitos que, cuando los hombres han crecido, añaden con sus malas costumbres? Sin embargo, incluso aquel solo con que está ligada la prole carnal que de aquel primer hombre trae su origen, dice que basta para la condenación. Por eso no es superfluo el bautismo de los párvulos: para que los que por la generación están ligados a aquella condenación, por la regeneración sean desatados de la misma condenación; pues así como no se encuentra hombre que sea generado carnalmente fuera de Adán, así no se encuentra hombre que sea regenerado espiritualmente fuera de Cristo. La generación carnal está sujeta a aquel único delito y a su condenación; mas la regeneración espiritual hace que se abolan no solo aquel único por el que son bautizados los niños, sino los muchos delitos que los hombres, viviendo mal, añadieron a aquel en que fueron generados.

Ideo sequitur et dicit: Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et justitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem; ita per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam justi constituuntur multi (Rom. V, 12-19).

12. Quid ad ista dicturi sunt? aut quid eis restat, nisi ut Apostolam errasse contendant? Clamat vas electionis, doctor Centium, tuba Christi, Judicium ex uno in condemnationem: et reclamant isti, asserentes parvulos, quos ex ilio uno homine de quo loquitur, ducere propaginem confitentur, non ire in condemnationem, etsi in Christo non fuerint baptizati. Judicium, inquit, ex uno in condemnationem: quid dicit, ex uno, nisi, delicto? sequitur enim, Gratia autem ex multis delictis in justificationem Ergo inde judicium etiam ex uno delicto ducit in condemnationem: hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in justificationem. Quapropter si non audent resistere Apostolo, exponant nobis quare judicium ex uno delicto ducat in condemnationem, cum ex multis delictis homines damnandi veniant ad judicium. Aut si propterea ita dictum putant, quia initium peccati ex Adam factum est, quod imitati caeteri sunt, ut sic ex uno illo delicto in judicium condemnationemque traherentur qui cum imitando multa peccarunt; cur non etiam de gratia et justificati ne sic dictum est? cur non dixit similiter, Et gratia ex uno delicto in justificationem? Sicut enim hominum multa delleta inter illud unum quod imitati sunt, et judicium quo puniuntur, media reperiuntur; ab uno quippe ad multa venerunt, ut a multis ad judicium damnationemque ducerentur: sic eadem multa delicta inter hoc ipsum unum cujus imitatione commissa sunt, et gratiam qua dimittuntur, eodem modo media sunt; quoniam ex illo uno ad multa venerunt, ut ex multis ad gratiam justificandi venirent. Cum ergo in utroque, id est et judicio et gratia, quod attinet ad unum et multa delicta, una eademque ratio sit; dicant isti nobis quare judicium dixerit ex uno delicto ducere in condemnationem, gratiam vero ex multis delictis in justificationem. Aut acquiescant ideo sic esse dictum, quia in hac causa duo constituuntur homines; Adam, ex quo consistit generatio carnalis, et Christus, ex quo regeneratio spiritualis.

Por eso sigue y dice: Pues si por el delito de uno solo reinó la muerte por uno solo, mucho más los que reciben la abundancia de la gracia y de la justicia reinarán en la vida por uno solo, Jesucristo. Así pues, como por el delito de uno solo a todos los hombres para la condenación, así por la justificación de uno solo a todos los hombres para la justificación de la vida. Pues como por la desobediencia de un solo hombre muchos fueron constituidos pecadores, así por la obediencia de uno solo muchos son constituidos justos (Rom 5, 17-19).

12. ¿Qué van a decir a esto? ¿o qué les queda, sino contender que el Apóstol erró? Clama el vaso de elección, el doctor de las Gentes, la trompa de Cristo: El juicio de uno solo para la condenación; y reclaman estos, afirmando que los párvulos, de quienes confiesan que traen su prole de aquel solo hombre de quien habla, no van a la condenación aunque no hayan sido bautizados en Cristo. El juicio, dice, de uno solo para la condenación: ¿qué dice, de uno solo, sino delito? pues sigue: Pero la gracia de muchos delitos para la justificación. Por tanto, de aquel lado el juicio incluso de un solo delito conduce a la condenación; pero de este lado la gracia incluso de muchos delitos conduce a la justificación. Por lo cual, si no se atreven a resistir al Apóstol, explíquennos por qué el juicio de un solo delito conduce a la condenación, cuando los hombres que han de ser conenados vienen al juicio por muchos delitos. O si por esto piensan que se dijo así, porque el inicio del pecado se hizo desde Adán, al cual imitaron los demás, para que así de aquel solo delito fueran arrastrados al juicio y a la condenación los que pecaron muchas cosas imitando; ¿por qué no también de la gracia y de la justificación se dijo así? ¿por qué no dijo de modo semejante: Y la gracia de un solo delito para la justificación? Pues así como muchos delitos de los hombres se encuentran entre medias entre aquel solo que imitaron y el juicio por el que son castigados; pues de uno solo ciertamente llegaron a muchos, para que de muchos fueran conducidos al juicio y a la condenación: así los mismos muchos delitos son del mismo modo medios entre este mismo uno por cuya imitación fueron cometidos, y la gracia por la que son perdonados; puesto que de aquel solo llegaron a muchos, para que de muchos llegaran a la gracia de ser justificados. Puesto que, por tanto, en ambos, esto es, tanto en el juicio como en la gracia, en lo que atañe a uno y muchos delitos, hay una sola y la misma razón; dígannos estos por qué dijo que el juicio conduce de un solo delito a la condenación, pero la gracia de muchos delitos a la justificación. O consientan que por eso se dijo así, porque en esta causa se constituyen dos hombres: Adán, de quien consiste la generación carnal, y Cristo, de quien la regeneración espiritual.

Sed quia tantum ille homo, iste autem et Deus et homo; non quomodo illa generatio uno delicto obligat, quod est ex Adam, ita ista regeneratio unum delictum solum solvit, quod est ex Adam. Sed illi quidem generationi sufficit ad condemnationem unius delicti connexio; quidquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem, sed ad, humanam conversationem: huic autem regenerationi non sufficit illud delictum tantummodo solvere quod ex Adam trahitur, sed quidquid etiam postea ex iniquis operibus humanae conversationis accedit. Ideo judicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem.

13. Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum, a quo delicto parvuli per Baptismum expiantur; multo magis qui abundantiam gratiae et justitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Jesum Christum: multo magis utique in vita regnabunt; quia aeternae vitae regnum erit, mors autem in eis temporaliter transit, non in aeternum regnabit. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem; de qua condemnatione parvuli per sacramentum Baptismi liberandi sunt: ita per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitae. Et hic omnes dixit, et ibi; non quia omnes homines veniunt ad gratiam justificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa, in aeternum moriantur: sed quia onmes qui renascuntur in justificationem, nonnisi per Christum renascuntur, sicut omnes qui nascuntur in condemnationem, nonnisi per Adam nascuntur. Nemo quippe est in illa generatione praeter Adam, nemo in ista regeneratione praeter Christum: ideo omnes, et omnes; eosdem autem omnes, etiam multos postea dicit, adjungens, Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: sic et per unius hominis obedientiam justi constituuntur multi. Qui multi, nisi quos jam paulo ante omnes dixerat?

14. Vide quemadmodum commendat unum et unum, id est Adam et Christum; illum ad condemnationem, hunc ad justificationem, cum tanto post Adam venerit Christus in carne: ut sciamus etiam antiquos justos, quicumque esse potuerunt, nonnisi per eamdem fidem liberatos, per quam liberamur et nos; fidem scilicet incarnationis Christi, quae illis praenumiabatur, sicut nobis facta annuntiatur. Ideo idem Christum hominem dicit, cum sit et Deus, ne quis existimet antiquos justos per Deum tantummodo Christum, id est per Verbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis ejus, qua et homo Christus dicitur, potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui non potest, de qua et alibi dicit: Per unum hominem mors, et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur (I Cor. XV, 21).

Pero porque aquel solo hombre, y este en cambio Dios y hombre; no del modo que aquella generación obliga por un solo delito, que es de Adán, así esta regeneración desata un solo delito solamente, que es de Adán. Sino que a aquella generación ciertamente le basta para la condenación la conexión de un solo delito; pues lo que después añaden los hombres de sus malas obras, no pertenece a aquella generación, sino a la conversación humana: mas a esta regeneración no le basta desatar solo aquel delito que se trae de Adán, sino lo que después también de las obras inicuas de la conversación humana se añada. Por eso el juicio de uno solo para la condenación, pero la gracia de muchos delitos para la justificación.

13. Pues si por el delito de uno solo reinó la muerte por uno solo, de cuyo delito los párvulos por el Bautismo son expiados; mucho más los que reciben la abundancia de la gracia y de la justicia reinarán en la vida por uno solo, Jesucristo: mucho más ciertamente reinarán en la vida; porque será el reino de la vida eterna, pero la muerte en ellos pasa temporalmente, no reinará eternamente. Así pues, como por el delito de uno solo a todos los hombres para la condenación; de cuya condenación los párvulos han de ser librados por el sacramento del Bautismo: así por la justificación de uno solo a todos los hombres para la justificación de la vida. Y aquí dijo todos, y allí; no porque todos los hombres lleguen a la gracia de la justificación de Cristo, cuando tantos ajenos a ella mueren eternamente: sino porque todos los que renacen para la justificación, no renacen sino por Cristo, como todos los que nacen para la condenación, no nacen sino por Adán. Pues nadie está en aquella generación fuera de Adán, nadie en esta regeneración fuera de Cristo: por eso todos y todos; pero a esos mismos todos, también los llama muchos después, añadiendo: Pues como por la desobediencia de un solo hombre fueron constituidos pecadores muchos, así también por la obediencia de un solo hombre muchos son constituidos justos. ¿Qué muchos, sino los que ya poco antes había llamado todos?

14. Mira de qué modo encomienda a uno y uno, esto es, a Adán y a Cristo; a aquel para la condenación, a este para la justificación, aunque tanto tiempo después de Adán viniera Cristo en la carne: para que sepamos que también los antiguos justos, quienesquiera que pudieran ser, no fueron librados sino por la misma fe por la que somos librados también nosotros; a saber, la fe de la encarnación de Cristo, que a ellos se les prenunciaba, como a nosotros se nos anuncia ya realizada. Por eso llama al mismo Cristo hombre, siendo también Dios, para que nadie piense que los antiguos justos pudieron ser librados solo por Dios como Cristo, esto es, por el Verbo que era en el principio, y no también por la fe de su encarnación, por la cual también se dice hombre Cristo. Pues aquella sentencia no puede ser destruida, de la cual también dice en otro lugar: Por un hombre la muerte, y por un hombre la resurrección de los muertos. Pues como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados (1 Cor 15, 21).

Utique resurrectionem dicit justorum, ubi est vita aeterna; non resurrectionem iniquorum, ubi mors erit aeterna: ideo ait, vivificabuntur; quia illi damnabuntur. Hinc et in veteribus Sacramentis circumcisio parvulorum octava die fieri praecepta est (Levit. XII, 3), quoniam Christus, in quo fit delicti carnalis exspoliatio, quam significat circumcisio, die dominico resurrexit, qui post septimum sabbati octavus est. Haec ergo fides etiam antiquorum justorum fuit. Unde et Apostolus dicit, Habentes autem eumdem spiritum fidei, propter quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur (II Cor. IV, 13): non diceret, eumdem spiritum fidei, nisi admonens etiam antiquos justos habuisse ipsum spiritum fidei, hoc est incarnationis Christi. Sed quia illis futura praenuntiabatur, quae jam facta nobis annuntiatur; et tempore Veteris Testamenti velabatur, quae tempore Novi Testamenti revelatur; ideo ejus Sacramenta variata sunt, ut alia essent in Veteri Testamento, alia in Novo; cum fides ipsa varia non sit, sed una sit: quia sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur.

15. Quod vero illis verbis quae tractabamus, adjungit et dicit, Lex autem subintravit, ut abundaret delictum, jam non pertinet ad illud delictum quod trahitur ex Adam, de quo dicebat superius, Mors regnavit per unum: legem quippe sive naturalem intelligamus, quae in eorum apparet aetatibus, qui jam ratione uti possunt; sive conscriptam, quae data est per Moysen, quia nec ipsa vivificare potuit, et liberare a lege peccati et mortis, quae tracta est ex Adam, sed magis addidit praevaricationis augmenta; Ubi enim lex non est, ait idem apostolus, nec praevaricatio (Rom. IV, 15). Proinde quoniam lex est etiam in ratione hominis qui jam utitur arbitrio libertatis, naturaliter in corde conscripta, qua suggeritur ne aliquid faciat quisque alteri quod pati ipse non vult; secundum hanc legem praevaricatores sunt omnes, etiam qui legem per Moysen datam non acceperunt, de quibus in Psalmo legitur: Praevaricatores aestimati omnes peccatores terrae (Psal. CXVIII, 119). Non enim omnes peccatores terrae legem per Moysen datam praevaricarunt; sed tamen nisi aliquam praevaricassent, non appellarentur praevaricatores: Ubi enim lex non est, nec praevaricatio. Praevaricata ergo lege quae in paradiso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati et mortis, de qua dicitur: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. VII, 23). Quae tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius vincitur, non tamen nisi gratia Dei. Lege autem alia praevaricata, quae est in usu rationis animae rationalis in aetate hominis jam ratione utentis, praevaricatores fiunt omnes peccatores terrae.

Ciertamente dice la resurrección de los justos, donde está la vida eterna; no la resurrección de los inicuos, donde la muerte será eterna: por eso dice, serán vivificados; porque aquellos otros serán condenados. De aquí también en los antiguos Sacramentos se mandó que la circuncisión de los párvulos se hiciera al octavo día (Lev 12, 3), puesto que Cristo, en quien se hace el despojo del delito carnal, que significa la circuncisión, resucitó el día del Señor, que después del séptimo sábado es el octavo. Esta, pues, fue la fe también de los antiguos justos. De donde también dice el Apóstol: Teniendo, pues, el mismo espíritu de fe, por lo cual está escrito: Creí, por lo cual también hablé; y nosotros creemos, por lo cual también hablamos (2 Cor 4, 13): no diría, el mismo espíritu de fe, sino advirtiendo que también los antiguos justos tuvieron el mismo espíritu de fe, esto es, de la encarnación de Cristo. Pero porque a ellos se les prenunciaba como futura, la cual ya a nosotros se nos anuncia realizada; y en el tiempo del Antiguo Testamento se velaba lo que en el tiempo del Nuevo Testamento se revela; por eso sus Sacramentos fueron variados, de modo que unos fueran en el Antiguo Testamento y otros en el Nuevo; siendo la fe misma no variada, sino una sola: porque como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados.

15. Pero lo que añade y dice a aquellas palabras que tratábamos: Mas la ley entró para que abundara el delito, ya no pertenece a aquel delito que se trae de Adán, del que decía arriba: Reinó la muerte por uno solo: pues ya entendamos la ley como natural, que aparece en las edades de aquellos que ya pueden usar de la razón; ya la escrita, que fue dada por Moisés, porque ni ella misma pudo vivificar y librar de la ley del pecado y de la muerte que fue traída de Adán, sino que más bien añadió los aumentos de la prevaricación; Pues donde no hay ley, dice el mismo apóstol, ni prevaricación (Rom 4, 15). Por consiguiente, puesto que hay ley también en la razón del hombre que ya usa del arbitrio de la libertad, naturalmente escrita en el corazón, por la que se sugiere que nadie haga a otro lo que él mismo no quiere padecer; según esta ley todos son prevaricadores, incluso los que no recibieron la ley dada por Moisés, de quienes se lee en el Salmo: Prevaricadores estimados todos los pecadores de la tierra (Sal 118, 119). Pues no todos los pecadores de la tierra prevaricaron la ley dada por Moisés; pero sin embargo, si no hubieran prevaricado alguna ley, no se llamarían prevaricadores: Pues donde no hay ley, ni prevaricación. Prevaricada, pues, la ley que fue dada en el paraíso, nace el hombre de Adán con la ley del pecado y de la muerte, de la que se dice: Veo otra ley en mis miembros que resiste a la ley de mi mente, y me lleva cautivo en la ley del pecado que está en mis miembros (Rom 7, 23). La cual, sin embargo, a no ser que después sea robustecida por la mala costumbre, más fácilmente es vencida, pero no sino por la gracia de Dios. Mas prevaricada otra ley, que está en el uso de la razón del alma racional en la edad del hombre que ya usa de la razón, prevaricadores se hacen todos los pecadores de la tierra.

Praevaricata vero lege etiam illa quae data est per Moysen, multo amplius abundat delictum. Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex Lege esset justitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus: haec verba, si agnoscis, apostolica sunt. De qua lege iterum dicit, lex praevaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, disposita per Angelos in manu Mediatoris (Galat. III, 19-21): Christum commendans, cujus gratia salvi fiunt omnes, sive parvuli a lege peccati et mortis, cum qua nati sumus; sive majores, qui male utentes arbitrio voluntatis praevaricarunt legem naturalem ipsius rationis; sive qui legem acceperunt, quae data est per Moysen, eamque praevaricantes littera occisi sunt. Cum vero etiam evangelica praecepta homo praevaricat, velut quatriduanus mortuus putet: nec de illo tamen desperandum est propter ejus gratiam, qui non lente dixit, sed magna voce clamavit, Lazare, veni foras (Joan. XI, 43).

16. Lex ergo subintravit ut abundaret delictum: sive cum homines negligunt quod Deus jubet; sive cum de suis viribus praesumentes, adjutorium gratiae non implorant, et addunt infirmitati superbiam. Cum autem vocatione divina intelligunt cur sit ingemiscendum, et invocant eum in quem recte credunt, dicentes, Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam (Psal. L, 1); et, Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi (Psal. XL, 5); et, In tua justitia vivifica me (Psal. XXX, 2); et, Viam iniquitatis amove a me, et de lege tua miserere mei (Psal. CXVIII, 29); et, Non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatorum non moveat me (Psal. XXXV, 12); et, Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mei omnis iniquitas (Psal. CXVIII, 133) (A Domino enim gressus hominis diriguntur, et viam ejus volet [Psal. XXXVI, 23]); et alia multa, quae propterea scripta sunt, ut nos admonerent, ad implenda ea quae nobis jubentur, ab illo petendum adjutorium a quo jubentur: cum ergo se homo ad illum extenderit, et sic ingemuerit, fiet quod sequitur, Ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia (Rom. V, 20); et, Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum (Luc. VII, 47): et diffunditur in corde charitas Dei, unde fiat legis plenitudo; non per vires arbitrii quod est in nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Noverat quippe ille Legem, qui dicebat, Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem; et tamen adjungebat, Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Cur non dixit potius, Per meum liberum arbitrium, nisi quia libertas sine gratia non est libertas, sed contumacia?

Pero prevaricada también aquella ley que fue dada por Moisés, mucho más abunda el delito. Pues si se hubiera dado una ley que pudiera vivificar, totalmente de la Ley sería la justicia. Pero la Escritura concluyó todo bajo pecado, para que la promesa de la fe de Jesucristo se diera a los creyentes: estas palabras, si las reconoces, son apostólicas. De cuya ley otra vez dice: la ley fue puesta por causa de la prevaricación, hasta que viniera la semilla a quien se le prometió, dispuesta por Ángeles en la mano de un Mediador (Gál 3, 19-21): encomendando a Cristo, por cuya gracia se salvan todos, ya sean los párvulos de la ley del pecado y de la muerte con que nacimos; ya los mayores, que usando mal del arbitrio de la voluntad prevaricaron la ley natural de la misma razón; ya los que recibieron la ley que fue dada por Moisés, y prevaricándola fueron muertos por la letra. Pero cuando incluso los preceptos evangélicos el hombre prevarica, téngase como muerto de cuatro días: pero ni aun de aquel se ha de desesperar por causa de su gracia, el cual no dijo con lentitud, sino que clamó con gran voz: Lázaro, ven fuera (Jn 11, 43).

16. La Ley, por tanto, entró para que abundara el pecado: ya sea cuando los hombres descuidan lo que Dios manda; o cuando presumiendo de sus propias fuerzas, no imploran el auxilio de la gracia, y añaden la soberbia a su enfermedad. Pero cuando por vocación divina entienden por qué se ha de gemir, e invocan a aquel en quien rectamente creen, diciendo: Misericordia de mí, oh Dios, según tu gran misericordia (Sal 50, 1); y: Yo dije: Señor, ten misericordia de mí, sana mi alma, porque contra ti pequé (Sal 40, 5); y: En tu justicia vivifícame (Sal 30, 2); y: Aparta de mí el camino de la iniquidad, y por tu ley ten misericordia de mí (Sal 118, 29); y: No venga a mí el pie de la soberbia, y la mano de los pecadores no me mueva (Sal 35, 12); y: Dirige mis pasos según tu palabra, y no se enseñoree de mí ninguna iniquidad (Sal 118, 133) (pues por el Señor son dirigidos los pasos del hombre, y él querrá su camino [Sal 36, 23]); y otras muchas cosas, que por eso fueron escritas, para que nos amonestaran que para cumplir lo que se nos manda, se ha de pedir auxilio a aquel por quien se mandan: cuando, pues, el hombre se haya extendido hacia él, y así haya gemido, se hará lo que sigue: Donde abundó el pecado, sobreabundó la gracia (Rom 5, 20); y: Se le perdonan muchos pecados, porque amó mucho (Lc 7, 47): y se difunde en el corazón la caridad de Dios, de donde se haga la plenitud de la ley; no por las fuerzas del arbitrio (arbitrium) que está en nosotros, sino por el Espíritu Santo que nos ha sido dado. Conocía bien la Ley aquel que decía: Pues me deleito en la ley de Dios según el hombre interior (homo interior); y sin embargo añadía: Pero veo otra ley en mis miembros que resiste a la ley de mi mente, y que me lleva cautivo en la ley del pecado, que está en mis miembros. ¡Infeliz de mí hombre! ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor. ¿Por qué no dijo más bien: Por mi libre arbitrio (liberum arbitrium), sino porque la libertad sin la gracia no es libertad, sino contumacia?

17. Cum ergo dixisset Apostolus, Lex subintravit, ut abundaret delictum: ubi autem abundavit delictum, superabundavit et gratia; secutus adjunxit, ut quemadmodum regnavit peccatum in morte, sic et gratia regnet per justitiam in vita aeterna per Jesum Christum Dominum nostrum. Modo cum dixisset, ut quemadmodum regnavit peccatum in morte; non ait, Per unum hominem, aut per primum hominem, aut per Adam: quia jam dixerat, Lex subintravit, ut abundaret delictum; quae abundantia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem, sed ad conversationis humanae praevaricationem, quae illi uni delicto quo solo obstricti tenentur infantes, jam in majoribus aetatibus ex abundantia iniquitatis adjecta est. Sed quoniam hoc totum, etiam quod non pertinet ad illius unius delicti originem, tamen idonea est solvere gratia Salvatoris; ideo cum dixisset, sic et gratia regnet per justitiam in vita aeterna, addidit, per Jesum Christum Dominum nostrum.

18. Nullius itaque argumentationes contra haec apostolica verba prolatae impediant parvulos ad salutem, quae est in Christo Jesu Domino nostro: tanto magis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui non possunt. Per unum hominem intravit peccatum in mundum, et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Sicut ab illo uno homine, sic ab eodem peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab ejus reatu per Christi Baptismum resolvantur. Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit: non quia deinceps in nemine fuit, hoc dictum est; sed quia non poterat per litteram legis auferri, quod solo poterat Spiritu gratiae. Ne quisquam ergo fidens de viribus, non dico voluntatis, sed potius vanitatis suae, putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, et Christi gratiam derideret; ideo ait Apostolus: Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit; peccatum autem non deputabatur cum lex non esset. Non dixit, Non erat; sed, non deputabatur; quia lex non erat, qua arguente demonstraretur, sive lex rationis in parvulo, sive lex litterae in populo.

19. Sed regnavit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen; quia nec lex data per Moysen potuit regnum mortis auferre, quod sola Christi abstulit gratia. In quos autem regnaverit vide: et in eos, inquit, qui non peccaverunt in similitudine praevaricationis Adae. Regnavit ergo et in eos qui non peccaverunt. Sed cur regnaverit, ostendit cum ait: In similitudine praevaricationis Adae. Iste est enim melior intellectus horum verborum, ut cum dixisset, regnavit mors in eos qui non peccaverunt; quasi nos moneret quare in eos regnaverit qui non peccaverunt, adderet, in similitudine praevaricationis Adae; id est, quia inerat eorum in membris similitudo praevaricationis Adae.

17. Habiendo, pues, dicho el Apóstol: La ley entró para que abundara el pecado; pero donde abundó el pecado, sobreabundó la gracia; añadió a continuación: para que así como reinó el pecado en la muerte, así también la gracia reine por la justicia para la vida eterna por Jesucristo nuestro Señor. Ahora bien, habiendo dicho: para que así como reinó el pecado en la muerte; no dijo: Por un hombre, o por el primer hombre, o por Adán: porque ya había dicho: La ley entró para que abundara el pecado; la cual abundancia de pecado no pertenece a la progenie del primer hombre, sino a la prevaricación de la conversación humana, que a aquel único pecado por el que solo se mantienen ligados los infantes, ya en las edades mayores se ha añadido por la abundancia de la iniquidad. Pero puesto que todo esto, aun lo que no pertenece al origen de aquel único pecado, sin embargo es idónea para disolverlo la gracia del Salvador; por eso, habiendo dicho: así también la gracia reine por la justicia para la vida eterna, añadió: por Jesucristo nuestro Señor.

18. Por tanto, las argumentaciones de nadie proferidas contra estas palabras apostólicas impidan a los párvulos la salvación, que está en Cristo Jesús Señor nuestro: pues tanto más debemos hablar por ellos, cuanto ellos mismos por sí no pueden hablar. Por un hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte; y así pasó a todos los hombres, en el cual todos pecaron. Así como de aquel solo hombre, así de aquel mismo pecado los infantes no pueden estar inmunes, si no son liberados de su reato por el Bautismo de Cristo. Pues hasta la ley el pecado estuvo en el mundo: no porque en adelante en nadie estuvo se dijo esto; sino porque no podía por la letra de la ley ser quitado, lo cual solo podía por el Espíritu de la gracia. Para que nadie, pues, confiando en las fuerzas, no digo de la voluntad, sino más bien de su vanidad, pensara que para el libre arbitrio (libero arbitrio) la ley pudo haber bastado, y se burlara de la gracia de Cristo; por eso dice el Apóstol: Pues hasta la ley el pecado estuvo en el mundo; pero el pecado no se imputaba cuando no había ley. No dijo: No era; sino: no se imputaba; porque no había ley por la que, arguyendo, se demostrara, ya sea la ley de la razón en el párvulo, o la ley de la letra en el pueblo.

19. «Pero reinó —dice— la muerte desde Adán hasta Moisés»; porque ni siquiera la ley dada por Moisés pudo quitar el reino de la muerte, que solo quitó la gracia de Cristo. Mira sobre quiénes reinó: «incluso sobre los —dice— que no pecaron en la semejanza de la prevaricación de Adán». Reinó, pues, la muerte también sobre los que no pecaron. Pero por qué reinó, lo muestra cuando dice: «En la semejanza de la prevaricación de Adán». Pues este es el mejor entendimiento de estas palabras: que habiendo dicho: «reinó la muerte sobre los que no pecaron»; como si nos advirtiera por qué reinó sobre los que no pecaron, añadiera: «en la semejanza de la prevaricación de Adán»; esto es, porque estaba en sus miembros la semejanza de la prevaricación de Adán.

Potest et sic intelligi, regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, et in eos qui non in similitudine praevaricationis Adae peccaverunt: quia in semetipsis cum jam nati essent, nec ratione adhuc uterentur, qua ille utebatur quando peccavit, nec praeceptum accepissent quod ille transgressus est, sed solo originali vitio tenerentur obstricti, per quod eos regnum mortis in eis tantum non est, qui Christi gratia renati, ad ejus regnum pertinent; quoniam mors temporalis, quamvis et ipsa de originali delicto propagata sit, corpus in eis interimit, animam vero ad poenam non trahit, ubi voluit regnum mortis intelligi: ut anima renata per gratiam, jam non moriatur in gehennam, id est a vita Dei non alienetur, non separetur; temporalis autem mors corporis, etiam in iis qui Christi morte redimuntur, relinquatur interim ad exercitationem fidei, et agonem praesentis luctationis, in quo et martyres certaverunt; absumatur vero et ipsa in renovatione corporis, quam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbebitur mors in victoriam (I Cor. XV, 54), cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suorum animas ad poenas tartari trahat. Nonnulli sane codices non habent, in eos qui non peccaverunt; sed, in eos qui peccaverunt, in similitudine praevaricationis Adae: quibus quidem verbis nullo modo iste sensus aufertur. Secundum hoc quippe intelliguntur peccasse in similitudine praevaricationis Adae, secundum quod supra dictum est, in quo omnes peccaverunt. Sed tamen graeci codices, unde in latinum Scriptura translata est, illud plures habent quod diximus.

20. Quod vero adjunxit de Adam, qui est forma futuri, neque hoc uno intelligitur modo. Aut enim forma Christi a contrario est, ut quemadmodum in illo omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificentur; et quomodo per ipsius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, sic per Christi obedientiam justi constituantur multi: aut formam futuri eum dixit, quod ipse inflixerit formam mortis posteris suis. Ille tamen est melior intellectus, ut a contrario forma esse credatur, quam multum commendat Apostolus. Denique ne omnino ex aequo in hac forma eadem contraria pensarentur, adjungit et dicit, Sed non sicut delictum, ita et donatio: si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in multos abundabit: ut intelligatur, non in magis multos, cum iniqui magis multi sint qui damnabuntur; sed magis abundabit, quod in iis qui per Christum redimuntur, temporaliter valet forma mortis ex Adam, in aeternum autem valebit vitae forma per Christum. Quamvis ergo, inquit, Adam futuri forma sit a contrario, plus tamen praestat Christus regeneratis, quam eis nocuerat ille generatis. Et non sicut per unum peccatum, ita et donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem.

También puede entenderse así: «reinó la muerte desde Adán hasta Moisés, incluso en los que no pecaron en la semejanza de la prevaricación de Adán»: porque en sí mismos, habiendo ya nacido, ni usaban todavía de la razón, de la que aquel usaba cuando pecó, ni habían recibido el precepto que aquel transgredió, sino que estaban ligados solo por el vicio original, por el cual el reino de la muerte no está solo en ellos, quienes, renacidos por la gracia de Cristo, pertenecen a su reino; ya que la muerte temporal, aunque ella misma sea propagada del pecado original, destruye el cuerpo en ellos, pero no arrastra el alma a la pena, donde quiso que se entendiera el reino de la muerte: para que el alma renacida por la gracia, ya no muera en la gehenna, esto es, no sea alienada de la vida de Dios, no sea separada; pero la muerte temporal del cuerpo, incluso en aquellos que son redimidos por la muerte de Cristo, se deje por un tiempo para el ejercicio de la fe, y la agonía de la lucha presente, en la que también los mártires combatieron; pero será consumida también ella misma en la renovación del cuerpo, que la resurrección promete. Pues allí será totalmente absorbida la muerte en la victoria (1 Cor 15, 54), a la cual ahora la gracia de Cristo quita el reino, para que no arrastre las almas de los suyos a las penas del tártaro. Algunos códices ciertamente no tienen: «en los que no pecaron»; sino: «en los que pecaron en la semejanza de la prevaricación de Adán»: con cuyas palabras ciertamente de ningún modo se quita este sentido. Según esto, en efecto, se entiende que pecaron «en la semejanza de la prevaricación de Adán», según lo que arriba se dijo: «en el cual todos pecaron». Pero sin embargo los códices griegos, de donde la Escritura fue traducida al latín, tienen más aquello que dijimos.

38. Pero así como los mismos que de los religiosos obsequios de los ricos son alimentados y vestidos (pues ni para sus necesidades nada reciben sino de aquellos que sus cosas venden), no sin embargo son juzgados y condenados por los más excelentes miembros de Cristo, que con mayor virtud, la cual mucho encomienda el Apóstol, con sus manos se mantienen (Hech 20, 34): así ni estos deben condenar a los cristianos de inferior mérito, con cuyas riquezas se mantienen; sino viviendo rectamente y enseñando rectamente más bien decirles: «¿Si nosotros os hemos sembrado cosas espirituales, gran cosa es si vuestras cosas carnales segamos?» (1 Cor 9, 11). Ciertamente con mucha menor impudencia los siervos de Dios, que de las obras honestas de sus manos vendidas viven, condenan a estos de quienes nada reciben, que estos que por alguna enfermedad del cuerpo no pudiendo trabajar con las manos, condenan a aquellos mismos de cuyas facultades viven.

39. Yo que esto escribo, la perfección de que el Señor habló cuando dijo al adolescente rico: «Ve, vende todas las cosas que tienes y dales a los pobres, y tendrás tesoro en el cielo; y ven, sígueme» (Mt 19, 21), vehementemente amé, y no con mis fuerzas sino con su gracia ayudando así lo hice. Ni en efecto porque rico no fui, por eso menos se me imputará: pues ni los mismos Apóstoles que primero esto hicieron, ricos fueron. Pero a todo el mundo renuncia el que y aquello que tiene y lo que desea tener renuncia. Cuánto en cambio en esta vía de la perfección haya progresado, más ciertamente lo sé yo que cualquier otro hombre; pero más Dios que yo. Y para este propósito con cuantas fuerzas puedo a otros exhorto, y en nombre del Señor tengo consortes, a quienes esto por mi ministerio fue persuadido: de tal modo sin embargo que principalmente la sana doctrina se mantenga, ni a los que esto no hacen con vana contumacia juzguemos, diciéndoles que nada les aprovecha el que púdicamente aunque conyugalmente viven, el que sus casas y familias cristianamente rigen, el que con obras de misericordia atesoran para sí para el futuro; no sea que disputando estas cosas, no tratadistas de las santas Escrituras sino acusadores de ellas seamos hallados.

Quod ideo commemoravi, quoniam isti, quando talia dicere prohibentur ab eis qui hoc Domini consilium non ceperunt, respondent eos talia disputari nolle, quoniam vitiis suis favent, et dominica praecepta implere detrectant: quasi non, ut de iis taceam, qui, licet infirmiores, religiose tamen utuntur divitiis, etiam ipsi cupidi et avari male his utentes, et in terreno thesauro cor luteum figentes, quia et ipsos necesse est usque ad finem portet Ecclesia, sicut illa retia usque ad littus pisces malos (Idem, XIII, 47, 48), tolerabiliores in ea sint quam isti, qui talia sermocinando et disseminando, ita se videri magnos volunt, quia divitias suas vel quantulacumque patrimonia ex praecepto Domini vendiderunt, ut ejus haereditatem, quae usque ad fines terrae dilatatur atque diffunditur hac doctrina non sana perturbare atque evertere moliantur.

CAPUT V.

40. Unde quia ex hac quidem occasione, sed tamen jam breviter dixi quid etiam de Ecclesia Christi in hoc saeculo sentiam, id est, quia usque ad finem hujus saeculi necesse est portet bonos et malos, quoniam et hoc inter tuas quaestiones interrogasti, prolixam epistolam jam tandem aliquando concludam. Jurationem cave quantum potes. Melius quippe nec verum juratur, quam jurandi consuetudine, et in perjurium saepe caditur, et semper perjurio propinquatur. Sed illi, quantum aliquos eorum audivi, quid sit jurare prorsus ignorant: putant enim se non jurare, quando in ore habent, Scit Deus (II Cor. XII, 2); et, Testis est Deus (Rom. I, 9, et Philipp. I, 8); et, Testem Deum invoco super animam meam (II Cor. 1, 23); quia non dicitur, Per Deum, et quia talia reperiuntur in apostolo Paulo. Sed etiam illa ibi contra eos inventa est quam confitentur esse jurationem, ubi ait Apostolus: Quotidie morior, per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro (I Cor. XV, 31). In graecis enim codicibus reperitur omnino esse hanc jurationem: ne quis in latina lingua hoc sic intelligat dictum, per vestram gloriam, quomodo dictum est, per meum adventum iterum ad vos; et multa similia, ubi dicitur, per aliquid, et non est juratio. Sed non ideo quia in suis Litteris juravit Apostolus, vir in veritate firmissimus, ludus nobis debet esse juratio. Multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos attinet, nunquam juramus; ut sit in ore nostro, Est, est; non, non, sicut Dominus monet (Matth. V, 37). Non quia peccatum est, verum jurare: sed quia gravissimum peccatum est falsum jurare; quo citius cadit qui consuevit jurare.

Lo cual por eso conmemoré, porque estos, cuando se les prohíbe decir tales cosas por aquellos que este consejo del Señor no tomaron, responden que ellos no quieren que tales cosas se disputen porque a sus vicios favorecen y los preceptos dominicales cumplir rehúsan: como si —por callar de estos que aunque más débiles, sin embargo religiosamente usan de las riquezas— incluso los mismos codiciosos y avaros mal usando de estas y en el terreno tesoro el corazón de lodo fijando, porque también a estos es necesario que hasta el fin lleve la Iglesia, como aquellas redes hasta la orilla a los peces malos (Mt 13, 47. 48), más tolerables en ella sean que estos, que tales cosas sermoneando y diseminando, así se quieren ver grandes porque sus riquezas o cualesquiera patrimonios por precepto del Señor vendieron, que su herencia la cual hasta los fines de la tierra se dilata y difunde con esta doctrina no sana perturbar y subvertir se esfuerzan.

CAPÍTULO V.

40. De donde porque por esta ocasión, pero sin embargo ya brevemente dije qué también sobre la Iglesia (Ecclesia) de Cristo en este siglo siento, esto es, porque hasta el fin de este siglo es necesario que lleve a buenos y malos, puesto que también esto entre tus cuestiones interrogaste, la prolija epístola ya al fin alguna vez concluiré. El juramento (jurationem) evita cuanto puedes. Mejor ciertamente ni lo verdadero se jura, que por la costumbre de jurar y en perjurio (perjurium) a menudo se cae, y siempre al perjurio se aproxima uno. Pero aquellos, cuanto a algunos de ellos oí, qué sea jurar totalmente ignoran: pues piensan que ellos no juran cuando en la boca tienen: «Sabe Dios» (2 Cor 12, 2); y: «Testigo es Dios» (Rom 1, 9, y Flp 1, 8); y: «Testigo a Dios invoco sobre mi alma» (2 Cor 1, 23); porque no se dice: «Por Dios», y porque tales cosas se encuentran en el apóstol Pablo. Pero también aquella allí contra ellos fue hallada la cual confiesan ser juramento, donde dice el Apóstol: «Cada día muero, por vuestra gloria, hermanos, la cual tengo en Cristo Jesús Señor nuestro» (1 Cor 15, 31). En los códices griegos en efecto se encuentra ser totalmente este juramento: no sea que alguno en la lengua latina esto así entienda dicho: «por vuestra gloria», del modo que está dicho: «por mi advenimiento otra vez a vosotros»; y muchas cosas semejantes donde se dice por (per) algo y no es juramento. Pero no por eso porque en sus Letras juró el Apóstol, varón en la verdad firmísimo, juego para nosotros debe ser el juramento. Mucho más seguro en efecto, como dije, en cuanto a nosotros atañe, nunca juramos; para que esté en nuestra boca: «Es, es; no, no», como el Señor amonesta (Mt 5, 37). No porque pecado sea jurar lo verdadero: sino porque gravísimo pecado es jurar lo falso; en lo cual tanto más rápido cae quien acostumbró a jurar.

41. Accepisti quod mihi videtur: melius exponant ista meliores; non isti quorum novi jam sententiam reprobandam, sed alii qui veraciter possunt. Nam et ego paratior sum dicere quam docere; et tu magnum conferes beneficium, si ea quae illic a sanctis fratribus adversus istorum vaniloquia disseruntur, non me facias ignorare. In Domino recte et fideliter vivas, dilectissime fili.

EPISTOLA CLVIII. Evodius Uzalensis episcopus laudabiles mores ac felicem adolescentis cujusdam obitum prosecutus, ejusque et aliorum defunctorum narratis apparitionibus, inquirit utrum anima per mortem soluta non omni careat corpore, quo possit ferri de loco in locum. Tum edoceri cupit qua varia ratione de Deo et hominibus dicitur sapientia.

Domino venerabiliterque dilectissimo fratri et consacerdoti AUGUSTINO, et fratribus qui tecum sunt, EVODIUS, et fratres qui mecum sunt, in Domino salutem.

1. Debitum flagito epistolae quam misi; et volui primo illud discere quod interrogavi, et postea hoc requirere. Audi rem, quia dignaris, quae me fecit impatientem, ut et id festinarem nosse, si fieri potest, in hac vita. Quemdam puerum habui presbyteri Armeni Melonitani filium notarium: hunc jam saeculo se mergentem, nam scholastico proconsulis excipiebat, per meam eruit Deus humilitatem. Fuit quidem, ut puerilis aetas habet, promptus, aliquantulum inquietus, et accedente aetate (nam vigesimo et secundo anno solvitur), ita eum gravitas morum, et custos bona vita ornavit, ut satis delectet ejus habere memoriam. Erat autem strenuus in notis, et in scribendo bene laboriosus, studiosus quoque esse coeperat lectionis, ut ipse meam tarditatem causa legendi nocturnis horis exhortaretur; nam aliquanto tempore noctis mihi ipse legebat, cum omnia siluissent: nec volebat praeterire lectionem, nisi intellexisset, et tertio et quarto repetebat, et nec dimittebat, nisi sibi apparuisset quod quaerebat. Coeperam eum non quasi puerum et notarium habere, sed amicum quemdam satis necessarium et suavem. Delectabant enim me fabulae ipsius.

2. Optabat quoque, quod ei praestitum est, dissolvi et esse cum Christo (Philipp. I, 23). Nam aegrotavit sexdecim diebus apud parentes suos, et memoriae vi de Scripturis pene tota aegritudine loquebatur. Sed ut ad finem vitae proximus esse coepit, psallebat audientibus omnibus, «Desiderat et properat anima mea ad atria Dei» (Psal. LXXXIII, 3); et post haec iterum psallebat, «Impinguasti in oleo caput meum; et poculum tuum inebrians quam praeclarum est (Psal. XXII, 5)!» Ibi fuit occupatus; hac se oblectabat consolatione.

41. Recibiste lo que me parece: mejor expongan estas cosas los mejores; no estos cuya sentencia ya conozco que ha de ser reprobada, sino otros que verazmente pueden. Pues también yo más dispuesto estoy para decir que para enseñar; y tú gran beneficio conferirás si esas cosas que allí por los santos hermanos contra los vaniloquios de estos se discurren, no me haces ignorar. En el Señor recta y fielmente vivas, dilectísimo hijo.

EPÍSTOLA CLVIII. Evodio obispo de Uzala, habiendo proseguido las laudables costumbres y el feliz óbito de un cierto adolescente, y narradas las apariciones de él y de otros difuntos, inquiere si el alma por la muerte soltada no carezca de todo cuerpo, por el cual pueda ser llevada de lugar en lugar. Luego desea ser enseñado por qué variada razón sobre Dios y los hombres se dice la sabiduría.

Al Señor y venerablemente dilectísimo hermano y consacerdote AGUSTÍN, y a los hermanos que contigo están, EVODIO, y los hermanos que conmigo están, en el Señor salud.

1. El debido flagito de la epístola que envié; y quise primero aquello aprender lo que interrogué, y después esto requerir. Oye el asunto, porque te dignas, el cual me hizo impaciente, para que también eso me apresurara a conocer, si hacerse puede, en esta vida. Un cierto joven (puerum) tuve, hijo del presbítero (presbyteri) armenio Melonitano, notario (notarium): a este ya en el siglo sumergiéndose, pues al escolástico del procónsul exceptuaba, por mi humildad Dios rescató. Fue ciertamente, como la edad pueril tiene, pronto, un tanto inquieto, y accediendo la edad (pues en el vigésimo segundo año es soltado), de tal modo la gravedad de costumbres y la buena vida custodia le adornó, que bastante deleita tener memoria de él. Era en cambio enérgico en las notas (notis), y en el escribir bien laborioso, estudioso también ser había comenzado de la lectura, que él mismo mi tardanza por causa de leer en las horas nocturnas exhortaba; pues por algún tiempo de la noche él mismo me leía cuando todas las cosas callaban: ni quería pasar por alto la lectura si no hubiera entendido, y por tercera y cuarta vez repetía, y ni soltaba hasta que se le hubiera aparecido lo que buscaba. Había comenzado a tenerlo no como joven y notario, sino como un cierto amigo bastante necesario y suave. Me deleitaban en efecto las fábulas de él.

2. Deseaba también, lo cual le fue concedido, ser disuelto y estar con Cristo (Flp 1, 23). Pues estuvo enfermo por dieciséis días en casa de sus padres, y por la fuerza de la memoria hablaba de las Escrituras durante casi toda la enfermedad. Pero cuando comenzó a estar próximo al fin de la vida, salmeaba oyéndolo todos: «Desea y se apresura mi alma a los atrios de Dios» (Sal 83, 3); y después de esto otra vez salmeaba: «Impinguaste en óleo mi cabeza; ¡y tu cáliz embriagador cuán preclaro es (Sal 22, 5)!» Allí estaba ocupado; en esta consolación se deleitaba.

Deinde cum solvi coepisset, signare se coepit in fronte, ita ut sic descenderet manus ad os quod sibi cupiebat signare, cum jam interior homo, et bene renovatus de die in diem, domum luteam dimisisset. Mihi tantum gaudium accrevit, ut arbitrer quod dimisso proprio corpore in meum animum ingressus sit, et ibi mihi quamdam luciditatem praesentiae suae praestet, quia liberatione et securitate illius nimis gaudeo; dici non potest. Non enim levem ei exhibui sollicitudinem, timens aetati adolescentis. Nam curavi ex eo quaerere, ne forte feminae contagione fuisset pollutus: liberum se esse testatus est, magis ut nostrum gaudium cumularetur. Solutus est ergo. Exsequias praebuimus satis honorabiles, et dignas tantae animae; nam per triduum hymnis Dominum collaudavimus super sepulcrum ipsius, et redemptionis Sacramenta tertio die obtulimus.

3. Sed ecce post biduum quaedam vidua honesta Urbica de Figentibus, quae duodecim se annos viduam dicebat, ancilla Dei, somnium vidit tale. Videt quemdam diaconum ante quadriennium corpore exutum, cum servis et ancillis Dei virginibus et viduis palatium praeparare. Ornabatur autem, ut claritas loci fulsisset, et locus omnis argenteus putaretur. Cum illa studiosius interrogasset cuinam hoc praepararetur; respondit ille diaconus, puero qui hesterno consumptus est, filio presbyteri praeparari. Et in eodem palatio quemdam senem candidatum apparuisse, qui juberet duobus candidatis ut pergerent, et corpus ablatum de sepulcro ad coelum levarent. Cumque, inquit, de sepulcro corpus fuisset assumptum atque in coelum levatum, ramos rosarum virginum (sic enim clausae appellari solent) de eodem sepulcro surrexisse.

4. Narravi quid fuerit gestum. Modo quaestionem audire dignare, et doce quod quaero. Cogit enim me istius animae migratio talia percunctari. Cum in corpore sumus, est nobis sensus interior solers pro agilitate studii nostri; et tanto vigilantior et ferventior, quanto fuerimus studiosiores, et adhuc impedimento corporis retardari nos videtur esse probabile. Quis autem omnia quae animus ex corpore patitur, poterit enarrare? Inter has turbas et molestias, ex suggestionibus, ex tentationibus, ex necessitatibus, diversisque calamitatibus venientes, fortitudinem suam non deserit animus: resistit, vincit; aliquando vincitur. Tamen quoniam meminit sui, agilior et sollicitior efficitur excitatus tantis laboribus, et rumpit quosque nodos malitiae, et transit ad meliora. Quid dicam dignatur intelligere Sanctitas tua. Ergo cum in hac vita sumus, talibus egestatibus impedimur, et tamen, sicut scriptum est, «supervincimus per eum qui dilexit nos» (Rom. VIII, 37). Exeuntes de corpore, et onus omne, et agile peccatum evadentes, qui sumus?

Luego, cuando hubo comenzado a ser soltado, comenzó a signarse en la frente, de modo que así descendía la mano a la boca que deseaba signarse para sí, cuando ya el hombre interior, y bien renovado de día en día, la casa de lodo había abandonado. A mí tanto gozo me acreció, que pienso que, abandonado su propio cuerpo, en mi alma ingresó, y allí me proporciona una cierta lucidez de su presencia, porque en la liberación y seguridad de él demasiado me gozo; no se puede decir. Pues no leve le exhibí solicitud, temiendo por la edad del adolescente. Pues cuidé de inquirir de él, no sea que por ventura por el contagio de una mujer hubiera sido polucionado: testificó que él estaba libre, más para que nuestro gozo se acumulara. Fue soltado, por tanto. Ofrecimos exequias bastante honorables, y dignas de tanta alma; pues por tres días con himnos alabamos juntos al Señor sobre el sepulcro de él, y los Sacramentos de la redención al tercer día ofrecimos.

3. Pero he aquí que después de dos días una cierta viuda honesta, Úrbica de Figentes, que decía que ella hacía doce años era viuda, sierva de Dios (ancilla Dei), vio un sueño tal. Ve a un cierto diácono (diaconum) hace un cuatrienio despojado del cuerpo, con siervos y siervas de Dios vírgenes y viudas preparar un palacio. Se adornaba en cambio de modo que la claridad del lugar brillara, y todo el lugar se pensara ser de plata. Cuando ella más estudiosamente hubo interrogado para quién ciertamente esto se preparaba; respondió aquel diácono que se preparaba para el joven (puer) que ayer fue consumido, hijo del presbítero (presbyter). Y en el mismo palacio un cierto anciano vestido de blanco apareció, que mandaba a dos candidatos que marcharan, y el cuerpo quitado del sepulcro al cielo levantaran. Y cuando, dice, del sepulcro el cuerpo hubo sido asumido y al cielo levantado, ramos de rosas de vírgenes (pues así las encerradas suelen ser llamadas) del mismo sepulcro surgieron.

4. Narré lo que fue hecho. Ahora dignate oír la cuestión, y enseña lo que busco. Pues me obliga la migración de esa alma a tales cosas preguntar. Cuando estamos en el cuerpo, hay para nosotros un sentido interior hábil por la agilidad de nuestro estudio; y tanto más vigilante y ferviente cuanto más estudiosos hayamos sido, y todavía parece ser probable que somos retardados por el impedimento del cuerpo. ¿Quién en cambio todas las cosas que el alma padece del cuerpo podrá narrar? Entre estas turbas y molestias, viniendo de las sugestiones, de las tentaciones, de las necesidades, y diversas calamidades, no deserta su fortaleza el alma: resiste, vence; alguna vez es vencida. Sin embargo, puesto que se acuerda de sí, más ágil y solícita se hace excitada por tantos trabajos, y rompe cualesquiera nudos de malicia, y pasa a cosas mejores. Lo que digo se digna entender tu Santidad. Por tanto, cuando estamos en esta vida, por tales penurias somos impedidos, y sin embargo, como está escrito: «sobrevencemos por aquel que nos amó» (Rom 8, 37). Saliendo del cuerpo, y escapando de toda carga y del ágil pecado, ¿quiénes somos?

5. Et primum quaero utrum aliquod corpus sit, quod rem incorpoream, hoc est ipsius animae substantiam non deserat, cum dimiserit hoc terrenum corpus, ne forte de quatuor unum sit, aut aerium, aut aetherium. Cum enim incorporea sit anima, si omni corpore caret, jam una est omnium. Et ubi erit ille dives purpuratus, et Lazarus vulneratus? Quomodo etiam meritis discernentur, ut ille poenam, ille gaudium habeat, si una ex omnibus incorporeis apparuerit anima: si tamen figurate illa significata non sunt. Certum est autem, quae locis tenentur, corporibus tenentur, ut ille dives in flamma, et pauper ille in sinu Abrahae (Luc. XVI, 19, 22). Si loca sunt, corpora sunt, et in corporibus animae sunt; in corpore autem si poenae vel praemia in conscientiis sunt. Quaevis est ista una anima, effecta ex multis animis, affligatur, et laetetur in una, ut appareat substantia ex multis animis collecta; aut si hoc dicitur quemadmodum una res animus incorporeus, et in eo memoria est, et voluntas, et intellectus, et hae omnes causae incorporeae sunt, et habent officiorum congruam portionem, nec tamen altera alteram impedit. Utcumque puto posse responderi, ut et aliquas poenae, et aliquas praemia comitentur in una ex multis animis collecta substantia.

6. Aut si non ita est, quid impedit si unusquisque animus, cum corpore hoc solido caret, aliud habeat corpus, ut ipse animus semper aliquod corpus animet; aut quo transitum facit, si ulla regio est ad quam eum necessitas ire compellit? Quandoquidem et ipsi Angeli nec multi dici possunt, si non corporibus numerentur; ut ait ipsa Veritas in Evangelio, «Possem rogare Patrem meum ut duodecim mihi legiones angelorum misisset» (Matth. XXVI, 53). Deinde cum constet Samuelem in corpore fuisse visum, quando excitatus est ad petitionem Saül (I Reg. XXVIII, 14); et Moysen, cujus corpus sepultum est secundum Evangelium, manifestum sit in corpore eum venisse ad Dominum in monte (Matth. XVII, 3), cum constitissent. Quanquam et in apocryphis, et in secretis ipsius Moysi, quae scriptura caret auctoritate, tunc cum ascenderet in montem ut moreretur, vi corporis efficitur, ut aliud esset quod terrae mandaretur, aliud quod angelo comitanti sociaretur. Sed non satis urget me apocryphorum praeferre sententiam illis superioribus rebus definitis. Videndum ergo, et sive auctoritate sive ratione indagandum quod quaeritur. Sed dicitur quod resurrectio futura ostendat eam omni corpore caruisse. Nec satis impedit, quandoquidem illi Angeli, qui invisibiles etiam sunt, cum corporibus apparere voluerunt et videri, et quaecumque illa positio corporum sit, eorum spiritibus digna, tamen apparuerunt ad Abraham (Gen. XVIII, 2) et ad Tobiam (Tob. XII, 15). Ita fieri potest ut resurrectio quidem carnis istius, quae bene creditur futura sit, tamen sic anima illa reddatur, ut corpore aliquo nunquam caruisse reperiatur.

5. Y primero pregunto si hay algún cuerpo que a la cosa incorpórea, esto es, a la misma substancia (substantia) del alma no abandone cuando haya dejado este cuerpo terreno, no sea que por ventura de los cuatro uno sea, o aéreo o etéreo. Pues siendo incorpórea el alma, si de todo cuerpo carece, ya es una de todos. ¿Y dónde estará aquel rico purpurado y Lázaro llagado? ¿De qué modo también por los méritos serán discernidos, para que aquel la pena y aquel el gozo tenga, si una de todas las incorpóreas apareciera el alma: si sin embargo figuradamente aquellas cosas no fueron significadas? Es cierto en cambio que las cosas que por lugares se tienen, por cuerpos se tienen, como aquel rico en la llama y aquel pobre en el seno de Abrahán (Lc 16, 19. 22). Si hay lugares, hay cuerpos, y en cuerpos están las almas; o si en un cuerpo las penas o premios están en las conciencias. Cualquiera sea esta alma única, hecha de muchas almas, sea afligida y se alegre en una sola, para que aparezca la substancia (substantia) recolectada de muchas almas; o si esto se dice del mismo modo que el alma (animus) incorpórea es una cosa, y en ella está la memoria, y la voluntad, y el intelecto, y todas estas causas incorpóreas son, y tienen la congrua porción de oficios, ni sin embargo una a la otra impide. De cualquier modo pienso que puede responderse, que tanto a algunas las penas como a algunas los premios acompañen en una substancia recolectada de muchas almas.

6. O si no es así, ¿qué impide si cada alma, cuando carece de este cuerpo sólido, tenga otro cuerpo, de modo que la misma alma siempre algún cuerpo anime; o a dónde hace el tránsito, si hay alguna región a la cual la necesidad la obliga a ir? Puesto que ni los mismos Ángeles (Angeli) pueden ser llamados muchos si no fueran numerados por cuerpos; como dice la misma Verdad en el Evangelio: «Podría rogar a mi Padre que doce legiones de ángeles me hubiera enviado» (Mt 26, 53). Luego, constando que Samuel fue visto en un cuerpo cuando fue excitado a petición de Saúl (1 Sm 28, 14); y Moisés, cuyo cuerpo fue sepultado según el Evangelio, manifiesto sea que él en un cuerpo vino al Señor en el monte (Mt 17, 3), cuando se presentaron. Aunque también en los apócrifos (apocryphis), y en los secretos del mismo Moisés, cuya escritura carece de autoridad, entonces cuando ascendía al monte para morir, se efectuó por la fuerza del cuerpo que una cosa fuera la que a la tierra se mandara, y otra la que al ángel acompañante se asociara. Pero no me urge bastante preferir la sentencia de los apócrifos a aquellas cosas superiores definidas. Se ha de ver, por tanto, e indagar sea por autoridad o por razón lo que se busca. Pero se dice que la resurrección (resurrectio) futura muestra que ella de todo cuerpo careció. Ni impide bastante, puesto que aquellos Ángeles, que también son invisibles, cuando con cuerpos quisieron aparecer y ser vistos, y cualquiera sea aquella posición de los cuerpos, digna de los espíritus de ellos, sin embargo aparecieron a Abrahán (Gén 18, 2) y a Tobías (Tob 12, 15). Así hacerse puede que la resurrección de esta carne, que bien se cree que ha de ser futura, sin embargo así aquella alma sea restituida que nunca de algún cuerpo se encuentre haber carecido.

Cum enim ex quatuor elementis corpus ipsum constet, unum videtur amittere, calidum scilicet, cum e corpore isto migrare videatur. Nam remanet quod terrenum est, et liquor non deest; nec frigidae materiae elementum abest: solum illi eximitur calidum; quod forte secum ipse animus trahit, si de loco ad locum migrat. Hoc interim de corpore dixerim.

7. Videtur quoque mihi quod si in corpore positus, ut jam dixi, vegeto, strenua utitur mentis intentione, quanto magis expeditus, agilis, vegetus, fervens, strenuus, intentus erit, et capacior efficitur ac melior, ut in corpore positus gustaverit virtutem! Quo deposito magis quoque abstersa nube, totus serenus effectus est, in tranquillitate sine tentatione positus, videat quod desideraverit, amplexetur quod amavit. Recordetur quoque et amicorum, et quos jam praemiserat, agnoscat, et quos post se dimisit: forte sic est; ego nescio, discere quaero. Satis autem me perturbat, si soporem quemdam accipit animus ipse, ne talis sit, qualis cum dormit in corpore constitutus, quasi sepultus, et in spe tantum vivens: caeterum nihil habens, nihil sciens; maxime si somnio nullo pulsetur. Quae res vehementer terret, et quasi exstinctum indicat animum.

8. Illud etiam quaero, si corpus habere fuerit indagatus, utrum et aliquo sensu non careat? Certe si non odorandi necessitas ei, ut puto, ingeri potest, neque gustandi, sed nec tangendi: dubito remanere videndi et audiendi. Nam quid est quod audire dicuntur daemones, non in omnibus quos vexant, nam et in his quaestio est; sed etiam cum apparent in corporibus suis? De visu autem quomodo transeunt de loco in locum, si corpus habent, si sensu visibili duce carent? Putas non ita sunt animae humanae cum de corporibus egrediuntur, ut et corpus aliquod habeant, et sensu aliquo non carent? Quid est et illud, quod plerique mortui visi sunt in domibus ita ingredi, ut soliti sunt, aut per diem, aut per noctem a vigilantibus, ab ambulantibus? Non hoc semel audivi, et illud quod dicitur plerumque in qua dam particula noctis, in locis in quibus humata corpora sunt, et maxime in basilicis fieri tumultus et orationes. Non enim ab uno hoc audisse me memini; nam testis est visionis istius vir quidam sanctus presbyter, qui multitudinem talium de baptisterio exeuntium in corporibus lucidis, et postea in medio ipsius ecclesiae orationes adverterit. Haec ergo omnia aut illi nostrae inquisitioni favent, aut si fabulae sunt, mirum: tamen vellem aliquid ex hac re nosse, quia veniunt, et visitant, et videntur exceptis somniis.

Pues constando el cuerpo mismo de cuatro elementos, uno parece perder, a saber, el cálido, cuando de este cuerpo parece migrar. Pues permanece lo que es terreno, y el líquido no falta; ni el elemento de la materia fría está ausente: solo de ella se exime lo cálido; lo cual por ventura el mismo alma consigo atrae si de lugar a lugar migra. Esto ínterin de lo referente al cuerpo dijera.

7. Me parece también que si puesto en el cuerpo, como ya dije, vive y usa una enérgica intención de la mente, ¡cuánto más expedito, ágil, vigoroso, ferviente, enérgico, intentado será, y se hace más capaz y mejor, como quien puesto en el cuerpo gustó la virtud! El cual dejado, limpiada también más la nube, todo sereno ha sido hecho, puesto en tranquilidad sin tentación, vea lo que deseó, abrace lo que amó. Acuérdese también de los amigos, y a los que ya había enviado delante reconozca, y a los que tras de sí dejó: por ventura así es; yo no lo sé, aprender busco. Bastante en cambio me perturba si un cierto sopor (soporem) recibe el alma misma, no sea que tal sea cual cuando duerme constituida en el cuerpo, como sepultada, y en esperanza solo viviendo: por lo demás nada teniendo, nada sabiendo; máxime si por sueño ninguno fuera pulsada. Cuya cosa vehementemente aterra, y como extinguida indica al alma.

8. Aquello también pregunto: si tener cuerpo fuera indagado, ¿acaso también de algún sentido no carezca? Ciertamente si no la necesidad de oler se le puede, según pienso, ingerir, ni la de gustar, pero ni la de tocar: dudo que permanezcan el ver y el oír. Pues ¿qué es lo que oír se dice a los demonios (daemones), no en todos a los que vejan, pues también en estos hay cuestión; sino también cuando aparecen en sus cuerpos? Sobre la vista en cambio, ¿cómo pasan de lugar a lugar si tienen cuerpo, si carecen del sentido visible guía? ¿Piensas que no así son las almas humanas cuando de los cuerpos salen, que también cuerpo alguno tengan, y de sentido alguno no carezcan? ¿Qué es también aquello de que muchísimos muertos han sido vistos en las casas entrar así como solían, o por el día o por la noche por quienes vigilan, por quienes caminan? No esto una sola vez oí, y aquello que se dice que muchísimas veces en una cierta partícula de la noche, en los lugares en los cuales sepultados los cuerpos están, y máxime en las basílicas (basilicis), se hacen tumultos y oraciones. Pues no de uno solo haber oído esto me acuerdo; pues testigo es de esta visión un cierto varón santo presbítero (presbyter), que una multitud de tales saliendo del baptisterio (baptisterio) en cuerpos lúcidos, y después en medio de la misma iglesia oraciones advirtiera. Todas estas cosas, por tanto, o favorecen nuestra inquisición, o si fábulas (fabulae) son, es de admirar: sin embargo querría algo de este asunto conocer, porque vienen, y visitan, y son vistos, exceptuados los sueños.

9. Ex quibus alia nascitur quaestio. Non enim modo phantasiam ego curo, quam sibi cor ineruditum fingit: visitationes loquor. Quomodo apparuit Joseph per somnium (Matth. I, 20), quomodo plerique visitati sunt. Sic ergo et nostri quos praemisimus aliquando veniunt, ipsi apparent per somnium, et loquuntur. Nam memini me ego ipse, et Profuturum, et Privatum, et Servilium, quos memini sanctos viros de monasterio praecessisse, locutos mihi, et ita factum fuisse ut dixerunt. Aut si aliquis spiritus melior est, qui eorum figuram assumit, et mentem visitat, viderit ille cui omnia nuda a summa cervice sunt. Si quid ergo de his omnibus tuae Sanctitati Dominus per rationem loqui dignabitur, rogo ut facere me digneris participem hujus scientiae. Praeterire autem et hoc nolui; forte enim pertinet ad inquisitionem meam.

10. Puer ipse de quo agitur, tempore quo solvebatur, exhibitus quodammodo pergit. Nam videtur per somnium condiscipulus et conlector ipsius, cum quo mihi excipiebat, qui jam ante octo menses corpore erat exemptus, venisse. Cum interrogaretur ab eo qui eum tunc cernebat, cur advenisset; ait ille, Ad amicum meum hunc ducendum veni: et ita factum est. Nam et in domo ipsa seni cuidam pene vigilanti, apparuit homo laurum portans in manu, scriptum. At ubi ille visus est, adjungitur adhuc quod post exitum pueri, pater ipsius presbyter cum sene Theasio in monasterio esse coeperant consolandi se gratia, sed post tertium diem pueri defuncti, videtur idem puer ad monasterium ingressus, et a quodam fratre per quoddam somnium interrogatur utrum sciret se fuisse mortuum? Dixit se scire. Utrum fuisset a Deo receptus? Et hoc secum magna retulit gratulatione. Cumque causa quaereretur cur advenisset, ait tunc ille: Missus sum ut exhibeam patrem meum. Evigilat cui haec ostendebantur, et narrat. Pervenit usque ad aurem episcopi Theasii. Qui permotus objurgavit dicentem, ne facile perveniret ad aurem presbyteri, et perturbaretur tali nuntio. Quid diu? Post dies forte quatuor visitationis cum loquitur, nam modicam senserat febriculam, periculum nullum erat, medicus aberat, qui penitus sollicitudinem nullam esse testaretur: at ubi se in lectum inclinavit, solutus est idem presbyter.

9. De las cuales otra cuestión nace. Pues no ahora de la fantasía (phantasiam) yo me cuido, la cual para sí el corazón inculto finge: de las visitaciones hablo. Cómo apareció José por un sueño (Mt 1, 20), cómo muchísimos fueron visitados. Así, por tanto, también los nuestros que enviamos delante alguna vez vienen, ellos mismos aparecen por el sueño, y hablan. Pues me acuerdo yo mismo que Profuturo, y Privato, y Servilio, a quienes recuerdo como santos varones haber precedido del monasterio (monasterio), me hablaron, y así sucedió como dijeron. O si algún espíritu (spiritus) mejor es, que la figura de ellos asume, y la mente visita, lo habrá visto aquel para quien todas las cosas están desnudas desde la suma cerviz. Si algo, por tanto, de todas estas cosas el Señor a tu Santidad (Sanctitati) por la razón se dignará hablar, ruego que me dignes hacer partícipe de esta ciencia. Pasar por alto en cambio también esto no quise; pues por ventura pertenece a mi inquisición.

10. El joven mismo de quien se trata, en el tiempo en que era soltado, procedió como exhibido de algún modo. Pues se ve por un sueño que un condiscípulo y colega (conlector) de él, con quien me hacía las notas, que ya antes de ocho meses del cuerpo había sido eximido, había venido. Cuando fuera interrogado por aquel que entonces lo discernía por qué había venido; dijo aquel: «A conducir a este amigo mío vine»; y así sucedió. Pues también en la casa misma a un cierto anciano casi vigilante, apareció un hombre portando en la mano un laurel escrito. Pero donde aquel fue visto, se añade todavía que tras el éxito del joven, el padre de él, presbítero (presbyter), con el anciano Teasio en el monasterio (monasterio) habían comenzado a estar por causa de consolarse, pero tras el tercer día del joven difunto, se ve al mismo joven ingresado al monasterio, y es interrogado por un cierto hermano por un cierto sueño si sabía que él había estado muerto. Dijo que lo sabía. ¿Si había sido por Dios recibido? Y esto refirió consigo con gran congratulación. Y cuando la causa fuera buscada de por qué había venido, dijo entonces aquel: «He sido enviado para que me lleve a mi padre». Despierta aquel a quien estas cosas se le mostraban, y las narra. Llega hasta el oído del obispo Teasio. Quien conmovido reprendió al que lo decía, no sea que fácilmente llegara al oído del presbítero y se perturbara por tal anuncio. ¿Para qué más? Después de por ventura cuatro días de la visitación cuando habla, pues una módica fiebrecilla había sentido, peligro ninguno había, el médico estaba ausente, quien totalmente testificara que solicitud ninguna había; pero cuando se inclinó en el lecho, fue soltado el mismo presbítero.

Nec taceo, et in hoc ipso die quo puer solvebatur, petit patrem ad pacem, et petit tertio, et in singulis osculis dicebat patri, Pater, dicamus Deo gratias; et patrem cogebat ut pariter secum dixisset, quasi communem exhortans ad migrandum ex hac vita. Nam inter utrosque septem dies medii numerantur. Quid fiet de tantis rebus? Quis erit occultarum istarum causarum fidelissimus magister? Aestus cordis mei refundit se tibi in tempore angustiae. Dispensatio exitus pueri, ejusque patris est manifesta, quia duo passeres non cadent ad terram sine voluntate Patris (Matth. X, 29).

11. Animam ergo omni corpore carere penitus non posse, illa res, ut puto, ostendit, quia Deus solus omni corpore semper caret. Post transitum autem animam, quam magis vigilantiorem fore arbitror, expositio tantae molis corporeae ostendit; tunc enim in actione et cognitione expedita tanto vinculo, ut puto, apparet praestantior, et omnis illa quies spiritualis, omnibus perturbationibus et erroribus liberam demonstrat, non marcidam, et quasi segnem, et torpidam, et implicatam facit: quippe cui sufficit perfrui etiam ipsa libertate quam adepta est, cum mundo et corpore caret; nam intellectum ea pasci, et ponere os spirituale ad fontem vitae prudenter dixisti, ubi est felix et beata proprietate mentis suae. Nam aliquando ego Servilium fratrem post ejus exitum per somnium vidi adhuc positus in monasterio, qui dixit quod nos per rationem laboremus tendere ad intellectum, se autem et tales in ipsa contemplationis delectatione manere.

12. Peto quoque ut quot modis sapientia dicatur, ostendas mihi; ut sapientia Deus, ut sapientia animus sapiens, quomodo dicitur ut lux, ut sapientia Beseleel qui fabricatus est Tabernaculum, vel unguentarium, ut sapientia Salomonis, vel si qua est alia, et quid invicem distent: et utrum una illa sapientia aeterna cum Patre in his gradibus intelligenda sit, quomodo diversa munera dicuntur Spiritus sancti qui dividit unicuique propria prout vult. An excepta illa sola sapientia quae facta non est, istae factae sunt, et propriam habent substantiam? an effecta sunt et ex definitione operis acceperunt? Multa requiro; det tibi Dominus et gratiam inveniendi, et sapientiam dictandi, et ad nos celeriter scribendi. Imperite et rustice scripsi: sed quia dignaris nosse quid quaeram, per Christum Dominum obsecro ut in his corrigas me, et doceas quod intelligis me scire cupere.

Epistola CLIX.

Augustinus Evodio, respondens ad quaestiones de anima soluta corpore, et de visis prodigiosis.

Domino beatissimo, et venerabili ac desiderabili fratri ac consacerdoti meo EVODIO, et tecum fratribus, AUGUSTINUS, et mecum fratres, in Domino salutem.

Ni callo, también en este mismo día en el cual el joven era soltado, pide al padre la paz, y la pide por tercera vez, y en cada uno de los ósculos decía al padre: «Padre, digamos a Dios gracias»; y al padre obligaba a que pariter con él hubiera dicho, como exhortando a su compañero a migrar de esta vida. Pues entre ambos siete días intermedios se cuentan. ¿Qué será de tantas cosas? ¿Quién será de estas causas ocultas el más fiel maestro? El ardor de mi corazón se vuelca a ti en tiempo de angustia. La dispensación del éxito del joven y de su padre es manifiesta, porque «dos gorriones no caen a la tierra sin la voluntad del Padre» (Mt 10, 29).

11. Que el alma de todo cuerpo carecer totalmente no pueda, aquella cosa, según pienso, muestra, porque Dios solo de todo cuerpo siempre carece. Tras el tránsito en cambio al alma, la cual más vigilante creo que ha de ser, la exposición de tanta mole corpórea lo muestra; entonces en efecto en la acción y el conocimiento expedita de tanto vínculo, según pienso, aparece más excelente, y toda aquella quietud espiritual, libre de todas las perturbaciones y errores la demuestra, no la hace marchita, y como perezosa, y tórpida, e implicada: puesto que a ella le basta disfrutar aun de la misma libertad que ha alcanzado cuando del mundo y del cuerpo carece; pues que el intelecto sea alimentado por ella, y ponga la boca espiritual a la fuente de la vida prudentemente dijiste, donde es feliz y bienaventurada por la propiedad de su mente. Pues alguna vez yo al hermano Servilio tras su éxito por un sueño vi todavía puesto en el monasterio, quien dijo que nosotros por la razón trabajamos por tender al intelecto, él en cambio y tales en la misma delectación de la contemplación permanecen.

12. Pido también que por cuántos modos la sabiduría (sapientia) se diga, me muestres; como sabiduría Dios, como sabiduría el alma sabia, cómo se dice como luz, como sabiduría de Beseleel que fabricó el Tabernáculo o el vaso de los ungüentos, como sabiduría de Salomón, o si hay alguna otra, y qué disten entre sí: y si aquella única sabiduría eterna con el Padre en estos grados ha de ser entendida, del modo que diversos dones se dicen del Espíritu Santo (Spiritus sancti) que divide a cada uno lo propio como quiere. ¿O exceptuada aquella sola sabiduría que no fue hecha, estas han sido hechas y tienen su propia substancia (substantiam)? ¿O son efectos y de la definición de la obra recibieron? Muchas cosas requiero; te dé el Señor tanto la gracia de encontrar, como la sabiduría de dictar, y de escribirnos rápidamente. Imperitamente y rústicamente escribí: pero porque te dignas conocer qué busco, por Cristo el Señor obsecro que en estas cosas me corrigas, y enseñes lo que entiendes que deseo saber.

Epístola CLIX.

Agustín a Evodio, respondiendo a las cuestiones sobre el alma solatada del cuerpo, y sobre las visiones prodigiosas.

Al Señor beatísimo, y venerable y deseable hermano y consacerdote mío EVODIO, y a los hermanos contigo, AGUSTÍN, y los hermanos conmigo, en el Señor salud.

1. Frater iste nomine Barbarus, servus Dei est jam diu apud Hipponem constitutus, et verbi Dei fervidus ac studiosus auditor. Desideravit ad tuam Sanctitatem litteras nostras; in quibus tibi eum in Domino commendamus, tibique per eum salutem debitam dicimus. Litteris autem Sanctitatis tuae, quibus ingentes texuisti quaestiones, respondere operosissimum est, etiam otiosis, et multo majore quam nos sumus, praeditis facultate disserendi et acrimonia intelligendi. Duarum sane epistolarum tuarum, quibus multa et magna conquiris, una nescio quomodo aberravit, et diu quaesita non potuit reperiri: altera vero, quae inventa est, habet commendationem suavissimam servi Dei boni et casti adolescentis, quomodo ex hac vita migraverit, et quibus visionum fraternarum attestationibus meritum ejus vobis insinuari potuerit. Deinde ex hac occasione proponis et versas de anima obscurissimam quaestionem, utrum cum aliquo corpore egrediatur e corpore, quo possit ad corporalia loca ferri, vel locis corporalibus contineri. Hujus igitur rei tractatus, si tamen ad liquidum a talibus quales nos sumus, examinari potest, curam atque operam negotiosissimam postulat, ac per hoc mentem ab his occupationibus otiosissimam. Si autem breviter vis audire quid mihi videatur, nullo modo arbitror animam e corpore exire cum corpore.

2. Visiones autem illae, futurorumque praedictiones quomodo fiant, ille jam explicare conetur, qui novit qua vi efficiantur in unoquoque animo tanta, cum cogitat. Videmus enim, planeque cernimus in eo fieri rerum multarum visibilium, et ad caeteros corporis sensus pertinentium, innumerabiles imagines: quae non interest quam ordinate vel turbide fiant; sed tantum quia fiunt, quod manifestum est, qua vi et quomodo fiant quisquis potuerit explicare (quae omnia certe quotidiana sunt atque continua), audeat praesumere aliquid ac definire etiam de illis rarissimis visis. Ego autem tanto minus hoc audeo, quanto minus id quoque in nobis quod vita continua vigilantes dormientesque experimur, quo pacto fiat explicare sufficio. Non cum ad te dictarem hanc epistolam, teipsum animo contuebar, te utique absente atque nesciente, et quomodo possis his verbis moveri, secundum notitiam quae mihi de te inest, imaginabar; atque id quonam modo in animo meo fieret, capere ac investigare non poteram, certus tamen non fieri corporeis molibus, nec corporeis qualitatibus, cum corpori simillimum fieret: hoc interim habeas, ut ab occupato et festinante dictatum. In duodecimo autem libro eorum quos de Genesi scripsi, versatur haec quaestio vehementer, et ex multis rerum expertarum atque credibiliter auditarum exemplis disputatio illa silvescit. Quid in ea potuerimus vel effecerimus, cum legeris, judicabis; si tamen Dominus dignabitur donare ut eos mihi libros, quantum possum congruenter emendatos, jam liceat edere, et multorum fratrum exspectationem non jam longa disputatione suspendere.

1. Este hermano de nombre Bárbaro, siervo de Dios, está ya hace tiempo en Hipona constituido, y de la palabra de Dios ferviente y estudioso auditor. Deseó para tu Santidad (Sanctitatem) letras nuestras; en las cuales te lo encomendamos en el Señor, y a ti por él la debida salud decimos. A las letras en cambio de tu Santidad, con las cuales ingentes cuestiones tejiste, responder es laboriosísimo, incluso para los ociosos, y dotados de mucha mayor facultad de discurrir y acritud de entender de la que somos nosotros. De tus dos epístolas por cierto, con las cuales muchas y grandes cosas buscas, una no sé cómo se extravió, y largamente buscada no pudo ser hallada: la otra en verdad, que fue encontrada, tiene la recomendación suavísima del siervo de Dios, bueno y casto adolescente, cómo de esta vida migró, y por qué atestaciones de visiones fraternas el mérito de él a vosotros pudo ser insinuado. Luego por esta ocasión propones y versas sobre el alma (anima) una oscurísima cuestión, si con algún cuerpo sale del cuerpo, por el cual pueda a los lugares corporales ser llevada, o por lugares corporales ser contenida. El tratado por tanto de este asunto, si sin embargo a lo líquido por tales cuales somos nosotros puede ser examinado, postula cuidado y obra negociosísima, y por esto una mente de estas ocupaciones ociosísima. Si en cambio brevemente quieres oír qué me parece, de ningún modo juzgo que el alma sale del cuerpo con un cuerpo.

2. Las visiones en cambio aquellas, y las predicciones de los futuros cómo se hagan, intente ya explicarlo aquel que conoce por qué fuerza se efectúan en cada alma (animo) tantas cosas cuando piensa. Vemos en efecto, y plenamente discernimos que en ella se hacen innumerables imágenes de muchas cosas visibles, y pertenecientes a los demás sentidos del cuerpo: las cuales no interesa cuán ordenadamente o túrbidamente se hagan; sino solo porque se hacen, lo cual es manifiesto, por qué fuerza y de qué modo se hagan cualquiera que pudiera explicar (todas las cuales cosas ciertamente cotidianas son y continuas), ose presumir algo y definir también sobre aquellas rarísimas visiones. Yo en cambio tanto menos esto oso, cuanto menos aquello también en nosotros que por la vida continua vigilando y durmiendo experimentamos, de qué modo se haga soy suficiente para explicar. Cuando te dictaba esta epístola, a ti mismo en el alma contemplaba, estando tú por cierto ausente y no sabiéndolo, y de qué modo puedas por estas palabras ser movido, según la noticia que de ti en mí está, imaginaba; y aquello de qué modo en mi alma se hiciera, captar e investigar no podía, cierto sin embargo de que no se hace por moles corpóreas, ni por cualidades corpóreas, siendo hecho muy semejante al cuerpo: esto ínterin tenlo como dictado por un ocupado y apresurado. En el duodécimo libro en cambio de aquellos que sobre el Génesis (Genesi) escribí, se versa esta cuestión vehementemente, y por muchos ejemplos de cosas experimentadas y creíblemente oídas aquella disputa se hace espesa. Qué en ella hayamos podido o efectuado, cuando lo leas, juzgarás; si sin embargo el Señor se dignará donar que ya me sea lícito editar esos libros, corregidos cuanto puedo congruentemente, y no suspender ya por larga disputa la expectativa de muchos hermanos.

3. Narrabo autem unum aliquid breviter unde cogites. Frater noster Gennadius, notissimus fere omnibus, nobisque charissimus medicus, qui nunc apud Carthaginem degit, et Romae suae artis exercitatione praepolluit, ut hominem religiosum nosti, atque erga pauperum curam impigra misericordia facillimoque animo benignissimum, dubitabat tamen aliquando, ut modo nobis retulit, cum adhuc esset adolescens, et in his eleemosynis ferventissimus, utrum esset ulla vita post mortem. Hujus igitur mentem et opera misericordiae quoniam Deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus juvenis et dignus intendi, eique dixit: Sequere me. Quem dum sequeretur, venit ad quamdam civitatem, ubi audire coepit a dextera parte sonos suavissimae cantilenae, ultra solitam notamque suavitatem; tunc ille intento quidnam esset, ait hymnos esse beatorum atque sanctorum: sinistra autem parte quid se vidisse retulit, non satis memini. Evigilavit, et somnium fugit, tantumque de illo quantum de somnio cogitavit.

4. Alia vero nocte, ecce idem ipse juvenis eidem rursus apparuit, atque ab illo utrum cognosceretur interrogavit: respondit iste quod eum bene planeque cognosceret. Tunc ille quaesivit ubi se nosset. Nec memoriae defuit quid iste identidem responderet; totumque visum illud, hymnosque sanctorum ad quos audiendos eo duce venerat, qua recentissimos recordabatur facilitate narravit. Hic ille percontatus est utrumnam id quod narraverat, in somnis vidisset, an vigilans: respondit, in somnis. At ille, Bene, inquit, recolis: verum est, in somnis illa vidisti; sed etiam nunc in somnis te videre scias. Haec cum audisset iste, ita esse credidit, atque id responsione firmavit. Tunc qui hominem docebat, adjecit et ait: Ubi est modo corpus tuum? Ille respondit: In cubiculo meo. Scisne, inquit ille, in eodem corpusculo nunc illigatos esse, et clausos, et otiosos oculos tuos, nihilque illis oculis te videre? Respondit: Scio. Tunc ille: Qui sunt ergo, inquit, isti oculi quibus me vides? Ad hoc iste non inveniens quid responderet, obticuit. Cui haesitanti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur, aperuit; et continuo: Sicut, inquit, illi oculi carnis tuae utique in dormiente atque in lectulo jacente, nunc vacant, nec aliquid operantur, et tamen sunt isti quibus me intueris, et ista uteris visione; ita cum defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuae vita tibi inerit qua vivas, sensusque quo sentias. Cave jam deinceps ne dubites vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis ablatam dicit hujus rei dubitationem: quo docente, nisi providentia et misericordia Dei?

3. Narraré en cambio una sola cosa brevemente de donde pienses. Nuestro hermano Genadio, notadísimo casi para todos, y para nosotros carísimo médico, que ahora en Cartago vive, y en Roma por el ejercicio de su arte prepolió, como conoces que es hombre religioso, y hacia el cuidado de los pobres de incansable misericordia (misericordia) y de facilísimo ánimo benignísimo, dudaba sin embargo alguna vez, como hace poco nos refirió, cuando todavía era adolescente, y en estas limosnas ferventísimo, si había alguna vida tras la muerte. Puesto que, por tanto, la mente y obras de misericordia de este de ningún modo Dios abandonaría, se le apareció en sueños un conspicuo joven y digno de ser atendido, y le dijo: «Sígueme». Mientras lo seguía, vino a una cierta ciudad donde comenzó a oír de la parte derecha sonidos de una suavísima cantilena, más allá de la acostumbrada y conocida suavidad; entonces él, atento a qué fuera aquello, dijo que eran himnos de los bienaventurados y de los santos: de la parte izquierda en cambio qué refirió haber visto, no me acuerdo bastante. Despertó, y el sueño huyó, y tanto de aquello cuanto de un sueño pensó.

4. En otra noche en verdad, he aquí que el mismo joven a él otra vez se apareció, y por él si era reconocido interrogó: respondió este que lo conocía bien y plenamente. Entonces aquel buscó dónde lo hubiera conocido. Ni faltó a la memoria qué este igualmente respondiera; y todo aquel viso, e himnos de los santos a los cuales para oír bajo el guía de aquel había venido, con aquella facilidad con que los recordaba muy recientes narró. Aquí aquel preguntó si acaso aquello que había narrado en sueños lo había visto o vigilando: respondió: en sueños. Pero aquel: «Bien —dijo— recuerdas: verdad es, en sueños aquellas cosas viste; pero también ahora en sueños que ves sepas». Estas cosas cuando hubo oído este, así ser creyó, y aquello con la respuesta afirmó. Entonces el que al hombre enseñaba, añadió y dijo: «¿Dónde está ahora tu cuerpo?». Él respondió: «En mi alcoba». «¿Acaso sabes —dijo aquel— que en ese mismo cuerpecillo ahora ligados están, y cerrados, y ociosos tus ojos, y que nada con esos ojos tú ves?». Respondió: «Sé». Entonces aquel: «¿Cuáles son, por tanto —dijo —, estos ojos con los que me ves?». A esto este, no encontrando qué responder, calló. A él vacilante, aquel lo que con estas interrogaciones se esforfaba por enseñar, abrió; y de continuo: «Así como —dijo— aquellos ojos de tu carne por cierto en el durmiente y en el lecho yacente ahora vacan, ni algo operan, y sin embargo son estos con los que me contemplas, y usas de este viso; así cuando difunto hubieras sido, nada haciendo los ojos de tu carne, la vida en ti estará por la que vivas, y el sentido por el que sientas. Evita ya de aquí en adelante dudar que la vida permanece tras la muerte». Así para sí el hombre fiel dice que fue quitada la duda de este asunto: ¿con quién enseñando sino con la providencia (providentia) y misericordia de Dios?

5. Ista narratione dixerit aliquis tantae rei nos non solvisse, sed vinxisse quaestionem. Verumtamen cum his verbis credere, vel non credere, liberum cuique sit; seipsum quisque habet, quo se avocet ad profundissimam quaestionem. Et vigilat homo, et dormit homo quotidie, et cogitat homo: dicat unde fiant ista similia formis, similia qualitatibus, similia motibus corporum, nec tamen materie corporali; dicat si potest. Si autem non potest, quid se praecipitat de rarissimis aut inexpertis quasi definitam ferre sententiam, cum continua et quotidiana non solvat? Ego autem, quamvis quo modo fiant ista veluti corporea sine corpore, verbis prorsus explicare non possim; tamen sicut scio non ea corpore fieri, utinam sic scirem quo modo discernerentur quae videntur aliquando per spiritum, et per corpus videri putantur; quove modo distinguantur visa eorum quos error vel impietas plerumque deludit, quando visis piorum atque sanctorum similia pleraque narrantur! quorum exempla si commemorare voluissem, tempus mihi potius quam copia defuisset. In Domini misericordia vegeteris, domine beatissime, et venerabilis et desiderabilis frater.

Epistola CLX.

Evodius Augustino, movens quaestionem de ratione et Deo.

EVODIUS AUGUSTINO Episcopo, salutem.

1. Perfecta ratio illa est quae omnium rerum praestat scientiam, et maxime aeternarum rerum quae intellectu comprehenduntur: hanc aeternam esse, aeternam esse debuisse; aeternum illud esse quod nec coepit, nec mutatur, nec variatur, ipsa docet atque ostendit ratio: quam necesse est esse aeternam, non solum quod aeterna doceat et demonstret, sed multo magis quod ipsa aeternitas non potest esse sine ratione; quia, arbitror, non esset aeternitas, si ratio ipsa aeterna non fuisset. Deinde Deum esse, vel esse debuisse, nec aliter fieri debere quam ut Deus esset, ratio demonstrat. Quae utique sive essent qui hoc scirent, sive non essent, tamen cum aeternus sit Deus, dubitandum non est aeternam esse rationem quae Deum esse oportuisse intenderet, et ita ut illi se demonstraret esse coaeternam.

5. Por esa narración dijera alguno que de tanta cosa nosotros no soltamos, sino que ligamos la cuestión. No obstante, siendo el creer o no creer a estas palabras libre para cada uno; cada cual se tiene a sí mismo, por lo cual se aparte a la profundísima cuestión. Y vigila el hombre, y duerme el hombre diariamente, y piensa el hombre: diga de dónde se hacen esas cosas semejantes a las formas, semejantes a las cualidades, semejantes a los movimientos de los cuerpos, y sin embargo no de materia corporal; diga si puede. Si en cambio no puede, ¿por qué se precipita a dar sobre las rarísimas o inexperimentadas como una definida sentencia, cuando las continuas y cotidianas no suelta? Yo en cambio, aunque de qué modo se hagan esas cosas como corpóreas sin cuerpo con palabras totalmente explicar no pueda; sin embargo así como sé que no se hacen por el cuerpo, ¡ojalá así supiera de qué modo se discernieran las que se ven alguna vez por el espíritu (spiritum), y por el cuerpo verse se piensan; o de qué modo se distinguen los visos de aquellos a los que el error o la impiedad muchísimas veces delude, cuando de los visos de los piadosos y de los santos semejantes muchísimas cosas se narran! cuyos ejemplos si hubiera querido conmemorar, el tiempo más bien que la abundancia me hubiera faltado. En la misericordia del Señor seas fortalecido, señor beatísimo, y venerable y deseable hermano.

Epístola CLX.

Evodio a Agustín, moviendo una cuestión sobre la razón y Dios.

EVODIO al obispo AGUSTÍN, salud.

1. Perfecta razón (ratio) es aquella que presta la ciencia de todas las cosas, y máxime de las cosas eternas que por el intelecto se comprenden: que esta sea eterna, que eterna haya debido ser; que eterno sea aquello que ni comenzó, ni se muda, ni se varía, la misma razón enseña y muestra: la cual es necesario que sea eterna, no solo porque las cosas eternas enseñe y demuestre, sino mucho más porque la misma eternidad no puede ser sin razón; porque, juzgo, no habría eternidad si la razón misma eterna no hubiera sido. Luego que Dios es, o haber debido ser, ni de otro modo deber hacerse sino para que Dios fuera, la razón lo demuestra. La cual por cierto, tanto si hubiera quienes esto supieran como si no los hubiera, sin embargo, siendo eterno Dios, no se ha de dudar que es eterna la razón que intentara que Dios debió ser, y de tal modo que a él se demostrara ser coeterna (coaeternam).

2. Sunt autem quaedam quae ratione coguntur ut sint, ut anterior sit ratio, et effectus posterior ejus rei quam futuram esse ostendit ratio: ut verbi gratia, cum mundus factus est, ratio habuit ut fieret mundus. Prior ergo ratio quam mundus est. Ea ergo quae scivit ratio futura esse, subsecuta sunt, ut sit princeps ratio, postea mundi operatio. Jam nunc quoniam ratio ostendit Deum esse, vel necesse esse ut Deus esset, quid cui praeponemus? rationem Deo, aut rationem mundo, an Deum rationi, sine qua Deum nullatenus esse probabile est? si enim Deum esse aeternum, est ratione esse aeternum, quae est ratio? Ergo aut Deus est, aut Dei est, ut ipsa docet ratio: quae si ipsa est Deus, ratio ostendit Deum esse rationem, et possunt ista coaeva et coaeterna esse. Si autem Dei est similitudo haec ratio, ostendit rationem Dei esse similiter: et hoc erit coaevum et coaeternum. Deum autem esse similiter fieri non posse, nisi esset Deus, ipsa ratio ostendit: quae ratio si auferatur, quod dictu nefas est, non erit Deus, si ratio non ostenderit necesse esse Deum. Tunc ergo Deus est, cum ejus ratio ostendit ut sit Deus. Deus ergo quia est: sine dubio est ratio quae docuit quia est.

3. Quid ergo est, si dici potest, in Deo primum, ratio, an Deus? Sed Deus non erit, nisi fuerit ratio quae doceat Deum esse debere. Ratio quoque non erit, nisi Deus erit. Nihil ergo ibi primum, et postremum. Natura ergo haec divina simul quodammodo habet et rationem et Deum. Unum autem unum generat, aut ratio Deum, aut Deus rationem. Subjectum autem, aut in subjecto forte dicatur ratio et Deus. Deus et ratio unus in uno. Bene autem Deus generat rationem: quia ratio Deum esse demonstrat. Intelligitur autem Deus a ratione ut Filius a Patre, et ratio a Deo, ut Pater a Filio. Nam et ipsa ratio cum Deo Deus est. Neque enim Deus aliquando sine ratione fuit, aut ratio sine Deo. Tunc enim Deus est si est ratio, et tunc Filius est si est Pater; ut si ratio auferatur, sicut dictum est, quod dici fas non est, ne ipse quidem Deus est: per ejus enim rationem est actus et operatio ut sit Deus. Rursus eadem dicamus. Si ratio non fuit, Deus non fuit; et si Deus non est, ratio non fuit. Ratio ergo et Deus sempiterna res: et Deus et ratio simili modo res sempiterna. Connexio autem atque unitio rationis ad Deum, et Dei ad rationem, Patris ad Filium, Filii ad Patrem, principia sibi quodammodo et causas existendi praestant; quia alterum sine altero esse non potest. Deficitur in verbis, et quodcumque dicitur, ad hoc dicitur, ne sileatur. Utrum autem germen rationis Deum dicamus, an Dei germen rationem, quia nec fructus sine radice esse potest, nec sine fructu radix aliquid est?

2. Hay en cambio algunas cosas que por la razón son obligadas a que sean, de modo que anterior sea la razón, y el efecto posterior de aquella cosa que la razón muestra que ha de ser: como por vía de ejemplo, cuando el mundo (mundus) fue hecho, la razón tuvo que se hiciera el mundo. Anterior, por tanto, es la razón que el mundo. Aquellas cosas, por tanto, que conoció la razón que habían de ser, subsiguieron, para que sea la razón el príncipe, después la operación del mundo. Ya ahora, puesto que la razón muestra que Dios es, o que es necesario que Dios fuera, ¿qué a qué antepondremos? ¿la razón a Dios, o la razón al mundo, o a Dios a la razón, sin la cual que Dios de ningún modo sea es probable? Pues si que Dios sea eterno es por la razón ser eterno, ¿qué es la razón? Por tanto, o Dios es, o de Dios es, como la misma enseña razón: la cual si ella misma es Dios, la razón muestra que Dios es la razón, y pueden estas ser coevas y coeternas. Si en cambio de Dios es semejanza esta razón, muestra que la razón de Dios es de modo similar: y esto será coevo y coeterno. Que Dios sea en cambio de modo similar no poder hacerse sino si fuera Dios, la misma razón lo muestra: la cual razón si se quitara, lo cual decir es nefasto, no será Dios si la razón no hubiera mostrado ser necesario a Dios. Entonces, por tanto, Dios es cuando su razón muestra que sea Dios. Dios, por tanto, porque es: sin duda es la razón la que enseñó porque es.

3. ¿Qué es, por tanto, si decirse puede, en Dios lo primero, la razón o Dios? Pero Dios no será si no hubiera sido la razón que enseñe que Dios debe ser. La razón también no será si Dios no será. Nada, por tanto, allí primero y postrero. Por tanto, esta naturaleza divina simultáneamente de algún modo tiene tanto a la razón como a Dios. Una en cambio a una genera, o la razón a Dios, o Dios a la razón. El sujeto en cambio, o en el sujeto por ventura se diga la razón y Dios. Dios y razón uno en uno. Bien en cambio Dios genera a la razón: porque la razón que Dios es demuestra. Es entendido en cambio Dios por la razón como el Hijo (Filius) por el Padre (Patre), y la razón por Dios como el Padre por el Hijo. Pues también la misma razón con Dios es Dios. Ni en efecto Dios alguna vez sin razón fue, o la razón sin Dios. Entonces en efecto Dios es si es razón, y entonces el Hijo es si es el Padre; de modo que si la razón se quitara, como se ha dicho, lo cual decir lícito no es, ni él mismo Dios es: por su razón en efecto es el acto y la operación para que sea Dios. Otra vez lo mismo digamos. Si la razón no fue, Dios no fue; y si Dios no es, la razón no fue. Razón, por tanto, y Dios, cosa sempiterna: y Dios y razón de modo similar cosa sempiterna. La conexión en cambio y unión de la razón a Dios, y de Dios a la razón, del Padre al Hijo, del Hijo al Padre, principios para sí de algún modo y causas de existir se prestan; porque lo uno sin lo otro ser no puede. Se desfallece en las palabras, y cualquier cosa que se dice, para esto se dice, para que no se calle. ¿Acaso en cambio germen de la razón a Dios llamemos, o de Dios germen a la razón, porque ni el fruto sin la raíz ser puede, ni sin el fruto la raíz algo es?

(Similitudo sit ducta, ut quiddam intelligentiae de Deo signetur; vivit enim et in grano tritici ratio fecundans, qua sterile non sinitur esse: sed iterum si granum tritici non esset, ex qua re ista produceret, ratio non haberet.)

4. Cum igitur ratio quae Deus est, aut ostendat Deum rationem, aut rationem esse Deum, unum quodam modo alterum ostendens; non ostenditur Pater nisi per Filium, nec Filius ostenditur nisi per Patrem; et tunc quasi in silentio sit Filius, quando per Patrem venitur ad Filium, ut unum quodam modo abscondatur, alterum demonstretur: ut demonstrans se unus, demonstret et alterum, nec possit unus sciri, ut lateat alter; quia «Qui me vidit,» inquit, «vidit et Patrem;» et, «Nemo venit ad Patrem, nisi per me» (Joan. XIV, 9, 6); et, «Nemo venit ad me, nisi quem Pater attraxerit» (Id. VI, 44). Arduum vehementerque difficile negotium inivimus, ut aliquid de Deo non intelligentes intelligeremus. Tamen quemadmodum omnia quae sunt, sine quadam specie non intelliguntur, et incognoscibilia sunt; sic multo magis sine Filio, hoc est, sine ratione incognitus est Deus. Quid enim? an aliquando sine ratione Pater alogus fuit? Quis hoc audeat dicere? Cognoscendum itaque ratione Deum unum ex uno, vel unum in uno simul unum esse: quia unus est Deus, cui necesse est illam inesse dilectionem quam semper habendam ipsa ratio docet, vel Deus praecipit dilectionem exhibendam esse.

EPISTOLA CLXI. Evodius Augustino, de eo quod scriptum est in epistola 137, ad Volusianum, «Si ratio quaeritur, non erit mirabile,» etc., quo dicto abuti eos posse ostendit, qui vellent corporeis oculis a Christo Deum videri, contra quam docuit Augustinus in epistola 92, ad Italicam.

Domino sancto, venerabiliter dilectissimo fratri et consacerdoti AUGUSTINO, et fratribus qui recum sunt, EVODIUS, et fratres qui mecum sunt, salutem in Domino.

1. Per Jobinum qui ad possessionem Marcianensem missus erat, dudum unam quaestionem de ratione et Deo missa epistola mea interrogavi; cujus adhuc responsum non merui. Sed quia epistolas Sanctitatis tuae, unam ad illustrem virum Volusianum, et alteram ad Italicam illustrem in Christo feminam, in manibus legentes habuimus; occurrit quod in priore epistola de Domini Jesu Christi Dei nostri carnali in Virgine conceptione, et ex ea nativitate posuisti, «Si ratio quaeritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare:» et visum est posse de omni nativitate, et hominis vel cujuslibet animantis vel seminis tale aliquid dici.

(La semejanza sea traída para que algo de inteligencia sobre Dios se signe; vive en efecto también en el grano de trigo la razón fecundante por la que estéril no se permite ser: pero otra vez si el grano de trigo no fuera, de qué cosa aquello produjera, razón no tendría).

4. Siendo por tanto la razón (ratio) que es Dios, o que muestre a Dios ser la razón, o a la razón ser Dios, una de algún modo a la otra mostrando; no se muestra el Padre (Pater) sino por el Hijo (Filium), ni el Hijo se muestra sino por el Padre; y entonces como en silencio esté el Hijo cuando por el Padre se viene al Hijo, para que una de algún modo se esconda, la otra se demuestre: para que demostrándose a sí una, demuestre también a la otra, ni pueda una ser conocida de modo que se oculte la otra; porque «Quien me ve —dice— ve también al Padre» (Jn 14, 9); y: «Nadie viene al Padre sino por mí» (Jn 14, 6); y: «Nadie viene a mí sino a quien el Padre haya atraído» (Jn 6, 44). Arduo y vehementemente difícil negocio emprendimos, para que algo sobre Dios no entendiendo entendiéramos. No obstante, del mismo modo que todas las cosas que son sin una cierta especie no se entienden, y son incognoscibles; así mucho más sin el Hijo, esto es, sin la razón, incógnito es Dios. ¿Pues qué? ¿acaso alguna vez sin razón el Padre fue «alogos»? ¿Quién esto osaría decir? Se ha de conocer por tanto por la razón a Dios uno de uno, o uno en uno simultáneamente uno ser: porque uno es Dios, en quien es necesario que esté aquella dilección (dilectionem) la cual siempre que se ha de tener la misma razón enseña, o Dios preceptúa que la dilección ha de ser exhibida.

EPÍSTOLA CLXI. Evodio a Agustín, sobre aquello que fue escrito en la epístola 137, a Volusiano: «Si la razón se busca, no será admirable», etc., por cuyo dicho muestra que ellos pueden abusar, los cuales querrían que por Cristo Dios fuera visto con los ojos corpóreos, contra lo que enseñó Agustín en la epístola 92, a Itálica.

Al Señor santo, venerablemente dilectísimo hermano y consacerdote AGUSTÍN, y a los hermanos que contigo están, EVODIO, y los hermanos que conmigo están, salud en el Señor.

1. Por Jobino que a la posesión Marcianense había sido enviado, hace poco una cuestión sobre la razón y Dios enviada mi epístola interrogué; cuya respuesta todavía no merecí. Pero porque las epístolas de tu Santidad (Sanctitatis), una al ilustre varón Volusiano, y otra a Itálica ilustre mujer en Cristo, en las manos leyendo tuvimos; ocurrió lo que en la anterior epístola sobre la carnal concepción del Señor Jesucristo Dios nuestro en la Virgen, y de ella el nacimiento pusiste: «Si la razón se busca, no será admirable; si el ejemplo se pide, no será singular»: y pareció poder sobre todo nacimiento, y del hombre o de cualquier animante o semilla tal algo decirse.

Si ratio enim ejus quaeratur, non indagabitur, et utique erit mirabile; et si exemplum poscatur, quia nihil tale sit in exemplis, erit singulare. Neque enim quis conventus viri et feminae, vel cujuslibet conceptionis aliquando, quod in secreto formatur, ratione poterit exponi: aut vero seminum ex terra nascentium, primitus putrescentium, postea fructificantium ulla ratio invenietur. Non enim et hoc mirabile non est vermem unum sine ullo parente, si ad singularitatem aliquid requiratur, intra pomum virgineo conceptu formatum, perfectum inveniri: unde ad exemplum arbitror dictum, «Ego vermis, et non homo» (Psal. XXI, 7). De conceptionibus ergo sive conjunctorum, sive singularium, nescio quaenam possit ratio exhiberi. Non ergo de conceptione Virginis tantum non redditur, sed de nulla quidem arbitror conceptione posse persolvi rationem.

2. Si exemplum poscitur: ecce et de vento dicuntur equae, et de cinere gallinae, et de aqua anates, et alia nonnulla animalia, sine virili semine, fetus proprios edere. Certe si integrae non reddunt, tamen possunt illibatae concipere: quomodo ergo ponitur, «Si exemplum poscitur, non erit singulare,» quando tot exempla procedunt? Nasci etiam in corporibus, non solum femineis, verum etiam virorum, intrinsecus dico, quaedam animalia, notum est omnibus: numquid et ibi semen facit conceptionem? Ecce exempla, ecce miracles, de quibus ratio nullatenus redditur. Aut si ad hoc redditur, quia in virgine homine nihil tale unquam contingit; tamen sunt exempla in aliis rerum naturis, quia nata et sine seminibus concipiuntur, ex quibus penitus ratio reddi nequaquam potest. Tamen et in generatione est aliquid tale invenire quod sic edat partus, ut integritas naturae non violetur. Soleo enim audire quod aranea sine ulla virili conceptione et partus corruptione, illa omnia fila ex quibus tentis haerere solet, secundum naturae suae modum proferat mirabiliter, et sibi tantum quasi singulari praestitum esse demonstret. Ergo si et hoc quaeratur, non tantum mirabile est, sed exempla talia rerum dari nullatenus possunt. Metuo enim ne ob hoc ipsa praecesserint in exemplis, ut qui non credidissent virginem concipere posse, his exemplis convincerentur esse quidem mirabile, sed tamen non erit singulare: nam omnia Dei opera mirabilia; quia in sapientia facta sunt. Si ergo hoc nobis objiciatur, quid respondebimus?

Si la razón en efecto de ello se buscara, no se indagará, y por cierto será admirable; y si el ejemplo se pidiera, porque nada tal haya en los ejemplos, será singular. Ni en efecto el convento del varón y la mujer, o de cualquier concepción alguna vez, lo cual en secreto se forma, por la razón podrá ser expuesto: o verdaderamente de las semillas de la tierra naciendo, primeramente pudriéndose, después fructificando alguna razón se encontrará. ¿Acaso no es también esto admirable que un gusano sin padre alguno, si para la singularidad algo se requiriera, dentro de un pomo por un virginal (virgineo) concepto formado, perfecto se encuentre? de donde para ejemplo juzgo dicho: «Yo soy gusano, y no hombre» (Sal 21, 7). Sobre las concepciones por tanto, sea de los conjuntos, sea de los singulares, no sé cuál razón pueda ser exhibida. No por tanto sobre la concepción de la Virgen solamente no se rinde, sino sobre ninguna por cierto concepción juzgo poderse resolver la razón.

2. Si el ejemplo se pide: he aquí que también del viento se dicen las yeguas, y de la ceniza las gallinas, y del agua los ánades, y algunos otros animales, sin la semilla viril, editar fetos propios. Ciertamente si íntegras no los rinden, sin embargo pueden ilibadas concebir: ¿cómo por tanto se pone: «Si el ejemplo se pide, no será singular», cuando tantos ejemplos proceden? Nacer también en los cuerpos, no solo femeninos, sino en verdad también de los varones, intrínsecamente digo, algunos animales, es notorio para todos: ¿acaso también allí la semilla hace la concepción? He aquí los ejemplos, he aquí los milagros, de los cuales la razón de ningún modo se rinde. O si para esto se rinde, porque en una virgen humana nada tal nunca acontece; sin embargo hay ejemplos en otras naturalezas de las cosas, porque lo nacido también sin semillas se concibe, de los cuales totalmente la razón de ningún modo rendirse puede. No obstante también en la generación es algo tal encontrar lo que así edite los partos que la integridad de la naturaleza no se viole. Suelo en efecto oír que la araña sin ninguna concepción viril y corrupción del parto, todos aquellos hilos de los cuales tensos suele colgar, según el modo de su naturaleza profiere admirablemente, y a sí sola como si singularmente le hubiera sido prestado demuestra. Por tanto si también esto se buscara, no solo es admirable, sino ejemplos tales de cosas darse de ningún modo pueden. Temo en efecto no sea que por esto ellos mismos hayan precedido en los ejemplos, para que quienes no hubieran creído que una virgen puede concebir, por estos ejemplos fueran convencidos de ser por cierto admirable, pero sin embargo no será singular: pues todas las obras de Dios admirables; porque en la sabiduría han sido hechas. Si por tanto esto se nos objetara, ¿qué responderemos?

3. Illud etiam me urget vehementissime, quod sic potest dici de corporis ipsius Domini clarificati substantia, quia et ipsa poterit videre Dei substantiam (aisti enim in epistola ad Italicam non posse; et certum est): ut cum rationem reddere coeperimus quia non potest, hoc nobis objiciatur, quia si quod illa conceptione et nativitate factum est, mirabile est et singulare, nec ratio quam volunt, nec exemplum redditur, quia unico hoc praestitum est: quemadmodum eis ratio non redditur de conceptione et generatione, sed in illo solo invenitur singulare; sic de ejus visione ratio non reddatur, nec exemplum requiratur, sed soli illi singulariter licere divinitatis substantiam corpore videre. Si respondebitur rationem posse reddi, quia corporea re incorpoream rem nequaquam cernere liceat; metuo ne respondeatur quia et conceptio illa ratione exponi, et exemplis possit firmari. Aut enim in hominibus ratio deficiet, et exempla cessabunt, et confirmabunt corpore suo Unigenitum videre posse Deum: aut si ratio hic reddita fuerit, consequetur rationem reddi posse ab aliquibus nimis sapientibus viris, et illius conceptionis, et consequentis generationis. Quid ergo talibus respondeatur, percunctor. Non enim certamina semino, sed quemadmodum insidiosis respondeatur interrogo. Ego tamen sic credo Virginis conceptionem et partum, quomodo semper credidi: et corpore quoque clarificato Deum videri non posse, utcumque ratione colligo. Obviandum tamen censeo hominibus qui aut seditiones ex quaestionibus solent excitare, aut ferventi studio ad discendum evigilare. Ora pro nobis. Pax et Charitas Christi Sanctitatem tuam nostri memorem perficiat, domine sancte, venerabiliterque beatissime frater.

EPISTOLA CLXII.

Augustinus Evodio respondet solutionem quaestionis in epistola 160 propositae petendum esse ex aliis opusculis a se editis. Confirmat opinionem quam in epistola 159 tetigerat de anima corpore soluta, deque visis prodigiosis. Postremo vindicat sententiam illam in praemissa proxime epistola reprehensam: «Si ratio quaeritur, non erit mirabile,» etc.

Domino beatissimo, et venerabili fratri et coepiscopo sancto EVODIO, et tecum fratribus, AUGUSTINUS, et mecum fratres, in Domino salutem.

Aquello también me urge vehementemente, lo cual así puede decirse de la substancia (substantia) del cuerpo mismo del Señor clarificado, porque también ella podrá ver la substancia de Dios (dijiste en efecto en la epístola a Itálica que no se puede; y es cierto): para que cuando la razón rendir hubiéramos comenzado de por qué no se puede, esto se nos objete: que si lo que por aquella concepción y nacimiento fue hecho es admirable y singular, ni la razón que quieren ni el ejemplo se rinde porque a este único le fue prestado: del modo que a ellos la razón no se rinde sobre la concepción y generación, sino en aquel solo se encuentra lo singular; así sobre la visión de él la razón no se rinda, ni el ejemplo se requiera, sino a él solo singularmente le sea lícito la substancia de la divinidad con el cuerpo ver. Si se responderá que la razón puede rendirse, porque a la cosa corpórea la cosa incorpórea de ningún modo le sea lícito discernir; temo no sea que se responda que también aquella concepción por la razón puede ser expuesta y con ejemplos puede ser afirmada. O en efecto en los hombres la razón desfallecerá, y los ejemplos cesarán, y confirmarán que con su cuerpo el Unigénito (Unigenitum) puede ver a Dios: o si la razón aquí hubiera sido rendida, se seguirá que la razón pueda ser rendida por algunos hombres demasiado sabios tanto de aquella concepción como de la consiguiente generación. Qué por tanto a tales se responda, pregunto. Pues no certámenes siembro, sino de qué modo a los insidiosos se responda interrogo. Yo sin embargo así creo la concepción de la Virgen y el parto como siempre creí: y también que por el cuerpo clarificado Dios verse no puede, de cualquier modo por la razón colijo. Salir al encuentro sin embargo juzgo que se debe a los hombres que o sediciones de las cuestiones suelen excitar, o con ferviente estudio para aprender despiertan. Ora por nosotros. La paz y la Caridad de Cristo a tu Santidad (Sanctitatem) de nosotros memoria haga perfecta, señor santo, y venerablemente beatísimo hermano.

EPÍSTOLA CLXII.

Agustín responde a Evodio que la solución de la cuestión propuesta en la epístola 160 se ha de pedir de otros opúsculos por él editados. Confirma la opinión que en la epístola 159 había tocado sobre el alma soltada del cuerpo, y sobre las visiones prodigiosas. Por último vindica aquella sentencia en la epístola próximamente premisa reprendida: «Si la razón se busca, no será admirable», etc.

Al Señor beatísimo, y venerable hermano y coobispo santo EVODIO, y a los hermanos contigo, AGUSTÍN, y los hermanos conmigo, en el Señor salud.

1. Multa quaeris ab homine multum occupato; et, quod est gravius, ea putas praecipitari debere dictando, quae sunt tam difficilia, ut cum magna diligentia dictata vel scripta, vix perduci possint ad intellectum etiam talium qualis ipse es. Huc accedit quia non tu et tales tantummodo cogitandi estis lecturi esse quod scribimus; sed utique et illi qui minus acuto minusque exercitato ingenio praediti, eo tamen studio feruntur ad cognoscendas litteras nostras, sive amico, sive inimico animo, ut eis subtrahi omnino non possint. Ista cogitanti cernis quanta cura in scribendo esse debeat, praesertim de rebus ita magnis, ut in eis et magni laborent. Si autem cum aliquid in manibus habeo, intermittendum est et differendum, ut ad ea potius respondeatur quae supervenientia requiruntur; quid fiet si etiam ipsis dum respondetur, alia supervenerint? Num placet ut etiam his omissis illa suscipiantur, et semper priora fiant quae posteriora oboriuntur, eaque sola terminare contingat, quibus cum scribuntur non supervenerit aliquid quod quaeratur? Quod ut mihi accidat difficillimum est; sed non opinor tibi hoc placere. Non ergo debui alia interrumpere cum tua supervenissent, sicut nec tua, si alia rursus irruerint; et tamen servare hanc justitiam non sinor. Nam ecce ut tibi haec ipsa rescriberem, quibus id admonerem, intermisi quae agebam, et animum meum ad hanc epistolam ab alia magna intentione detorsi.

2. Facile autem fuit hanc excusationem, ut arbitror, non iniquam, litteris inditam tibi remittere; respondere autem inquisitionibus tuis non ita facile est: et puto in ipsis opusculis quae me nunc intentissimum detinent, non defutura quaedam loca, ubi haec ipsa expediam quae requiris, si Dominus faverit. Jam etiam ex iis quaestionibus quas modo misisti, multa soluta sunt in eis libris quos nondum edidi, sive de Trinitate, sive de Genesi. Quanquam et illa si relegas quae tibi jamduu nota sunt, vel, nisi fallor, fuerunt, quia ea fortasse oblitus es quae te conferente mecum ac sermocinante conscripsi, sive de Animae Quantitate, sive de Libero Arbitrio; invenies unde dissolvas, etiam sine mea opera, dubitationes tuas, adhibito scilicet nonnullo labore cogitationis, ut iis quae ibi ad intellectum liquidum certumque perducta sunt, consequentia nectantur. Habes etiam librum de Vera Religione, quem si recoleres atque perspiceres, nunquam tibi videretur, ratione cogi Deum esse, vel ratiocinando effici Deum esse debere.

1. Muchas cosas buscas de un hombre muy ocupado; y, lo que es más grave, esas cosas piensas que deben ser precipitadas dictando, las cuales son tan difíciles que cuando con gran diligencia dictadas o escritas, apenas pueden ser conducidas al intelecto incluso de tales cual tú mismo eres. A esto se añade que no solo tú y tales de modo alguno habéis de ser pensados como quienes han de leer lo que escribimos; sino por cierto también aquellos que, dotados de menos agudo y menos ejercitado ingenio, por tanto estudio son llevados a conocer nuestras letras, sea con amigo, sea con enemigo ánimo, que de ellos no puedan ser sustraídas en absoluto. Para quien esto piensa ves cuánta cura en el escribir deba haber, especialmente sobre cosas tan grandes que en ellas también los grandes trabajan. Si en cambio cuando algo en las manos tengo, se ha de intermitir y diferir para que a aquellas cosas más bien se responda que sobreviniendo se requieren; ¿qué se hará si también a ellas mientras se responde, otras sobrevinieran? ¿Acaso place que incluso estas omitidas aquellas se asuman, y siempre se hagan primeras las que posteriores surgen, y aquellas solas terminar acontezca para las cuales mientras se escriben no hubiera sobrevenido algo que se buscara? Lo cual que a mí me suceda es dificilísimo; pero no opino que esto te plazca. No por tanto debí otras interrumpir cuando las tuyas hubieran sobrevenido, así como ni las tuyas si otras otra vez irrumpieran; y sin embargo conservar esta justicia no se me permite. Pues he aquí que para rescribirte estas mismas cosas con las que de ello te amonestara, intermití lo que hacía, y mi ánimo a esta epístola de otra gran intención torcí.

2. Fácil en cambio fue esta excusa, según juzgo no inicua, puesta en letras remitirte; responder en cambio a tus inquisiciones no así de fácil es: y pienso en los mismos opúsculos que ahora me tienen muy atento, no han de faltar ciertos lugares donde esto mismo expida que requieres, si el Señor favoreciere. Ya también de esas cuestiones que hace poco enviaste, muchas han sido soltadas en esos libros que todavía no edité, sea sobre la Trinidad (Trinitate), sea sobre el Génesis (Genesi). Aunque también aquellas si relees las cuales ya hace tiempo te son conocidas, o, si no me engaño, lo fueron, porque de ellas por ventura te olvidaste las cuales confiriendo tú conmigo y sermoneando escribí, sea sobre la Magnitud del alma (Animae Quantitate), sea sobre el Libre Albedrío (Libero Arbitrio); encontrarás de donde disuelvas, incluso sin mi obra, tus dudas, aplicado a saber no poco trabajo de pensamiento, para que a aquellas cosas que allí al intelecto líquido y cierto han sido conducidas, las consecuencias se anuden. Tienes también el libro sobre la Verdadera Religión (Vera Religione), el cual si recordaras y percibieras, nunca te parecería que por la razón es obligado Dios a ser, o raciocinando se efectúe que Dios deba ser.

Quandoquidem in ratione numerorum, quam certe in usu quotidiano habemus, si dicimus, Septem et tria decem esse debent, minus considerate loquimur; non enim decem esse debent, sed decem sunt. De quibus itaque rebus recte dicatur quod esse debeant, sive jam sint, sive ut sint, satis quantum arbitror disputavimus in eis libris quos commemoravi. Homo enim sapiens esse debet, si est, ut maneat; si nondum est, ut fiat: Deus autem sapiens non esse debet, sed est.

3. Illa quoque de visis, quae tibi nuperrime scripsi, et ea commemoras subtiliter dicta, sed majoribus te quaestionibus implicasse, recense etiam atque etiam, et cogita diligentius, nec pertranseat, sed habitet in eis consideratio tua; et inde fortasse utcumque conjicies quomodo sit anima praesens vel absens. In eis quippe visis demoratur in somnis, cum abest a sensu praesentiaque cernendi quam praebet oculis, vigilans: hanc autem ab oculis, hoc est tanquam a luminaribus corporis animae absentiam, quae fit cum dormimus, si vis major augeat, ut totum quod est inde subtrahatur, mors est. Sicut ergo a cernendi sensu ad visa somniorum, non cum aliquo corpore abscedit, nisi forte illa quae videntur in somnis corporea, nosque ipsos inter illa, hac atque illac ferri ac referri cum aliquo corpore existimabimus; quod jam tibi arbitror non videri: ita si tota penitus abstrahatur atque absit, quod fit in morte, non secum putanda est auferre aliquod corpus ex corpore. Nam si auferret, profecto etiam cum dormimus et abscedit ab oculis, in quantum eos relinquit, in tantum oculos secum auferret, quamlibet subtiliores, corporeos tamen; quod non facit. Verumtamen aufert secum quosdam simillimos, sed non corporeos, quibus visa simillima cernit in somnis, sed nec ipsa corporea.

4. Porro si aliquis contendat etiam visa somniorum quae similia corporibus apparent, non esse nisi corporea, videtur sibi aliquid dicere, nec ista ingenii tarditas facile convincitur; multorum quippe est etiam non mediocriter acutorum: quoniam parum attendunt quantum valeant imagines corporum, quae fiunt in spiritu, nec omnino sunt corpora. Cum vero eas coguntur intueri, si recte adverterint, atque compererint non eas esse corporeas, sed corporum simillimas, rationem tamen de his non continuo valent reddere, quibus causis et quemadmodum fiant, qua denique natura sua subsistant, vel in quo subjecto sint: utrum ita in animo fiant ut in membrana ex atramento litterae, ubi utraque substantia est, membrana scilicet et atramentum; an sicut sigillum in cera, vel figura quaelibet cui cera subjectum est, illa in subjecto; an utroque modo fiant ista in spiritu nostro, aliquando sic, aliquando autem sic.

Puesto que en la razón de los números, la cual por cierto en el uso cotidiano tenemos, si decimos: «Siete y tres diez deben ser», menos consideradamente hablamos; pues no diez deben ser, sino diez son. Sobre qué cosas por tanto rectamente se diga que deban ser, sea que ya sean, sea para que sean, bastante según juzgo disputamos en esos libros que conmemoré. El hombre en efecto sabio debe ser, si es, para que permanezca; si todavía no es, para que se haga: Dios en cambio sabio no debe ser, sino que es.

3. También aquellas cosas sobre las visiones, que te escribí muy recientemente, y que mencionas que fueron dichas sutilmente pero que te han enredado en mayores cuestiones, repásalas una y otra vez, y piénsalo más diligentemente; que tu consideración no pase de largo, sino que habite en ellas; y de ahí tal vez conjetures de algún modo cómo está el alma presente o ausente. Pues en aquellas visiones se demora durante los sueños, cuando está ausente del sentido y de la presencia de ver que ofrece a los ojos estando despierta: además, si una fuerza mayor aumentara esta ausencia de los ojos —esto es, como de las lumbreras del cuerpo—, que ocurre cuando dormimos, de modo que todo lo que hay allí sea retirado, eso es la muerte. Así como, por tanto, se aparta del sentido de ver hacia las visiones de los sueños sin cuerpo alguno, a menos que tal vez pensemos que aquellas cosas que se ven en los sueños son corpóreas, y que nosotros mismos somos llevados y traídos entre ellas con algún cuerpo; lo cual ya creo que no te parece así: de igual modo, si fuera retirada y se ausentara total y profundamente, lo cual ocurre en la muerte, no debe pensarse que se lleva consigo algún cuerpo del cuerpo. Pues si se lo llevara, ciertamente incluso cuando dormimos y se aparta de los ojos, en cuanto los deja, en tanto se llevaría los ojos consigo, por muy sutiles que fueran, pero corpóreos; lo cual no hace. No obstante, se lleva consigo ciertas cosas muy semejantes, pero no corpóreas, con las cuales percibe visiones muy semejantes en los sueños, pero que no son ellas mismas corpóreas.

4. Además, si alguien sostuviera que incluso las visiones de los sueños que aparecen semejantes a los cuerpos no son sino corpóreas, le parece decir algo, y esa lentitud de ingenio no se convence fácilmente; pues es propia de muchos que incluso no son mediocremente agudos: porque atienden poco a cuánto valen las imágenes de los cuerpos que se producen en el espíritu y no son en absoluto cuerpos. Pero cuando son obligados a mirarlas, si rectamente advirtieron y comprobaron que no son ellas corpóreas, sino muy semejantes a los cuerpos, no valen sin embargo para dar razón de ellas continuamente, por qué causas y de qué modo se producen, por qué naturaleza finalmente subsisten por sí mismas, o en qué sujeto están: si se producen en el ánimo como las letras de la tinta en el pergamino, donde cada una es substancia, a saber, el pergamino y la tinta; o como el sello en la cera, o cualquier figura para la cual la cera es sujeto, aquella en el sujeto; o si de ambos modos se producen estas cosas en nuestro espíritu, a veces así, y a veces en cambio asá.

5. Movent enim non solum ea quae absunt a sensibus corporis, et in nostra reperiuntur memoria, vel quae nos ipsi ut libitum est, facimus, disponimus, augemus, minuimus, situ, habitu, motu, innumerabilibus qualitatibus formisque variamus. Talia sunt fortassis etiam illa quibus deludimur dormientes, quando non divinitus admonemur; nisi quod haec volentes agimus, illa praeter arbitrium patimur. Non solum haec movent quae in animo de ipso animo fieri non absurde quis putat (quamvis et hoc causis occultioribus, quibus agitur ut istud potius quam illud in conspectum animi veniat); sed etiam quod ait propheta, Et dixit mihi Angelus qui loquebatur in me (Zach. I, 9). Neque enim forinsecus voces ad aures corporeas Prophetae venisse credendum est, cum dicit, qui loquebatur in me, non, Ad me. Utrum voces erant de spiritu factae, corporalibus similes, quales agimus cum apud nos taciti multa memoriter, plerumque etiam cantando transcurrimus, sed tamen editae ab Angelo sibi suggerente? Et quod in Evangelio scriptum est, Ecce Angelus Dei apparuit illi in somnis dicens (Matth. I, 20): Quomodo enim apparuerit, vel corpus angelicum oculis clausis (Abrahae quippe vigilanti sic apparuerunt, ut eos etiam, cum pedes lavit eis [Gen. XVIII, 4], contrectando sentiret)? vel spiritus spiritui dormientis in specie aliqua simili corpori, sicut nos ipsi nobis videmur tali figura etiam per loca moveri somniantes, longe aliter quam membra in stratis jacentia moventur.

6. Haec ideo mira sunt, quia occultiorem habent rationem, quam ut videri vel reddi ab homine homini possit. Nam istae causae sunt admirationis, cum vel ratio cujusque rei latet, vel eadem res usitata non est, quod aut singularis aut rara est. Ex illa ergo causa latentis rationis, ego dixi in epistola quam te legisse commemoras (Epist. 137, ad Volusianum), cum eis responderem qui negant esse credendum, quod Christum virgo pepererit, virgo permanserit, Si ratio quaeritur, non erit mirabile: hoc enim dictum est, non quod ratione res careat, sed quod eos lateat quibus hoc Deus voluit esse mirabile. Ex alia vero admirationis causa, quae ideo est, quia insolitum aliquid occurrit, scriptum est de Domino quod miratus sit Centurionis fidem; neque enim eum rei ullius ratio potuit latere, sed admiratio pro laude posita est ejus cujus par in populo Hebraeo non apparuerat: unde ipsa admiratio satis exposita est, cum Dominus ait, Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel (Luc. VII, 9).

5. Pues no sólo se mueven aquellas cosas que están ausentes de los sentidos del cuerpo y se encuentran en nuestra memoria, o las que nosotros mismos —según nos place— hacemos, disponemos, aumentamos, disminuimos, y variamos en situación, hábito, movimiento e innumerables cualidades y formas. Tales son tal vez también aquellas con las que somos engañados mientras dormimos, cuando no somos amonestados divinamente; excepto que estas cosas las hacemos queriendo, mientras que aquellas las padecemos fuera de nuestro arbitrio. No sólo mueven estas cosas que alguien piensa no absurdamente que ocurren en el ánimo por el ánimo mismo (aunque también esto ocurre por causas más ocultas, por las cuales se actúa para que esto más bien que aquello venga a la vista del ánimo); sino también lo que dice el profeta: *Y me dijo el Ángel que hablaba en mí* (Zac. 1, 9). Pues no ha de creerse que voces de fuera llegaron a los oídos corpóreos del Profeta, cuando dice, *que hablaba en mí*, no, *a mí*. ¿Eran voces producidas por el espíritu, semejantes a las corporales, cuales producimos cuando, callados en nuestro interior, recorremos muchas cosas de memoria, a menudo incluso cantando, pero sin embargo emitidas por el Ángel que se las sugería? Y lo que está escrito en el Evangelio: *He aquí que el Ángel del Señor se le apareció en sueños diciendo* (Mat. 1, 20): ¿Cómo en efecto se habría aparecido? ¿Acaso un cuerpo angélico a los ojos cerrados (pues a Abraham mientras estaba despierto se le aparecieron de tal modo que incluso los sintió al tocarlos, cuando les lavó los pies [Gén. 18, 4])? ¿o el espíritu al espíritu del que duerme en alguna especie semejante al cuerpo, tal como nosotros mismos nos parecemos movernos con tal figura incluso por diversos lugares mientras soñamos, de modo muy distinto a como se mueven los miembros que yacen en los lechos?

6. Estas cosas son por tanto admirables porque tienen una razón más oculta de lo que puede ser vista o dada por un hombre a otro hombre. Pues estas son las causas de la admiración: cuando o bien la razón de cada cosa está oculta, o bien la misma cosa no es usual por ser singular o rara. Por aquella causa de la razón oculta, dije en la epístola que mencionas haber leído (Epístola 137, a Volusiano), cuando respondía a aquellos que niegan que deba creerse que una virgen parió a Cristo y permaneció virgen: *Si se busca la razón, no será admirable*; pues esto se dijo no porque la cosa carezca de razón, sino porque está oculta para aquellos a quienes Dios quiso que esto les fuera admirable. Por otra causa de admiración, en cambio, que es porque ocurre algo insólito, está escrito del Señor que se admiró de la fe del Centurión; pues ninguna razón de cosa alguna podía estarle oculta, sino que la admiración se puso por alabanza de aquel cuyo par no había aparecido en el pueblo hebreo: de donde la misma admiración fue suficientemente explicada cuando el Señor dijo: *En verdad os digo, no he hallado tanta fe en Israel* (Luc. 7, 9).

7. Quod autem adjeci in eadem epistola, Si exemplum poscitur, non erit singulare; frustra tibi visus es velut exempla invenisse de vermiculo qui in pomo nascitur, et aranea quae filum textrinae suae corpore velut integro parit. Dicuntur enim aliqua argute cujusdam similitudinis gratia, alia remotius, alia congruentius; sed solus Christus natus est ex virgine: unde jam intelligis, quantum existimo, cur hoc esse dixerim sine exemplo. Habent itaque omnia causas suas atque rationes rectas et inculpabiles, quae Deus vel usitata vel inusitata operatur. Sed hae causae atque rationes cum latent, miramur quae fiunt; cum autem patent, consequenter ea vel convenienter fieri dicimus; nec mirandum esse, quia facta sunt, quae ratio exigebat ut fierent. Aut, si miramur, non inopinata stupendo, sed excellentia laudando miramur: quo genere admirationis Centurio ille laudatus est. Nec ideo reprehendenda est sententia qua dictum est, Si ratio quaeritur, non erit mirabile; quoniam est aliud genus admirationis, etiam cum ratio manifesta est admiranti: neque enim propterea culpatur sententia qua dictum est, Deus neminem tentat (Jacobi I, 13), quoniam est aliud genus tentationis, propter quod recte itidem dictum est, Tentat vos Dominus Deus vester (Deut. XIII, 3).

8. Nec quisquam existimet ideo merito posse dici corporeis oculis a Filio Patrem videri, ac non potius sicut a Patre Filium, quia illi qui hoc putant, cum in reddenda ratione defecerint, possunt et ipsi dicere, Si ratio quaeritur, non erit mirabile: hoc enim dictum est, non quia non est ratio, sed quia latet. Illius autem non miraculi, sed erroris, demonstrare debet nullam esse rationem, quisquis id opinantes refellere aggreditur. Sicut enim nulla ratio est qua Dei natura moriatur, aut corrumpatur, aut peccet; et cum hoc Deum non posse dicimus, non derogamus potestati ejus, sed aeternitatem veritatemque laudamus: ita cum dicimus non posse videri oculis corporeis, non latet, sed patet ratio bene intelligentibus, qua perspicuum est Deum corpus non esse, nec aliquid corporeis oculis cerni posse, nisi quod alicujus intervalli interpositione cernatur: id autem nonnisi corpus esse, eamque substantiam quae minor sit in parte quam in toto; quod de Deo credere nefas esse debet etiam iis qui hoc intelligere nondum valent.

9. Latet ratio diversarum commutationum; et hinc est omnium visibilium silva miraculorum: numquid tamen ideo latet esse corpora, habere nos corpus, nullum esse quantulumcumque corpusculum, quod non pro suo modo loci occupet spatium; nec in eo quod occupat ubique sit totum, sed minus sit in parte quam in toto?

7. En cuanto a lo que añadí en la misma epístola: *Si se pide un ejemplo, no será singular*; en vano te pareció haber encontrado ejemplos en el gusanillo que nace en la manzana, y la araña que pare el hilo de su tejido con su cuerpo como íntegro. Pues se dicen algunas cosas agudamente por gracia de cierta semejanza, otras más remotamente, otras más congruentemente; pero sólo Cristo nació de una virgen: por lo cual ya entiendes, según creo, por qué dije que esto era sin ejemplo. Tienen por tanto todas las cosas sus causas y sus razones rectas e inculpables, que Dios obra ya sean usuales o inusuales. Pero cuando estas causas y razones están ocultas, nos admiramos de lo que se hace; cuando en cambio están patentes, consecuentemente decimos que aquellas cosas se hacen conveniente o congruentemente; y que no hay que admirarse de que se hayan hecho las cosas que la razón exigía que se hicieran. O, si nos admiramos, no nos admiramos pasmados por lo inesperado, sino alabando la excelencia: con cuyo género de admiración fue alabado aquel Centurión. Ni por ello debe ser reprendida la sentencia en la que se dijo: *Si se busca la razón, no será admirable*; puesto que hay otro género de admiración, incluso cuando la razón es manifiesta para el que se admira: pues tampoco por eso se culpa la sentencia en la que se dijo: *Dios a nadie tienta* (Sant. 1, 13), puesto que hay otro género de tentación por el cual rectamente se dijo asimismo: *Os tienta el Señor Dios vuestro* (Deut. 13, 3).

8. Ni nadie piense que por ello puede decirse con mérito que el Padre sea visto por el Hijo con ojos corpóreos, y no más bien como el Hijo por el Padre, porque aquellos que piensan esto, cuando fallen en dar la razón, pueden decir también ellos: *Si se busca la razón, no será admirable*; pues esto se dijo no porque no haya razón, sino porque está oculta. Pero de aquello que no es milagro sino error, debe demostrar que no hay ninguna razón quienquiera que se disponga a refutar a los que tal opinan. Así como en efecto no hay ninguna razón por la que la naturaleza de Dios muera, o se corrompa, o peque; y cuando decimos que Dios no puede esto, no derogamos su potestad, sino que alabamos su eternidad y verdad: así cuando decimos que no puede ser visto con ojos corpóreos, no está oculta, sino patente la razón para los que entienden bien, por la cual es perspicuo que Dios no es cuerpo, ni puede nada verse con ojos corpóreos si no es lo que se ve por la interposición de algún intervalo: y que esto no es sino cuerpo, y aquella substancia que es menor en la parte que en el todo; lo cual debe ser un sacrilegio creer de Dios incluso para aquellos que todavía no valen para entender esto.

9. Está oculta la razón de diversas mudanzas; y de aquí proviene el bosque de milagros de todas las cosas visibles: ¿acaso sin embargo por eso está oculto que hay cuerpos, que tenemos un cuerpo, que no hay ningún pequeño cuerpecillo que no ocupe un espacio según su modo; y que en aquello que ocupa no esté todo en todas partes, sino que sea menor en la parte que en el todo?

Haec quoniam non latent, his contexenda sunt consequentia, quod nunc facere nimis longum est, quibus ostendatur non rationem latere, sed rationem omnino nullam esse qua credi debeat, vel possit intelligi, Deum qui ubique totus est, nec per spatia locorum corporea mole diffunditur, in qua necesse habeat partibus majoribus minoribusque constare, cerni corporeis oculis posse. Unde plura dicerem si hoc in epistola ista suscepissem, in cujus longitudinem non sentiens progressus sum, pene oblitus occupationum mearum, ita ut fortasse, quod non arbitrabar, intentioni tuae satis fecerim, qui potes paucis admonitus plura cogitare quae competunt; sed non etiam eorum in quorum manus non inaniter venire ista possunt, si diligentius et copiosius disserantur. Laborant autem homines in discendo, et brevia non valent intelligere, prolixa non amant legere. Laborant itidem in docendo, qui et pauca tardis, et multa pigris frustra ingerunt. Mitte et illius epistolae exemplum, quae apud nos aberrans non potuit inveniri.

Epistola CLXIII.

Evodius Augustino proponit aliquot quaestiones.

EVODIUS episcopus, AUGUSTINO episcopo.

Pridem quaestiones misi ad Sanctitatem tuam: unam de ratione et Deo, puto per Jobinum qui servit ancillis Dei ; alteram de corpore Salvatoris, de quo aestimatur quod substantiam Dei videat. Tertiam dico nunc: anima rationalis quam Salvator cum corpore assumpsit, utrum in una de opinionibus est illis quae proponuntur cum de animae origine quaeritur, si qua ibi potest veritate fulciri; an quanquam rationalis sit, non tamen ex iis speciebus quae de animalium anima dicuntur, sed in alia habetur. Quartam interrogo: qui sunt illi spiritus, de quibus in Epistola sua ponit Petrus testimonium de Domino, dicens, «Mortificatus carne, vivificatus spiritu: in quo et eis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit» (I Petr. III, 18, 19), et caetera; hoc inserens quod in inferno fuerunt, et descendens Christus omnibus evangelizavit, omnesque a tenebris et poenis per gratiam liberavit, ut a tempore resurrectionis Domini, judicium exspectetur exinanitis inferis. Quid ergo in hac re Sanctitati tuae videatur, cupio nosse.

EPISTOLA CLXIV . Augustinus Evodio, respondens ad duas quaestiones, quarum altera est de loco obscuro primae Petri, tertio capite, altera de anima Christi. Domino beatissimo, fratri et coepiscopo EVODIO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

Puesto que estas cosas no están ocultas, de estas deben tejerse las consecuencias —lo cual hacer ahora es demasiado largo—, con las cuales se muestre no que la razón está oculta, sino que no hay absolutamente ninguna razón por la que deba creerse, o pueda entenderse, que Dios, que está todo en todas partes, ni se difunde por espacios de lugares por mole corpórea (en la cual tendría necesidad de constar de partes mayores y menores), pueda ser visto con ojos corpóreos. De lo cual diría más si hubiera asumido esto en esta epístola, en cuya longitud sin sentir he progresado, casi olvidado de mis ocupaciones, de modo que tal vez —lo que no pensaba— haya satisfecho tu intención, tú que puedes, advertido con pocas cosas, pensar más cosas que competan; pero no también la de aquellos a cuyas manos no inútilmente pueden llegar estas cosas, si se discurrieran más diligente y copiosamente. Trabajan en efecto los hombres en aprender, y las cosas breves no valen para entenderlas, las prolixas no aman leerlas. Trabajan asimismo en enseñar, quienes en vano instan poco a los tardos, y mucho a los perezosos. Envía también el ejemplar de aquella epístola que, extraviada entre nosotros, no pudo ser hallada.

Epístola CLXIII.

Evodio propone algunas cuestiones a Agustín.

EVODIO obispo, a AGUSTÍN obispo.

Hace tiempo envié cuestiones a tu Santidad: una sobre la razón y Dios, creo que por Jobino que sirve a las siervas de Dios; la otra sobre el cuerpo del Salvador, de quien se estima que vea la substancia de Dios. Digo ahora la tercera: el alma racional que el Salvador asumió con el cuerpo, ¿está en una de aquellas opiniones que se proponen cuando se busca el origen del alma, si es que alguna puede allí ser apoyada por la verdad; o aunque sea racional, no es sin embargo de aquellas especies que se dicen de las almas de los animales, sino que se tiene en otra? Pregunto la cuarta: ¿quiénes son aquellos espíritus, de quienes Pedro pone testimonio en su Epístola sobre el Señor, diciendo: «Muerto en la carne, vivificado por el espíritu: en el cual también viniendo predicó a aquellos espíritus que estaban en la cárcel» (1 Ped. 3, 18, 19), y lo demás; insertando esto: que estuvieron en el infierno, y que Cristo descendiendo evangelizó a todos, y a todos libró de las tinieblas y penas por la gracia, de modo que desde el tiempo de la resurrección del Señor se espere el juicio, habiendo sido vaciados los infiernos? Qué por tanto le parezca en este asunto a tu Santidad, deseo saberlo.

EPÍSTOLA CLXIV. Agustín a Evodio, respondiendo a dos cuestiones, de las cuales una es sobre el lugar oscuro de la primera de Pedro, tercer capítulo, la otra sobre el alma de Cristo. Al señor beatísimo, hermano y coepíscopo EVODIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

CAP. PRIMUM. 1. Quaestio quam mihi proposuisti ex Epistola apostoli Petri, solet nos, ut te latere non arbitror, vehementissime commovere, quo modo illa verba accipienda sint tanquam de inferis dicta. Te replico ergo tibi eamdem quaestionem, ut sive ipse potueris, sive aliquem qui possit inveneris, auferas de illa atque finias dubitationem meam. Quod si prior potuero, cum id donaverit Dominus, tibique impartiri valuero, non fraudabo Dilectionem tuam: nunc autem quae me ibi moveant intimabo, ut secundum haec de illis verbis apostolicis, vel ipse cogites, vel quem idoneum repereris consulas.

2. Cum dixisset Christum mortificatum carne, vivificatum spiritu; continuo subjecit, In quo et iis qui in carcere erant conclusi, spiritibus veniens praedicavit, qui increduli fuerunt aliquando, quando exspectabat Dei patientia in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animae salvae factae sunt per aquam: deinde subjunxit et ait, Quod et vos nunc simili forma Baptisma salvos fecit (I Petr. III, 18, 21). Movet itaque, si apud inferos Dominus, quando mortuus est, in carcere conclusis spiritibus praedicavit, quid boni soli meruerint, ut Dominus ad inferna descenderet, qui tunc infideles fuerunt cum fabricaretur arca. Etenim post tempora Noe, multa millia tot gentium usque ad passionem Christi mortua sunt, quae potuit apud inferos invenire: non utique eorum qui in Deum crediderant, sicut Prophetae et Patriarchae de stirpe Abrahae, sicut ipse retro Noe et tota domus ejus, quae salva facta est per aquam, excepto fortassis uno filio, qui postea reprobatus est; sicut etiam praeter progeniem Jacob, alii fuerunt credentes in Deum, sicut Job, sicut civitas Ninive, et si qui alii sunt, qui vel apparent in Scripturis, vel in genere humano latent: sed eorum dico multa millia hominum, qui Deum ignorantes, et daemonum vel simulacrorum cultui dediti, a temporibus Noe usque ad passionem Christi, ex hac vita emigrarunt, quos apud inferos Christus inveniens, quomodo illis non praedicavit, sed illis tantum, qui in diebus Noe increduli fuerunt, cum fabricaretur arca? Aut si omnibus praedicavit, cur illos solos Petrus commemoravit, praetermissa multitudine tam innumerabili caeterorum?

CAPUT II.

CAP. PRIMERO. 1. La cuestión que me has propuesto de la Epístola del apóstol Pedro suele, como no creo que se te oculte, conmovernos vehementísimamente sobre cómo han de entenderse aquellas palabras como dichas sobre los infiernos. Te devuelvo por tanto la misma cuestión, para que o bien tú mismo puedas, o bien encuentres a alguien que pueda, quitar de ella y terminar mi duda. Que si yo pudiera antes, cuando lo concediera el Señor, y valiera para comunicártelo, no defraudaré a tu Dilección: ahora en cambio te íntimaré lo que allí me mueve, para que según esto sobre aquellas palabras apostólicas, o bien tú mismo pienses, o consultes a quien encuentres idóneo.

2. Habiendo dicho que Cristo fue muerto en la carne, vivificado en el espíritu; continuo añadió: *En el cual también viniendo predicó a aquellos espíritus que estaban encerrados en la cárcel, que fueron incrédulos en otro tiempo, cuando esperaba la paciencia de Dios en los días de Noé, cuando se fabricaba el arca, en la cual unos pocos, esto es ocho almas, fueron salvadas por el agua:* luego subvirtió y dijo: *Lo cual también a vosotros ahora en forma semejante el Bautismo os ha salvado* (1 Ped. 3, 18, 21). Mueve por tanto, si en los infiernos el Señor, cuando murió, predicó a los espíritus encerrados en la cárcel, qué de bueno merecieron ellos solos, que fueron entonces infieles cuando se fabricaba el arca, para que el Señor descendiera a los infiernos. Pues después de los tiempos de Noé, muchos miles de tantas naciones murieron hasta la pasión de Cristo, a los cuales pudo encontrar en los infiernos: no ciertamente de aquellos que habían creído en Dios, como los Profetas y Patriarcas de la estirpe de Abraham, como el mismo Noé de antiguo y toda su casa, que fue salvada por el agua, excepto tal vez un hijo, que después fue reprobado; como también además de la progenie de Jacob, hubo otros creyentes en Dios, como Job, como la ciudad de Nínive, y si hay algunos otros que o bien aparecen en las Escrituras, o bien se ocultan en el género humano: sino que digo de aquellos muchos miles de hombres que, ignorando a Dios y entregados al culto de los demonios o de los ídolos, de esta vida emigraron desde los tiempos de Noé hasta la pasión de Cristo; a los cuales Cristo encontrando en los infiernos, ¿cómo no les predicó a ellos, sino sólo a aquellos que en los días de Noé fueron incrédulos, cuando se fabricaba el arca? ¿O si a todos predicó, por qué sólo a aquellos conmemoró Pedro, omitida la multitud tan innumerable de los demás?

CAPÍTULO II.

3. Et Dominum quidem carne mortificatum venisse in infernum, satis constat. Neque enim contradici potest vel prophetiae quae dixit, Quoniam non derelinques animam meam in inferno; quod ne aliter quisquam sapere auderet, in Actibus Apostolorum, idem Petrus exponit: vel ejusdem Petri illis verbis, quibus eum asserit solvisse inferni dolores, in quibus impossibile erat eum teneri (Psal. XV, 10, et Act. II, 24, 27). Quis ergo nisi infidelis negaverit fuisse apud inferos Christum? Quod si movet quemadmodum accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores (neque enim coeperat in eis esse tanquam in vinculis, et sic eos solvit tanquam si catenas solvisset quibus fuerat alligatus); facile est intelligere sic eos solutos esse quemadmodum solvi possunt laquei venantium, ne teneant; non quia tenuerunt. Potest et sic, ut eos dolores eum solvisse credamus, quibus teneri ipse non poterat, sed quibus alii tenebantur, quos ille noverat liberandos.

4. Verum quinam isti sint, temerarium est definire. Si enim omnes omnino dixerimus tunc esse liberatos, qui illic inventi sunt, quis non gratuletur, si hoc possimus ostendere? praesertim propter quosdam qui nobis litterario labore suo familiariter innotuerunt, quorum eloquium ingeniumque miramur; non solum poetas et oratores, qui eosdem ipsos falsos deos gentium multis opusculorum suorum locis contemnendos ridendosque monstrarunt, et aliquando etiam unum Deum verumque confessi sunt, quamvis illa superstitiosa cum caeteris colerent; verum etiam illos qui haec non cantando vel declamando, sed philosophando dixerunt: multos etiam quorum litteras non habemus, sed in illorum litteris didicimus secundum quemdam modum laudabiles vitas, ut excepto Dei cultu, in quo erraverunt colentes vana quae publice colenda fuerant instituta, et creaturae potius quam Creatori servientes, in caeteris moribus parcimoniae, continentiae, castitatis, sobrietatis, mortis pro patriae salute contemptus, servataeque fidei non solum civibus, verum et hostibus, imitandi merito proponantur. Quae quidem omnia quando non referuntur ad finem rectae veraeque pictatis, sed ad fastum inanem humanae laudis et gloriae, etiam ipsa inanescunt quodammodo, steriliaque redduntur: verumtamen quadam indole animi ita delectant, ut eos in quibus haec fuerunt, vellemus vel praecipue, vel cum caeteris ab inferni cruciatibus liberari, nisi aliter se haberet sensus humanus, aliter justitia Creatoris.

3. Y que el Señor ciertamente muerto en la carne vino al infierno, consta suficientemente. Pues ni se puede contradecir o bien a la profecía que dijo: *Porque no dejarás mi alma en el infierno*; lo cual para que nadie osara entenderlo de otro modo, en los Hechos de los Apóstoles, el mismo Pedro lo expone: o bien a las palabras del mismo Pedro, con las que asevera que él *soltó los dolores del infierno, en los cuales era imposible que él fuera retenido* (Sal. 15, 10, y Hech. 2, 24. 27). ¿Quién por tanto sino un infiel negará que Cristo estuvo en los infiernos? Que si mueve cómo ha de entenderse que por él fueran soltados los dolores del infierno (pues no había empezado a estar en ellos como en vínculos, y así los soltó como si hubiera soltado las cadenas con las que había sido ligado); es fácil entender que así fueron soltados como pueden ser soltados los lazos de los cazadores, para que no retengan; no porque retuvieron. Puede también así, que creamos que él soltó aquellos dolores por los que él mismo no podía ser retenido, pero por los que otros eran retenidos, a quienes él conocía que habían de ser librados.

4. Pero quiénes sean estos, es temerario definirlo. Si en efecto dijéramos que todos absolutamente fueron entonces librados los que allí fueron hallados, ¿quién no se alegraría si pudiéramos mostrar esto? especialmente por algunos que por su labor literaria nos son familiarmente conocidos, cuyo elocuencia e ingenio admiramos; no sólo los por poetas y oradores que en muchos lugares de sus opúsculos mostraron que esos mismos falsos dioses de las naciones debían ser despreciados y reídos, y alguna vez incluso confesaron a un solo Dios y verdadero, aunque cultivaran aquellas cosas supersticiosas con los demás; sino incluso aquellos que dijeron estas cosas no cantando o declamando, sino filosofando: muchos también cuyas letras no tenemos, pero en las letras de aquellos aprendimos vidas laudables según cierto modo, de manera que, exceptuado el culto de Dios en el cual erraron dando culto a cosas vanas que públicamente habían sido instituidas para ser cultivadas, y sirviendo a la criatura antes que al Creador, en las demás costumbres de parsimonia, continencia, castidad, sobriedad, desprecio de la muerte por la salud de la patria, y fe guardada no sólo a los ciudadanos sino incluso a los enemigos, con mérito se proponen para ser imitados. Todas las cuales cosas ciertamente, cuando no se refieren al fin de la recta y verdadera piedad, sino a la vanagloria humana de la alabanza y la gloria, incluso ellas mismas se desvanecen de algún modo y se vuelven estériles: sin embargo, por cierta índole del ánimo de tal modo deleitan, que querríamos que aquellos en quienes estas cosas estuvieron fueran librados de los crujicios del infierno o bien principalmente o con los demás, si no fuera que de un modo se tiene el sentido humano, y de otro la justicia del Creador.

5. Quae cum ita sint, si omnes inde solvit Salvator, et, sicut requirens scripsisti, exinanivit inferna, ut deinceps judicium jam exspectaretur extremum: haec sunt quae in hac re non immerito movent, quae mihi interim cogitanti solent occurrere. Primum, qua auctoritate firmetur ista sententia. Quod enim scriptum est in morte Christi factum solutis doloribus inferni: vel ad ipsum potest intelligi pertinere, quod eos hactenus solverit, hoc est irritos fecerit, ne ab eis ipse teneretur, praesertim quia sequitur, in quibus impossibile erat teneri eum. Vel si causa quaeritur cur voluerit venire in infernum, ubi dolores illi essent, quibus teneri omnino non poterat, quia erat, ut scriptum est, in mortuis liber (Psal. LXXXVII, 6), in quo princeps et praepositus mortis non invenit aliquid, quod supplicio deberetur: hoc scilicet quod scriptum est, solutis doloribus inferni, non in omnibus, sed in quibusdam accipi potest, quos ille dignos ista liberatione judicabat; ut neque frustra illuc descendisse existimetur, nulli eorum profuturus qui ibi tenebantur inclusi, nec tamen sit consequens ut quod divina quibusdam misericordia justitiaque concessit, omnibus concessum esse putandum sit.

CAPUT III.

6. Et de illo quidem primo homine patre generis humani, quod eum inde solverit, Ecclesia fere tota consentit; quod eam non inaniter credidisse credendum est, undecumque hoc traditum sit, etiamsi canonicarum Scripturarum hinc expressa non proferatur auctoritas: quanquam illud quod in libro Sapientiae scriptum est, Haec illum, qui primus factus est, patrem orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo, et dedit ei virtutem continendi omnia (Sap. X, 1, 2), magis pro hac sententia quam pro ullo alio intellectu facere videatur. Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, Abel, Seth, Noe, et domui ejus, Abraham, Isaac, et Jacob, aliisque Patriarchis et Prophetis, ut cum Dominus in infernum venisset, illis doloribus solverentur.

7. Sed quonam modo intelligatur Abraham, in cujus sinum pius etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video: explicant fortasse qui possunt. Solos autem duos, id est Abraham et Lazarum, in illo memorabilis quietis sinu fuisse antequam Dominus in inferna descenderet, et de istis tantum duobus dictum fuisse illi diviti, Inter vos et nos chaos magnum firmatum est, ut ii qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare (Luc. XVI, 26), nescio utrum quisquam sit cui non videatur absurdum.

Siendo esto así, si a todos soltó de allí el Salvador, y, como preguntando escribiste, *vació los infiernos, para que en adelante ya se esperara el juicio extremo*: estas son las cosas que en este asunto no sin mérito me mueven, que me suelen ocurrir mientras pienso entre tanto. Primero, con qué autoridad se firme esta sentencia. Pues lo que está escrito que se hizo en la muerte de Cristo con los *dolores del infierno soltados*: o bien puede entenderse que pertenece a él mismo, que hasta tal punto los soltó, esto es los hizo irritos, para que él mismo no fuera retenido por ellos, especialmente porque sigue: *en los cuales era imposible que fuera retenido*. O bien si se busca la causa por la que quiso venir al infierno, donde estuvieran aquellos dolores por los que de ningún modo podía ser retenido, porque era, como está escrito, *libre entre los muertos* (Sal. 87, 6), en el cual el príncipe y jefe de la muerte no encontró algo que se debiera al suplicio: esto a saber, lo que está escrito, *soltados los dolores del infierno*, no en todos, sino en algunos puede aceptarse, a los cuales él juzgaba dignos de esta liberación; para que ni se piense que descendió allí en vano, para no aprovechar a ninguno de los que allí estaban encerrados, ni sea sin embargo consecuente que lo que la divina misericordia y justicia concedió a algunos, deba pensarse que fue concedido a todos.

CAPÍTULO III.

6. Y en cuanto a aquel primer hombre, padre del género humano, de que lo soltó de allí, casi toda la Iglesia consiente; lo cual no ha de creerse que ella ha creído en vano, de dondequiera que esto haya sido transmitido, aunque de aquí no se presente una autoridad expresa de las Escrituras canónicas: aunque aquello que está escrito en el libro de la Sabiduría: *Ella custodió a aquel que fue formado primero por Dios, padre del orbe de la tierra, cuando fue creado solo, y lo sacó de su pecado, y le dio la virtud de contener todas las cosas* (Sab. 10, 1, 2), parece hacer más por esta sentencia que por cualquier otro entendimiento. Añaden algunos que este beneficio fue concedido también a los antiguos santos, Abel, Set, Noé, y a su casa, Abraham, Isaac, y Jacob, y a otros Patriarcas y Profetas, para que cuando el Señor hubiera venido al infierno, fueran soltados de aquellos dolores.

7. Pero de qué modo se entienda que Abraham, en cuyo seno también aquel piadoso pobre fue recibido, estuvo en aquellos dolores, yo ciertamente no lo veo: lo expliquen tal vez quienes pueden. Pero que solo dos, esto es, Abraham y Lázaro, estuvieron en aquel seno de memorable quietud antes de que el Señor descendiera a los infiernos, y que de estos dos solos se dijera a aquel rico: *Entre vosotros y nosotros un caos grande se ha fijado, para que los que quieran pasar de aquí a vosotros no puedan, ni de allá transitar acá* (Lc. 16, 26), no sé si habrá alguien a quien no le parezca absurdo.

Porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuisse Patriarchas et Prophetas, quibus in Scriptura Dei justitiae pietatisque tam insigne testimonium perhibetur? Quid his ergo praestiterit qui dolores solvit inferni, in quibus illi non fuerunt, nondum intelligo; praesertim quia ne ipsos quidem inferos uspiam Scripturarum in bono appellatos potui reperire. Quod si nusquam in divinis auctoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahae, id est secretae cujusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credenda est. Quanquam in his ipsis tanti magistri verbis, ubi ait dixisse Abraham, Inter vos et nos chaos magnum firmatum est, satis, ut opinor, appareat non esse quamdam partem, et quasi membrum inferorum, tantae illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum quid est, nisi quidam hiatus, multum ea separans inter quae non solum est, verum etiam firmatus est? Quapropter si in illum Abrahae sinum Christum mortuum venisse sancta Scriptura dixisset, non nominato inferno ejusque doloribus, miror si quisquam ad inferos eum descendisse asserere auderet.

8. Sed quia evidentia testimonia et infernum commemorant et dolores, nulla causa occurrit cur illo credatur venisse Salvator, nisi ut ab ejus doloribus salvos faceret; sed utrum omnes quos in eis invenit, an quosdam quos illo beneficio dignos judicavit, adhuc requiro: fuisse tamen eum apud inferos, et in eorum doloribus constitutis hoc beneficium praestitisse non dubito. Unde illis justis qui in sinu Abrahae erant, cum ille in inferna descenderet, nondum quid contulisset inveni, a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae divinitatis nunquam video recessisse: sicut etiam eodem ipso die quo mortuus est, promisit latroni quod cum illo in paradiso fuisset futurus (Luc. XXIII, 43), quando ad solvendos inferni dolores fuerat descensurus. Profecto igitur in paradiso atque sinu Abrahae, etiam ante jam erat beatificante sapientia, et apud inferos judicante potentia: ubi enim non est nullo loco obsessa divinitas? Verumtamen secundum creaturam, quam ex quodam tempore suscipiendo, manens Deus homo factus est, hoc est secundum animam eum fuisse apud inferos aperte Scriptura declarat, et per prophetiam praemissa, et per apostolicum intellectum satis exposita, qua dictum est: Non derelinques animam meam in inferno (Psal. XV, 10).

Además, si más de dos estaban allí, ¿quién osaría decir que no estuvieron allí los Patriarcas y Profetas, a quienes en la Escritura de Dios se da tan insigne testimonio de justicia y piedad? Qué les haya prestado, pues, aquel que soltó los dolores del infierno, en los cuales ellos no estuvieron, todavía no lo entiendo; especialmente porque ni a los mismos infiernos pude encontrar en ninguna parte de las Escrituras llamados en buen sentido. Lo cual, si en ninguna parte se lee en las autoridades divinas, no ha de creerse de ningún modo que aquel seno de Abraham, esto es, la habitación de cierta secreta quietud, sea alguna parte de los infiernos. Aunque en estas mismas palabras de tan gran maestro, donde dice que Abraham dijo: *Entre vosotros y nosotros un caos grande se ha fijado*, aparezca suficientemente, según opino, que no es alguna parte, y como miembro de los infiernos, el seno de tanta felicidad. Pues ¿qué es el caos grande, sino cierto hiato, que separa mucho aquellas cosas entre las cuales no solo está, sino que también se ha fijado? Por lo cual, si la santa Escritura hubiera dicho que Cristo muerto vino a aquel seno de Abraham, sin nombrar el infierno y sus dolores, me maravillo si alguien osaría asegurar que él descendió a los infiernos.

8. Pero porque evidentes testimonios mencionan tanto el infierno como los dolores, ninguna causa ocurre por la que se crea que vino allí el Salvador, sino para que de sus dolores los salvara; pero si a todos los que en ellos encontró, o a algunos a los que juzgó dignos de aquel beneficio, todavía lo pregunto: sin embargo, no dudo que estuvo en los infiernos, y que prestó este beneficio a los constituidos en sus dolores. De donde todavía no encontré qué habría conferido a aquellos justos que estaban en el seno de Abraham, cuando él descendió a los infiernos, de los cuales veo que nunca se retiró según la presencia beatífica de su divinidad: como también el mismo día en que murió, prometió al ladrón que con él había de estar en el paraíso (Lc. 23, 43), cuando había de descender para soltar los dolores del infierno. Ciertamente, pues, en el paraíso y en el seno de Abraham ya estaba antes por la sabiduría beatificante, y en los infiernos por la potencia juzgadora: pues ¿dónde no está la divinidad, por ningún lugar asediada? Sin embargo, según la criatura, la cual al asumirla desde cierto tiempo, permaneciendo Dios se hizo hombre, esto es, según el alma, la Escritura declara abiertamente que él estuvo en los infiernos, tanto por la profecía antepuesta, como por el entendimiento apostólico suficientemente expuesto, por el cual se dijo: *No abandonarás mi alma en el infierno* (Sal. 15, 10).

9. Scio quibusdam videri, morte Domini Christi jam talem resurrectionem praestitam justis, qualis nobis in fine promittitur; quoniam scriptum est, illo terrae motu quo in ejus passione petrae scissae et monumenta aperta sunt, multa corpora resurrexisse justorum, et visa cum illo quando resurrexit in sancta civitate (Matth. XXVII, 51-53). Qui utique si non iterum repositis corporibus dormierunt, videndum est quemadmodum intelligatur Christus primogenitus a mortuis (Apoc. I, 5), si eum in illa resurrectione tot praecesserunt. Quod si respondetur hoc dictum esse per anticipationem, ut monumenta quidem illo terrae motu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem justorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset: quamvis tunc, ut dixi, anticipando fuisset adjunctum, ut et Christus primogenitus a mortuis sine ambiguitate credatur, et illis justis continuo concessum ut ipso praeeunte in aeternam incorruptionem atque immortalitatem resurgerent; illud adhuc restat quod moveat, quomodo a Petro dici potuerit, quod utique verissime dictum est, quando per illam prophetiam non de David, sed de Christo asseruit fuisse praedictum, carnem ejus non vidisse corruptionem; et quod adjunxit de David, apud eos esse monumentum ejus (Act. II, 27, 29): unde illos utique non convincebat, si corpus ejus ibi jam non erat; quia si et ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro ejus vidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere. Durum autem videtur ut David non fuerit in illa resurrectione justorum, si eis jam aeterna donata est, cujus Christus ex semine tam crebro, et tanta evidentia, tantaque honorificentia commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebraeos de justis antiquis dicitur, Quia pro nobis meliora providerunt, ne sine nobis perfecti perficerentur (Heb. XI, 40); si jam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quae nobis perficiendis in fine promittitur.

CAPUT IV.

10. Cur ergo Petrus eos tantum commemorare voluerit, quibus in carcere inclusis Evangelium praedicatum est, qui in diebus Noe cum fabricaretur arca increduli fuerunt, vides quam latebrosum sit, et quae me moveant ne affirmare hinc aliquid audeam.

9. Sé que a algunos les parece que por la muerte del Señor Cristo ya se prestó a los justos tal resurrección, cual se nos promete a nosotros en el fin; porque está escrito que por aquel terremoto en el cual en su pasión las piedras se partieron y los monumentos se abrieron, muchos cuerpos de los justos resucitaron, y fueron vistos con él cuando resucitó en la ciudad santa (Mt. 27, 51-53). Los cuales, ciertamente, si no volvieron a dormir con sus cuerpos de nuevo depositados, ha de verse de qué modo se entienda a Cristo *primogénito de entre los muertos* (Apoc. 1, 5), si en aquella resurrección tantos le precedieron. Pero si se responde que esto se dijo por anticipación, de modo que los monumentos ciertamente se entiendan abiertos por aquel terremoto, mientras Cristo colgaba en la cruz, pero que resucitaron los cuerpos de los justos no entonces, sino cuando él primero hubiera resucitado: aunque entonces, como dije, se hubiera añadido por anticipación, para que tanto se crea a Cristo primogénito de entre los muertos sin ambigüedad, como se concediera de continuo a aquellos justos que, precediendo él, resucitaran a la eterna incorrupción e inmortalidad; aquello todavía resta que me mueva, cómo pudo decirse por Pedro, lo cual ciertamente se dijo con toda verdad, cuando por aquella profecía aseguró que se había predicho no de David, sino de Cristo, que su carne no vería la corrupción; y lo que añadió de David, que entre ellos estaba su monumento (Hech. 2, 27, 29): de donde ciertamente no los convencía, si su cuerpo ya no estaba allí; porque si aun antes en su reciente muerte hubiera resucitado, y su carne no hubiera visto la corrupción, podría no obstante permanecer aquel monumento. Pues parece duro que David no estuviera en aquella resurrección de los justos, si a ellos ya se les ha dado lo eterno, de cuya semilla Cristo es tan frecuente, y con tanta evidencia, y con tanta honra encomendado. Peligrará también aquello que a los Hebreos se dice de los antiguos justos: *Porque para nosotros proveyeron cosas mejores, para que sin nosotros no fueran perfeccionados* (Heb. 11, 40); si ya están constituidos en aquella incorrupción de la resurrección, que para perfeccionarnos a nosotros se promete en el fin.

CAPÍTULO IV.

10. Por qué, pues, Pedro quiso mencionar solo a aquellos a quienes, estando encerrados en la cárcel, se les predicó el Evangelio, los cuales en los días de Noé, mientras se fabricaba el arca, fueron incrédulos, ves cuán oscuro es, y qué cosas me mueven para que no ose afirmar nada de aquí.

Huc accedit, quia cum dixisset apostolus, Quod et vos nunc simili forma Baptisma salvos facit; non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitae aeternae haeredes efficeremur, profectus in coelos, subjectis sibi Angelis et Potestatibus et Virtutibus; continuo subjecit, Christo igitur in carne passo, et vos eadem scientia armamini; quia qui passus est in carne, desiit a peccatis, in hoc ut jam non hominum desideriis, sed voluntate Dei quod reliquum est in carne vivat tempus: deinde ait, Sufficit enim praeteritum tempus ad voluntatem hominum consummatum ambulantibus in libidinibus, et concupiscentiis, et ebrietate, comessationibus, potationibus, et illicitis idolorum servitutibus, in quo stupescunt non concurrere vos in eamdem luxuriae confusionem blasphemantes. Qui reddent rationem ei qui paratus est judicare vivos et mortuos: his dictis subnectit, Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est, ut judicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu.

11. Quem non moveat ista profunditas? Mortuis dicit evangelizatum: quos profecto si intellexerimus, qui de corpore exierunt, illi opinor erunt de quibus supra dixit, Qui increduli fuerunt in diebus Noe; aut certe omnes, quos apud inferos Christus invenit. Quid sibi ergo vult, ut judicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu? quomodo judicantur in carne, quam non habent, si apud inferos sunt; vel quam nondum receperunt, si etiam a doloribus inferni soluti sunt? Neque enim si, ut quaerendo dicis, exinaniti sunt inferi, omnes etiam qui tunc ibi fuerunt, in carne resurrexisse credendi sunt; aut qui resurgentes apparuerunt cum Domino, ad hoc carnem receperunt, ut in ea judicarentur secundum hominem: quod nec de illis video quo modo accipi possit, qui increduli fuerunt in diebus Noe; non enim eos in carne vixisse scriptum est, aut credi potest ideo solutos dolores inferni, ut qui inde liberarentur, carnem ad luendam poenam reciperent. Quid est ergo, ut judicentur secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu? an forte hoc praestitum est eis quos apud inferos Christus invenit, ut per Evangelium vivificarentur spiritu, quamvis in futura resurrectione in carne judicandi sint, ut per aliquam carnis poenam transeant in regnum Dei? Quod si ita est, cur hoc tantum de illis qui quondam non crediderunt in diebus Noe, ac non etiam de caeteris quos illic Christi visitatio comperit, per Evangelii praedicationem spiritu revixerunt, postea transitoria poena in carne judicandi?

A esto se añade que habiendo dicho el apóstol: *Porque también a vosotros ahora en forma semejante el bautismo os salva; no la deposición de las suciedades de la carne, sino la interrogación de una buena conciencia ante Dios por la resurrección de Jesucristo, el cual está a la diestra de Dios, devorando la muerte, para que fuéramos hechos herederos de la vida eterna, habiendo marchado al cielo, habiéndosele sujetado los Ángeles y las Potestades y las Virtudes*; de continuo añadió: *Habiendo, pues, Cristo padecido en la carne, armaos también vosotros con el mismo conocimiento; porque el que ha padecido en la carne, ha cesado de los pecados, para que ya no por los deseos de los hombres, sino por la voluntad de Dios viva el tiempo que le queda en la carne*: luego dice: *Pues basta el tiempo pasado para haber consumado la voluntad de los hombres para los que caminan en las liviandades, y concupiscencias, y embriaguez, comilonas, bebidas, e ilícitas servidumbres de los ídolos, en lo cual se maravillan de que no concurráis vosotros a la misma confusión de lujuria, blasfemando.* Los cuales darán razón a aquel que está preparado para juzgar a los vivos y a los muertos: dicho esto subañade: *Pues por esto también se ha evangelizado a los muertos, para que sean juzgados ciertamente según los hombres en la carne, pero vivan según Dios en el espíritu*.

11. ¿A quién no movería esa profundidad? Dice que se ha evangelizado a los muertos: a los cuales ciertamente si entendiéramos como los que salieron del cuerpo, aquellos opino que serán de los que dijo arriba: *Los que fueron incrédulos en los días de Noé*; o ciertamente todos los que en los infiernos encontró Cristo. ¿Qué quiere decir, pues, *para que sean juzgados ciertamente según los hombres en la carne, pero vivan según Dios en el espíritu*? ¿Cómo son juzgados en la carne, la cual no tienen, si están en los infiernos; o la cual todavía no han recibido, si aun de los dolores del infierno han sido soltados? Pues ni si, como dices preguntando, *los infiernos han sido vaciados*, ha de creerse que todos los que entonces estuvieron allí resucitaron en la carne; o los que resucitando aparecieron con el Señor, ¿recibieron para esto la carne, para que en ella fueran juzgados según el hombre? Lo cual no veo de qué modo pueda aceptarse ni siquiera de aquellos que fueron incrédulos en los días de Noé; pues no está escrito que ellos vivieran en la carne, ni puede creerse que por eso fueran soltados los dolores del infierno, para que los que de allí fueran librados recibieran la carne para pagar la pena. ¿Qué es, pues, *para que sean juzgados según los hombres en la carne, pero vivan según Dios en el espíritu*? ¿O acaso esto se prestó a aquellos que en los infiernos encontró Cristo, para que por el Evangelio fueran vivificados en el espíritu, aunque en la futura resurrección hayan de ser juzgados en la carne, para que por alguna pena de la carne pasen al reino de Dios? Y si es así, ¿por qué esto solo de aquellos que en otro tiempo no creyeron en los días de Noé, y no también de los demás que allí halló la visitación de Cristo, que por la predicación del Evangelio revivieron en el espíritu, para después ser juzgados en la carne por una pena transitoria?

Quod si de omnibus acceperimus, manet quaestio, quare Petrus eos tantum commemoravit, qui tunc increduli fuerunt cum fabricaretur arca.

12 Movet etiam illud, quod ii qui de hac re conantur reddere rationem, ideo dicunt Christo ad inferos descendente, iis qui ibi inventi sunt, illa loca poenalia tanquam carceres exinanitos, qui non audierant Evangelium, quod illis viventibus nondum toto orbe praedicabatur, et justas habebant causas cur non credidissent, quod eis non fuerat annuntiatum: deinceps autem non habituros excusationem, qui praedicationem Evangelii per omnes gentes celebratam diffusamque contemnunt; et ideo illis tunc evacuatis carceribus jam justum restare judicium, quo contumaces et infideles etiam aeterno igne puniantur. Nec attendunt qui hoc sentiunt, hanc excusationem habere posse omnes qui etiam post resurrectionem Christi antequam ad eos Evangelium perveniret, ex hac vita emigrarunt. Neque enim posteaquam Dominus remeavit ab inferis, nemo permissus est iterum ire ad inferos, nisi audito Evangelio, cum tam multi morerentur toto orbe terrarum, antequam ad eos haec annuntiatio perveniret; qui omnes habebunt excusationem, quae ablata dicitur eis quibus Dominus cum venisset, quia ante non audierant, in inferno dicitur praedicasse.

13. Nisi forte dicatur etiam istos qui post Domini resurrectionem, nondum sibi annuntiato Evangelio mortui sunt, sive moriuntur, illic apud inferos audire potuisse vel posse, ut illic credant quod de Christi veritate credendum est, et habeant etiam ipsi remissionem ac salutem, quam illi meruerunt quibus ibi Christus annuntiavit. Neque enim quia rursus ascendit Christus ab inferis, ideo ibi fama ejus exstincta est; nam et hinc ascendit in coelum, et tamen ejus annuntiatione, qui in eum crediderint, salvi erunt. Ideo quippe exaltatus est, et donatum est ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine ejus omne genu flectatur, non solum coelestium et terrestriam, verum etiam infernorum (Philipp. II, 9, 10). Sed hanc opinionem si admittimus, qua putari potest, homines, qui cum viverent, minime crediderunt, posse in Christum apud inferos credere, quis ferat quae consequuntur absurda, fideique contraria? Primum, ne frustra dolere videamur eos qui sine ista gratia de corpore exierunt, frustraque curam gerere, atque instanter hortari ut eam homines priusquam moriantur percipiant, ne sempiterna morte puniantur.

Pero si lo aceptáramos de todos, queda la cuestión de por qué Pedro mencionó solo a aquellos que entonces fueron incrédulos cuando se fabricaba el arca.

12. También me mueve aquello, que los que intentan dar razón de este asunto dicen que, descendiendo Cristo a los infiernos, para aquellos que allí fueron hallados se vaciaron aquellos lugares penales como cárceles, los cuales no habían oído el Evangelio, porque viviendo ellos todavía no se predicaba en todo el orbe, y tenían justas causas por las que no hubieran creído, porque no se les había anunciado: pero que en adelante no habrán de tener excusa quienes desprecian la predicación del Evangelio celebrada y difundida por todas las gentes; y que por eso, evacuadas entonces aquellas cárceles, ya resta el justo juicio por el cual los contumaces e infieles sean castigados también con el fuego eterno. Y no advierten quienes sienten esto, que esta excusa la pueden tener todos los que, incluso después de la resurrección de Cristo, antes de que el Evangelio llegara a ellos, emigraron de esta vida. Pues ni después de que el Señor regresó de los infiernos, a nadie se le permitió ir de nuevo a los infiernos, sino oído el Evangelio, cuando tantos morían en todo el orbe de la tierra antes de que llegara a ellos este anuncio; todos los cuales tendrán la excusa, que se dice quitada a aquellos a quienes el Señor, habiendo venido, porque antes no habían oído, se dice que predicó en el infierno.

13. A no ser que tal vez se diga que también estos que después de la resurrección del Señor murieron, o mueren, no habiéndoseles anunciado todavía el Evangelio, pudieron o pueden oír allí en los infiernos, para que allí crean lo que ha de creerse de la verdad de Cristo, y tengan también ellos mismos la remisión y salud que merecieron aquellos a quienes allí Cristo anunció. Pues ni porque de nuevo ascendió Cristo de los infiernos, por eso allí su fama se extinguió; pues también de aquí ascendió al cielo, y sin embargo por su anuncio, los que creyeren en él serán salvos. Pues por eso ciertamente fue exaltado, y se le dio el nombre que está sobre todo nombre, para que en su nombre toda rodilla se doble, no solo de los celestiales y terrestres, sino también de los infernales (Fil. 2, 9, 10). Pero si admitimos esta opinión, por la cual puede pensarse que los hombres que, cuando vivían, mínimamente creyeron, pueden creer en Cristo en los infiernos, ¿quién soportará los absurdos que se siguen, y contrarios a la fe? Primero, para que no parezcamos dolernos en vano por aquellos que sin esta gracia salieron del cuerpo, y en vano tener cuidado y exhortar instantemente a que los hombres la perciban antes de que mueran, para que no sean castigados con la muerte sempiterna.

Aut si illi tantum apud inferos inutiliter atque infructuose credunt, qui Evangelio sibi annuntiato hic credere noluerunt; illis autem proderit credere, qui non hic contempserunt quod audire minime potuerunt; aliud sequitur absurdius, ut hic non sit Evangelium praedicandum, quoniam omnes utique morituri sunt, et sine ullo reatu contempti Evangelii venire ad in eros debent, ut eis prodesse possit, cum ibi crediderint: quod sentire, impiae vanitatis est.

CAPUT V.

14. Quamobrem teneamus firmissime, quod fides habet fundatissima auctoritate firmata, Quia Christus mortuus est secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturae (I Cor. XV, 3, 4), et caetera quae de illo testatissima veritate conscripta sunt: in quibus etiam hoc est, quod apud inferos fuit, solutisque eorum doloribus quibus cum erat impossibile teneri, a quibus etiam recte intelligitur solvisse et liberasse quos voluit, corpus quod in cruce reliquerat in sepulcro positum recepisse. In illa vero quam proposuisti de verbis Petri apostoli quaestione, quoniam quae me moveant perspicis, et alia fortasse, si diligentius discutiantur, possunt movere; vel apud nos ea cogitando, vel quos dignum est et possumus consulendo, quaeramus.

15. Considera tamen ne forte totum illud quod de conclusis in carcere spiritibus, qui in diebus Noe non crediderant, Petrus apostolus dicit, omnino ad inferos non pertineat; sed ad illa potius tempora quorum formam ad haec tempora transtulit. Illa quippe res gesta forma fuerat futurorum, ut ii qui modo non credunt Evangelio, dum in omnibus gentibus aedificatur Ecclesia, illis intelligantur esse similes, qui tunc non crediderunt cum fabricaretur arca: illi autem qui crediderunt, et per Baptismum salvi fiunt, illis comparentur, qui tunc in eadem arca salvi facti sunt per aquam; unde ait, Sic et vos simili forma Baptisma salvos facit. Ad hanc igitur formae similitudinem, caetera etiam de incredulis coaptemus, et non suspicemur quod apud inferos ad faciendos fideles atque liberandos Evangelium praedicatum sit, vel adhuc etiam praedicetur, quasi et ibi sit Ecclesia constituta.

O si solo aquellos creen inútil e infructuosamente en los infiernos que, habiéndoseles anunciado el Evangelio, no quisieron creer aquí; pero aprovechará creer a aquellos que aquí no despreciaron lo que mínimamente pudieron oír; otra cosa se sigue más absurda, que aquí no ha de predicarse el Evangelio, puesto que ciertamente todos han de morir, y sin ningún reato de Evangelio despreciado deben venir a los infiernos, para que allí pueda aprovecharles cuando hubieren creído: sentir lo cual es de impía vanidad.

CAPÍTULO V.

14. Por lo cual mantengamos firmísimamente lo que la fe tiene confirmado por autoridad fundatísima: *Que Cristo murió según las Escrituras, y que fue sepultado, y que resucitó al tercer día según la Escritura* (1 Cor. 15, 3, 4), y lo demás que sobre él ha sido escrito con veracidad testatísima: entre lo cual también está esto, que estuvo en los infiernos, y que, soltados los dolores de aquellos por quienes era imposible que fuera retenido, de los cuales también rectamente se entiende que soltó y libró a quienes quiso, recibió de nuevo el cuerpo que había dejado en la cruz puesto en el sepulcro. Pero en aquella cuestión que propusiste sobre las palabras del apóstol Pedro, puesto que percibes qué cosas me mueven, y otras tal vez, si se discuten más diligentemente, pueden movernos; o bien entre nosotros pensándolas, o consultando a quienes es digno y podemos, busquémoslas.

15. Considera sin embargo si acaso todo aquello que de los espíritus encerrados en la cárcel, que en los días de Noé no creyeron, dice el apóstol Pedro, no pertenezca en absoluto a los infiernos; sino más bien a aquellos tiempos cuya forma trasladó a estos tiempos. Pues aquel hecho había sido forma de lo futuro, para que los que ahora no creen al Evangelio, mientras en todas las naciones se edifica la Iglesia, se entienda que son semejantes a aquellos que entonces no creyeron cuando se fabricaba el arca: pero los que creyeron, y por el Bautismo se salvan, se comparen a aquellos que entonces en la misma arca fueron salvados por el agua; de donde dice: *Así también a vosotros en forma semejante el Bautismo os salva*. A esta semejanza de forma, pues, adaptemos también lo demás de los incrédulos, y no sospechemos que en los infiernos se haya predicado el Evangelio para hacer fieles y librarlos, o que todavía se predique, como si también allí estuviera constituida la Iglesia.

16. Ad illum ergo sensum qui te movet, ideo videntur attracti qui hoc Petrum sensisse crediderunt, quia dixit, conclusis in carcere spiritibus praedicatum, quasi animae non possint intelligi spiritus, quae tunc erant in carne, atque ignorantiae tenebris velut carcere claudebantur; de quali carcere se desiderat liberari ille qui dicit, Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo (Psal. CXLI, 8); quae alibi umbra mortis appellatur: de qua non utique apud inferos, sed hic liberati sunt, de quibus scriptum est, Qui sedebant in umbra mortis, lumen ortum est eis (Isai. IX, 2). Illis autem in diebus Noe frustra praedicatum est, quia non crediderunt, cum exspectaret eos Dei patientia per tempus tot annorum quibus arca eadem fabricata est (nam ejus etiam fabricatio quodammodo praedicatio fuit); sicut modo similes eorum non credunt, qui sub eadem forma, ignorantiae tenebris velut carcere concluduntur, frustra intuentes Ecclesiam toto mundo construi, imminente judicio, tanquam diluvio quo tunc omnes increduli perierunt: ait quippe Dominus, Sicut in diebus Noe, ita erit et in diebus Filii hominis. Manducabant, bibebant, nubebant, uxores ducebant, donec intravit Noe in arcam; venit diluvium, et perdidit omnes (Luc. XVII, 26). Sed quia ea res gesta etiam futuram rem significabat, ideo ibi diluvium, et Baptismum significavit fidelibus, et infidelibus poenam: sicut in figura non rei gestae, sed tantummodo dictae, quod de lapide scriptum est (Psal. CXVII, 22; Isai. VIII, 14, et XXVIII, 16; Dan. II, 34, 45; Matth. XXI, 44; Luc. XX, 17; Act. IV, 11; Rom. IX, 33, etc.), quo significatus est Christus, duo quaedam praenuntiata sunt, et infidelibus offendiculum, et fidelibus aedificium. Aliquando autem in eadem figura vel gesta vel dicta, etiam duae res aliquid unum significant; sicut fideles significaverunt ligna quae in arcae fabricam coaptata sunt, eosdemque etiam animae octo quae in eadem arca liberatae sunt: quomodo in illa evangelica similitudine de ovili, idem ipse Christus est et pastor et janua (Joan. X, 1, 2).

CAPUT VI.

17. Nec moveat ad impediendum istum intellectum, quod eumdem Christum dixit apostolus Petrus praedicasse illis in carcere conclusis qui quondam non crediderant in diebus Noe, ut ideo non arbitremur hoc intelligendum quia illo tempore nondum venerat Christus.

Ideo quintam opinionem non addidi, quam in tua epistola inter caeteras commemorasti, ne aliquam praeterires, ubi de hac quaestione interroganti rescripsisti religiosae memoriae viro, nobisque in Christi charitate gratissimo Marcellino, quod anima sit pars Dei: primo, quia non de incarnatione ejus, sed de natura quaeritur, cum hoc quaeritur; deinde, quia hoc sentiunt illi contra quos agebam, et id maxime agebam ut Creatoris inculpabilem inviolabilemque naturam a creaturae vitiis et labe secernerem, cum illi a substantia mali, cui proprium principium principesque tribuunt, ipsam boni Dei substantiam ex parte qua capta est, corruptam et oppressam, et ad peccandi necessitatem perductam esse contendant. Hoc itaque excepto haereticae opinionis errore, ex quatuor reliquis opinionibus quaenam sit eligenda scire desidero. Quaecumque enim eligenda est, absit ut impugnet hanc fidem de qua certi sumus, omni animae etiam parvuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatione peccati, eamque nullam esse nisi per Jesus Christum, et hunc crucifixum.

CAPUT IV.

8. Proinde ne longum faciamus, hoc certe sentis quod singulas animas singulis nascentibus etiam modo Deus faciat. Cui sententiae ac objiciatur quod omnes creaturas sexto die consummaverit Deus et septimo die requieverit, adhibes testimonium ex Evangelio, Pater meus usque nunc operatur (Joan. V, 17). Sic enim ad Marcellinum scripsisti: in qua epistola etiam mei commemorationem benevolentissime facere dignatus es, quod hic me haberet in Africa, qui ei ipsam facilius possem explicare sententiam (Sap., epist. 165). Quod si potuissem, non ille hoc abs te tam longe posito inquireret; si tamen id tibi ex Africa scripsit. Nam quando scripserit nescio; lantum scio quod de hoc bene cognoverit cunctationem meam: unde me inconsulto facere voluit. Quanquam etiam si consuleret, magis hortarer, et gratias agerem quod nobis omnibus conferri possset, nisi tu breviter rescribere, quam respondere maluisses: credo ne superfluo laborares, ubi ego essem, quem putabas id optime scire quod ille quaesiverat. Ecce volo ut illa sententia etiam mea sit, sed nondum esse confirmo.

Por eso no añadí la quinta opinión, que tú conmemoraste entre las demás en tu epístola, para no pasar por alto ninguna, donde respondiste al hombre de religiosa memoria, y para nosotros gratísimo en la caridad de Cristo, Marcelino, que preguntaba sobre esta cuestión, que el alma es parte de Dios: primero, porque no se pregunta sobre su encarnación, sino sobre su naturaleza, cuando se pregunta esto; después, porque esto sienten aquéllos contra quienes yo actuaba, y yo pretendía principalmente separar la naturaleza inculpable e inviolable del Creador de los vicios y manchas de la criatura, mientras ellos sostienen que de la substancia del mal, a la que atribuyen su propio principio y príncipes, la misma substancia del Dios bueno, por la parte en que fue capturada, fue corrompida y oprimida, y llevada a la necesidad de pecar. Exceptuado, pues, este error de opinión herética, deseo saber cuál de las cuatro opiniones restantes ha de ser elegida. Pues cualquiera que haya de elegirse, lejos de ella que impugne esta fe de la que estamos ciertos: que para toda alma, incluso del niño párvulo, es necesaria la liberación de la obligación del pecado, y que ésta no es ninguna sino por Jesucristo, y éste crucificado.

CAPÍTULO IV.

8. Por tanto, para que no lo hagamos largo, tú ciertamente sientes esto: que Dios hace almas individuales para cada uno de los que nacen incluso ahora. A cuya sentencia, cuando se le objeta que Dios consumó todas las criaturas en el sexto día y descansó en el séptimo día, aduces el testimonio del Evangelio: «Mi Padre hasta ahora trabaja» (Jn. 5, 17). Pues así escribiste a Marcelino: en cuya epístola también te dignaste hacer mención de mí muy benévolamente, diciendo que él me tenía aquí en África, quien podría explicarle más fácilmente esa misma sentencia (Sap., epist. 165). Y si yo hubiera podido hacerlo, él no habría inquirido esto de ti, estando tan lejos; si es que te escribió esto desde África. Pues cuándo lo escribió, no lo sé; sólo sé que conoció bien mi duda sobre esto: por lo cual quiso hacerlo sin consultarme. Aunque aun si me consultara, más bien le exhortaría y daría gracias de que pudiera aportarse a todos nosotros, si tú no hubieras preferido responder brevemente más que disertar: creo que para no trabajar superfluamente donde estaba yo, a quien pensabas que sabía óptimamente lo que él había preguntado. He aquí que quiero que esa sentencia sea también la mía, pero aún no confirmo que lo sea.

9. Misisti ad me discipulos ut ea doceam quae nondum ipse didici. Doce ergo quod doceam: nam ut doceam multi a me flagitant, eisque me sicut alia multa, et hoc ignorare confiteor: et fortasse quamvis in os meum verecundentur, tamen apud se dicunt, Tu es magister in Israel, et haec ignoras (Joan. III, 10)! quod quidem Dominus ei dixit, qui erat unus illorum quos delectabat vocari Rabbi: unde etiam ad verum magistrum nocte venerat, quia fortassis erubescebat discere, qui docere consueverat. Me autem potius magistrum audire, quam velut magistrum delectat audiri. Recolo enim quid dixerit eis quos prae caeteris elegit: Vos autem, inquit, nolite vocari ab hominibus Rabbi; unus est enim magister vester, Christus (Matth. XXIII, 8). Nec alius docuit Moysen etiam per Jetro (Exod. XVIII, 14-23), nec alius Cornelium etiam per priorem Petrum (Act. X, 25-48), nec alius Petrum etiam per posteriorem Paulum (Galat. II, 11-21): a quocumque enim verum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa Veritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus, et ea neque orando, neque legendo, neque cogitando et ratiocinando invenire potuimus, ut probemur non solum indoctos quanta charitate doceamus, verum a doctis etiam quanta humilitate discamus?

10. Doce ergo, quaeso, quod doceam, doce quod teneam, et dic mihi, si animae singillatim singulis hodieque nascentibus fiunt, ubi in parvulis peccent, ut indigeant in Sacramento Christi remissione peccati, peccantes in Adam ex quo caro est propagata peccati: aut si non peccant, qua justitia Creatoris ita peccato obligantur alieno, cum exinde propagatis membris mortalibus inseruntur, ut eas, nisi per Ecclesiam subventum fuerit, damnatio consequatur; cum in earum potestate non sit, ut eis possit gratia Baptismi subveniri. Tot igitur animarum millia, quae in mortibus parvulorum sine indulgentia christiani Sacramenti de corporibus exeunt, qua aequitate damnantur, si novae creatae, nullo suo praecedente peccato, sed voluntate Creatoris singulae singulis nascentibus adhaeserunt, quibus eas animandis ille creavit et dedit; qui utique noverat quod unaquaeque carum nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? Quoniam igitur neque de Deo possumus dicere quod vel cogat animas fieri peccatrices, vel puniat innocentes; neque negare fas nobis est, eas quae sine Christi Sacramento de corporibus exierint, etiam parvulorum, non nisi in damnationem trahi: obsecre te, quomodo haec opinio defenditur, qua creduntur animae non ex illa una primi hominis fieri omnes, sed sicut illa una uni, ita singulis singulae?

Me has enviado discípulos para que les enseñe las cosas que yo mismo aún no he aprendido. Enseña, pues, lo que yo enseñe: pues muchos me exigen que les enseñe, y a ellos, como muchas otras cosas, les confieso que también ignoro ésta; y tal vez, aunque ante mi rostro se avergüencen, sin embargo para sus adentros dicen: «¿Tú eres maestro en Israel y desconoces estas cosas?» (Jn. 3, 10); lo cual ciertamente el Señor le dijo a aquel que era uno de los que se deleitaban en ser llamados Rabbí: por lo cual también había venido de noche al verdadero maestro, porque tal vez se avergonzaba de aprender quien solía enseñar. A mí, empero, me deleita más oír a un maestro que ser oído como maestro. Recuerdo, en efecto, qué dijo a los que eligió sobre los demás: «Vosotros —dijo— no queráis ser llamados por los hombres Rabbí; pues uno solo es vuestro maestro, Cristo» (Mt. 23, 8). Ni otro enseñó a Moisés incluso por Jetró (Ex. 18, 14-23), ni otro a Cornelio incluso por el primer Pedro (Hch. 10, 25-48), ni otro a Pedro incluso por el posterior Pablo (Gál. 2, 11-21): pues por quienquiera que se diga la verdad, se dice por don de Aquél que es la Verdad misma. ¿Qué tal si por eso todavía ignoramos estas cosas, y no hemos podido encontrarlas ni orando, ni leyendo, ni pensando y razonando, para que seamos probados con cuánta caridad enseñamos a los indoctos, pero también con cuánta humildad aprendemos de los doctos?

10. Enseña, pues, te ruego, lo que yo enseñe, enseña lo que yo mantenga, y dime: si las almas se hacen individualmente para cada uno de los que nacen hoy en día, ¿en qué pecan en los párvulos para que necesiten en el Sacramento de Cristo la remisión del pecado, pecando en Adán de quien se ha propagado la carne de pecado?; o si no pecan, ¿con qué justicia del Creador son obligadas así por pecado ajeno, cuando se insertan en los miembros mortales propagados desde allí, de modo que les siga la condenación si no se las socorre por medio de la Iglesia, cuando no está en su poder que pueda socorrerlas la gracia del Bautismo? Tantos miles de almas, por tanto, que en las muertes de los párvulos salen de los cuerpos sin la indulgencia del Sacramento cristiano, ¿con qué equidad son condenadas, si creadas nuevas, sin ningún pecado propio precedente, se adhirieron individualmente a cada uno de los que nacen por voluntad del Creador, para animar a los cuales Él las creó y las dio; el cual ciertamente sabía que cada una de ellas, sin ninguna culpa suya, había de salir del cuerpo sin el bautismo de Cristo? Puesto que, por tanto, ni de Dios podemos decir que o bien obliga a las almas a hacerse pecadoras, o castiga a las inocentes; ni nos es lícito negar que aquéllas que salieran de los cuerpos sin el Sacramento de Cristo, incluso las de los párvulos, no son arrastradas sino a la condenación: te suplico, ¿cómo se defiende esta opinión por la cual se cree que las almas no se hacen todas de aquella única del primer hombre, sino individuales para los individuos, al igual que aquélla única para uno solo?

CAPUT V.

11. Ea vero quae dicuntur alia contra hanc opinionem, facile puto me posse refellere; sicuti est illud, quo eam sibi quidam videntur urgere, quomodo consummaverit Deus omnia opera sua sexto die, et septimo requieverit (Gen. II, 2), si novas adhuc animas creat? Quibus si dixerimus quod ex Evangelio in supradicta epistola posuisti, Pater meus usque nunc operatur; respondent, operatur dictum est, institutas administrando, non novas instituendo naturas, ne Scripturae Geneseos contradicatur, ubi apertissime legitur consummasse Deum omnia opera sua. Nam et quod eum scriptum est requievisse, utique a creandis novis creaturis intelligendum est, non a gubernandis; quia tunc ea quae non erant fecit, a quibus faciendis requievit: quia consummaverat omnia quae antequam essent, vidit esse facienda, ut deinceps non ea quae non erant, sed ex his quae jam erant, crearet et faceret quidquid faceret. Ita utrumque verum esse monstratur, et quod dictum est, requievit ab operibus suis; et quod dictum est, usque nunc operatur: quoniam Genesi non potest Evangelium esse contrarium.

12. Verum his qui haec ideo dicunt ne credatur modo Deus, sicut illam unam novas animas quae non erant, facere; sed ex illa una quae jam erat, eas creare, vel ex fonte aliquo sive thesauro quodam quem tunc fecit, eas mittere, facile respondetur etiam illis sex diebus multa Deum creasse ex his naturis quas jam creaverat, sicut ex aquis alites et pisces; ex terra autem arbores, fenum, animalia: sed quod ea quae non erant, tunc fecerit, manifestum est. Nulla enim erat avis, nullus piscis, nulla arbor, nullum animal: et bene intelligitur ab his creatis requievisse, quae non erant, et creata sunt, id est cessasse, ne ultra quae non erant, crearentur. Sed nunc quod dicitur animas non in nescio quo fonte jam existentes mittere, nec de seipso tanquam suas particulas irrorare, nec de illa una originaliter trahere, nec pro delictis ante carnem commissis carneis vinculis compedire, sed novas creare singulas singulis suam cuique nascenti, non aliquid facere dicitur, quod ante non fecerat. Jam enim sexto die fecerat hominem ad imaginem suam; quod utique secundum animam rationalem fecisse intelligitur. Hoc et nunc facit, non instituendo quod non erat, sed multiplicando quod erat. Unde et illud verum est, quod a rebus, quae non erant, instituendis requievit: et hoc verum est, quod non solum gubernando quae fecit, verum etiam aliquid non quod nondum, sed quod jam creaverat, numerosius creando usque nunc operatur.

CAPÍTULO V.

11. En cuanto a lo que otros dicen contra esta opinión, creo que puedo refutarlo fácilmente; como aquello con lo que algunos parecen presionarse a sí mismos: ¿cómo consumó Dios todas sus obras el sexto día y descansó el séptimo (Gén. 2, 2), si todavía crea nuevas almas? Si les decimos lo que tú pusiste del Evangelio en la mencionada epístola: «Mi Padre hasta ahora trabaja»; responden que se dijo «trabaja» administrando lo instituido, no instituyendo nuevas naturalezas, para no contradecir la Escritura del Génesis, donde se lee clarísimamente que Dios consumó todas sus obras. Pues también aquello que está escrito de que Él descansó, ciertamente debe entenderse como el cese de crear nuevas criaturas, no de gobernarlas; porque entonces hizo las cosas que no existían, de cuya realización descansó: porque había consumado todas las cosas que, antes de que existieran, vio que debían hacerse, de modo que en adelante no creara ni hiciera lo que hiciera de aquellas cosas que no existían, sino de las que ya existían. Así se demuestra que ambas cosas son verdaderas: tanto lo que se dijo: «descansó de sus obras», como lo que se dijo: «hasta ahora trabaja»; puesto que el Evangelio no puede ser contrario al Génesis.

12. Pero a los que dicen estas cosas para que no se crea que Dios hace ahora almas nuevas que no existían, como hizo aquella única; sino que las crea de aquella única que ya existía, o que las envía de alguna fuente o de algún tesoro que entonces hizo, se les responde fácilmente que incluso en esos seis días Dios creó muchas cosas a partir de aquellas naturalezas que ya había creado, como de las aguas las aves y los peces; y de la tierra los árboles, el heno, los animales: pero es manifiesto que entonces hizo las cosas que no existían. Pues no había ninguna ave, ningún pez, ningún árbol, ningún animal: y se entiende bien que descansó de estas cosas creadas, que no existían y fueron creadas, esto es, que cesó, para que no se crearan más allá de las que no existían. Pero ahora lo que se dice, que no envía almas ya existentes en no sé qué fuente, ni las rocía de sí mismo como partículas suyas, ni las extrae originalmente de aquella única, ni las encadena con vínculos carnales por delitos cometidos antes de la carne, sino que crea nuevas individuales para cada uno de los que nacen, cada una para el suyo, no se dice que haga algo que antes no hubiera hecho. Pues ya el sexto día había hecho al hombre a su imagen; lo cual ciertamente se entiende que hizo según el alma racional. Esto lo hace también ahora, no instituyendo lo que no existía, sino multiplicando lo que existía. Por lo cual también es verdad aquello de que descansó de instituir las cosas que no existían: y es verdad esto, que no sólo gobernando lo que hizo, sino también creando más numerosamente algo, no que aún no, sino que ya había creado, hasta ahora trabaja.

Vel sic ergo, vel alio modo quolibet eximus ab eo quod nobis objicitur de requie Dei ab operibus suis, ne propterea non credamus nunc usque fieri animas novas, non ex illa una, sed sicut illam unam.

13. Nam quod dicitur. Quare facit animas eis quos novit cito morituros? possumus respondere, parentum hinc peccata vel convinci, vel flagellari. Possumus etiam recte illius moderationi ista relinquere, quem scimus omnibus temporaliter transeuntibus rebus, ubi sunt etiam animalium ortus et obitus, cursum ornatissimum atque ordinatissimum dare; sed nos ista sentire non posse, quae si sentiremus, delectatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per prophetam, qui haec divinitus inspirata didicerat, dictum est de Deo: Qui profert numerose saeculum. Unde musica, id est scientia sensusve bene modulandi, ad admonitionem magnae rei, etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei largitate concessa est. Unde si homo faciendi carminis artifex novit quas quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod canitur decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat; quanto magis Deus, cujus sapientia, per quam fecit omnia, longe omnibus artibus praeferenda est, nulla in naturis nascentibus et occidentibus temporum spatia, quae tanquam syllabae ac verba ad particulas hujus saeculi pertinent, in hoc labentium rerum tanquam mirabili cantico, vel brevius, vel productius, quam modulatio praecognita et praefinita deposcit, praeterire permittit! Hoc cum etiam de arboris folio dixerim, et de nostrorum numero capillorum; quanto magis de hominis ortu et occasu, cujus temporalis vita brevius productiusve non tenditur, quam Deus dispositor temporum novit universitatis moderamini consonare!

14. Id etiam quod aiunt, omne quod in tempore coepit esse, immortale esse non posse; quia omnia orta occidunt, et aucta senescunt, ut eo modo credi cogant, animum humanum ideo esse immortalem, quod ante omnia tempora sit creatus, non movet fidem nostram: ut enim alia taceam, coepit esse in tempore immortalitas carnis Christi, quae tamen jam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur (Rom. VI, 9).

15. Illud vero quod in libro adversus Ruffinum posuisti, quosdam huic sententiae calumniari, quod Deum dare animas adulterinis conceptibus videatur indignum, unde conantur astruere meritis gestae ante carnem vitae, animas quasi ad ergastula hujusmodi juste posse perduci (Adv. Ruffinum, lib. 3); non me movet multa cogitantem quibus haec possit calumnia refutari.

O bien así, pues, o de cualquier otro modo salimos de lo que se nos objeta sobre el descanso de Dios de sus obras, para que no dejemos de creer por ello que hasta ahora se hacen almas nuevas, no de aquella única, sino como aquella única.

13. Pues a lo que se dice: «¿Por qué hace almas para quienes sabe que pronto han de morir?», podemos responder que los pecados de los padres son aquí o bien convencidos, o bien azotados. También podemos dejar rectamente estas cosas a la moderación de Aquél de quien sabemos que da a todas las cosas que pasan temporalmente, donde están también los nacimientos y muertes de los animales, un curso muy adornado y ordenado; pero que nosotros no podemos sentir estas cosas, las cuales, si las sintiéramos, seríamos acariciados por una inefable delectación. Pues no en vano se dijo de Dios por el profeta, que había aprendido estas cosas inspirado divinamente: «El que produce con número el siglo». De donde la música, esto es, la ciencia o sentido de modular bien, fue concedida por la largueza de Dios incluso a los mortales que tienen almas racionales, para amonestación de una gran cosa. De donde, si el hombre, artífice de la composición de un poema, sabe qué pausas debe atribuir a qué voces para que lo que se canta corra y pase bellísimamente con sonidos que cesan y se suceden; ¡cuánto más Dios, cuya sabiduría, por la cual hizo todas las cosas, debe ser antepuesta de lejos a todas las artes, no permite que pasen en las naturalezas que nacen y mueren ningún espacio de tiempo —los cuales pertenecen a las partículas de este siglo como sílabas y palabras— en este como admirable cántico de las cosas que pasan, ni más brevemente ni más largamente de lo que la modulación precognocida y predefinida exige! Si esto lo he dicho incluso de la hoja de un árbol y del número de nuestros cabellos, ¡cuánto más del nacimiento y muerte del hombre, cuya vida temporal no se extiende más breve o más largamente de lo que Dios, ordenador de los tiempos, sabe que consuena con la moderación del universo!

También aquello que dicen, que todo lo que comenzó a existir en el tiempo no puede ser inmortal; porque todo lo que nace muere y lo que crece envejece —para obligar a creer de ese modo que el alma humana es inmortal por haber sido creada antes de todos los tiempos—, no mueve nuestra fe: pues, por callar lo demás, en el tiempo comenzó a ser la inmortalidad de la carne de Cristo, la cual sin embargo ya no muere, y la muerte no tendrá ya dominio sobre ella (Rom. 6, 9).

Pero aquello que pusiste en el libro contra Rufino, de que algunos calumnian esta sentencia porque parece indigno que Dios dé almas a conceptos adulterinos, de donde intentan asegurar que por los méritos de la vida pasada antes de la carne las almas pueden ser conducidas justamente como a cárceles de esta clase; no me mueve, pensando muchas cosas con las cuales pueda ser refutada esta calumnia.

Et quod ipse respondisti, non esse vitium sementis in tritico quod furto dicitur esse sublatum, sed in eo qui frumenta furatus est; nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confovere, quia sator immunda ea projecerit manu; elegantissima similitudo est. Quam et antequam legerem, nullas mihi objectio ista de adulterinis fetibus in hac quaestione faciebat angustias, generaliter intuenti multa bona Deum facere, etiam de nostris malis nostrisque peccatis. Animalis autem cujuscumque creatio, si habeat pium prudentemque consideratorem, ineffabilem laudem Creatori excitat; quanto magis creatio non cujuslibet animalis, sed hominis! Si autem causa creandi quaeritur, nulla citius et melius respondetur, nisi quia omnis creatura Dei bona est. Et quid dignius quam ut bona faciat bonus Deus, quae nemo potest facere nisi Deus?

CAPUT VI.

16. Haec et alia quae possum, sicut possum, dico adversus eos qui hanc opinionem qua creduntur animae sicut illa una singulis fieri, labefactare conantur. Sed cum ad poenas ventum est parvulorum, magnis, mihi crede, coarctor angustiis, nec quid respondeam prorsus invenio: non solum eas poenas dico, quas habet post hanc vitam illa damnatio, quo necesse est trahantur, si de corpore exierint sine christianae gratiae Sacramento; sed eas ipsas quae in hac vita dolentibus nobis versantur ante oculous, quas enumerare si velim, prius tempus quam exempla deficient. Languescunt aegritudinibus, torquentur doloribus, fame et siti cruciantur, debilitantur membris, privantur sensibus, vexantur ab immundis spiritibus. Demonstrandum est utique, quomodo ista sine ulla sua mala causa juste patiantur. Non enim dici fas est, aut ista ignorante Deo fieri, aut eum non posse resistere facientibus, aut injuste ista vel facere vel permittere. Numquidnam sicut animalia irrationabilia recte dicimus in usus dari naturis excellentioribus, etsi vitiosis, sicut apertissime in Evangelio videmus porcos ad usum desideratum concessos esse daemonibus (Matth. VIII, 32); hoc et de homine recte possumus dicere? Animal est enim, sed rationale, etsi mortale. Anima est rationalis in illis membris, quae tantis afflictionibus poenas luit; Deus bonus est, Deus justus est, Deus omnipotens est: hoc dubitare omnino dementis est. Tantorum ergo malorum quae fiunt in parvulis, causa justa dicatur.

Y lo que tú mismo respondiste, que no hay vicio de la simiente en el trigo que se dice haber sido sustraído por robo, sino en aquel que robó el grano; ni por eso la tierra debió dejar de abrigar las semillas en su regazo porque el sembrador las arrojara con mano inmunda: es una similitud elegantísima. La cual, aun antes de leerla, no me causaba ninguna angustia esa objeción sobre los fetos adulterinos en esta cuestión, considerando en general que Dios hace muchos bienes incluso de nuestros males y nuestros pecados. Pues la creación de cualquier animal, si tiene un piadoso y prudente considerador, excita una alabanza inefable al Creador; ¡cuánto más la creación no de un animal cualquiera, sino del hombre! Pero si se busca la causa de crear, ninguna se responde más pronto y mejor sino que toda criatura de Dios es buena. ¿Y qué hay más digno que el que el Dios bueno haga cosas buenas, las cuales nadie puede hacer sino Dios?

CAPÍTULO VI.

16. Éstas y otras cosas que puedo, como puedo, digo contra los que intentan socavar esta opinión por la que se cree que las almas se hacen para cada uno como aquella única. Pero cuando se llega a las penas de los párvulos, créeme, me veo apretado por grandes angustias, y no encuentro en absoluto qué responder: no digo sólo aquellas penas que tiene después de esta vida esa condenación a la que es necesario que sean arrastrados si salen del cuerpo sin el Sacramento de la gracia cristiana; sino esas mismas que ante nuestros ojos se presentan en esta vida para dolor nuestro, las cuales si quisiera enumerar, antes faltaría el tiempo que los ejemplos. Languidecen por enfermedades, son atormentados por dolores, son crucificados por el hambre y la sed, son debilitados en sus miembros, privados de sus sentidos, vejados por los espíritus inmundos. Debe demostrarse, ciertamente, cómo sufren estas cosas justamente sin ninguna causa mala propia. Pues no es lícito decir, o que estas cosas se hacen ignorándolo Dios, o que Él no puede resistir a los que las hacen, o que injustamente o hace o permite estas cosas. ¿Acaso como decimos rectamente que los animales irracionales son dados para usos de naturalezas más excelentes, aunque sean viciosas, como vemos clarísimamente en el Evangelio que los cerdos fueron concedidos a los demonios para el uso deseado (Mt. 8, 32); podemos decir esto rectamente también del hombre? Pues es animal, pero racional, aunque mortal. Hay un alma racional en aquellos miembros que paga la pena con tantas aflicciones; Dios es bueno, Dios es justo, Dios es omnipotente: dudar de esto es propio de un demente. De tan grandes males, pues, que suceden en los párvulos, dígase una causa justa.

Nempe cum majores ista patiuntur, solemus dicere aut sicut in Job merita examinari, aut sicut in Herode peccata puniri: et de quibusdam exemplis quae Deus manifesta esse voluit, alia quae obscura sunt homini conjectare conceditur; sed hoc in majoribus. De parvulis autem quid respondeamus edissere, si poenis tantis nulla in eis sunt punienda peccata: nam utique nulla est in illis aetatibus examinanda justitia.

17. De ingeniorum vero diversitate, imo absurditate, quid dicam? quae quidem in parvulis latet, sed ab ipsis exordiis naturalibus ducta, apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi et obliviosi sunt, ut ne prima quidem discere litterarum elementa potuerint: quidam vero tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant; quos moriones vulgo vocant. Respondetur fortasse, Corpora hoc faciunt. Sed numquid secundum hanc sententiam quam defendi volumus, anima sibi corpus elegit, et in eligendo cum falleretur, erravit? aut cum in corpus cogeretur intrare necessitate nascendi, alia corpora praeoccupantibus animarum turbis, ipsa aliud non invenit, et sicut in spectaculo aliquo locum, ita carnem non quam voluit, sed quam valuit, occupavit? Numquid haec et talia vel dicere possumus, vel sentire debemus? Doce igitur quid sentire, quid dicere debeamus, ut constet nobis ratio novarum animarum singillatimque factarum singulis corporibus.

CAPUT VII.

18. Ego quidem non de ingeniis, sed saltem de poenis parvulorum, quas in hac vita patiuntur, dixi aliquid in libris illis de Libero Arbitrio. Quod quale sit, et cur mihi in ista quam habemus in manibus quaestione non sufficiat, intimabo, et eum ipsum de tertio libro locum excerptum his litteris inseram. Nam ita se habet: De cruciatibus autem corporis quibus affliguntur parvuli, quorum per aetatem nulla peccata sunt, si animae quibus animantur, non priusquam ipsi homines esse coeperunt, major querela et quasi misericors deponi solet, cum dicitur, Quid mali fecerunt, ut ista paterentur? quasi possit esse meritum innocentiae, antequam quisque nocere aliquid possit! Cum autem boni aliquid operatur Deus in emendatione majorum, cum parvulorum suorum qui eis chari sunt, doloribus ac mortibus flagellantur, cur ista non fiant, quando cum transierint, pro non factis erunt, in quibus facta sunt: propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt, si temporalibus incommodis emendati, rectius elegerint vivere; aut excusationem in futuri judicii supplicio non habebunt, si vitae hujus angoribus, ad aeternam vitam desiderium convertere noluerint?

Ciertamente cuando los mayores sufren estas cosas, solemos decir o que se examinan los méritos como en Job, o que se castigan los pecados como en Herodes: y de algunos ejemplos que Dios quiso que fueran manifiestos, se permite conjeturar otros que son oscuros para el hombre; pero esto en los mayores. Pero sobre los párvulos expón qué respondamos, si no hay en ellos ningunos pecados que deban ser castigados con penas tan grandes: pues ciertamente no hay en esas edades ninguna justicia que deba ser examinada.

17. Pero sobre la diversidad de ingenios, o mejor dicho, la absurdidad, ¿qué diré? la cual ciertamente se oculta en los párvulos, pero derivada desde los mismos comienzos naturales, aparece en los adultos, algunos de los cuales son tan tardos y olvidadizos que ni siquiera han podido aprender los primeros elementos de las letras; otros, en cambio, son de tanta fatuidad que no difieren mucho de las bestias; a los cuales el vulgo llama moriones (moriones). Se responde tal vez: «Los cuerpos hacen esto». ¿Según esta opinión que queremos defender, el alma eligió para sí el cuerpo y, al engañarse en la elección, erró? ¿O cuando era obligada a entrar en el cuerpo por la necesidad de nacer, al preocupar otras almas los demás cuerpos, ella no encontró otro, y como en algún espectáculo el lugar, así ocupó la carne no la que quiso, sino la que pudo? ¿Acaso podemos o debemos decir o sentir estas cosas y otras semejantes? Enseña, pues, qué debemos sentir, qué debemos decir, para que nos conste la razón de las almas nuevas y hechas individualmente para cada uno de los cuerpos.

CAPÍTULO VII.

18. Yo, por mi parte, no sobre los ingenios, sino al menos sobre las penas de los párvulos que sufren en esta vida, dije algo en aquellos libros sobre el Libre Albedrío. Qué clase de cosa sea, y por qué no me basta en esta cuestión que tenemos entre manos, lo daré a conocer, e insertaré en estas letras ese mismo lugar extractado del tercer libro. Pues dice así: «Sobre los tormentos del cuerpo con que son afligidos los párvulos, cuyos pecados son nulos por su edad, si las almas con que son animados no existieron antes de que ellos mismos comenzaran a ser hombres, suele deponerse una queja mayor y como misericordiosa cuando se dice: ¿Qué mal hicieron para padecer estas cosas?; ¡como si pudiera haber un mérito de inocencia antes de que alguien pueda dañar en algo! Pero cuando Dios obra algo bueno en la enmienda de los mayores, cuando son azotados por los dolores y muertes de sus párvulos que les son caros, ¿por qué no han de suceder estas cosas, cuando una vez pasadas, serán como no hechas para aquellos en quienes se hicieron?; empero, por causa de quienes se hicieron, o bien serán mejores, si enmendados por las incomodidades temporales eligieran vivir más rectamente; o bien no tendrán excusa en el suplicio del juicio futuro si por las angustias de esta vida no hubieran querido convertir su deseo a la vida eterna.

Quis autem novit quid parvulis, de quorum cruciatibus duritia majorum contunditur, aut exercetur fides, aut misericordia probatur: quis ergo novit quid ipsis parvulis in secreto judiciorum suorum bonae compensationis reservet Deus? Quoniam quanquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Non enim frustra etiam infantes illos, qui cum Dominus noster Jesus Christus necandus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat Ecclesia (De Libero Arbitrio, lib. 3, c. 23, n. 67).

19. Haec tunc dixi, cum hanc ipsam de qua nunc agitur vellem communire sententiam. Sicut enim paulo ante commemoravi, quaecumque illarum de animae incarnatione quatuor opinionum vera esset, inculpatam substantiam Creatoris, et a nostrorum peccatorum societate remotissimam nitebar ostendere. Et ideo quaecumque illarum veritate posset convinci et repudiari, ad curam intentionis meae, quam tunc habebam, non pertinebat; quandoquidem cunctis diligentiore disputatione discussis, quaecumque illarum recte vinceret caeteras, me securissimo fieret, quando etiam secundum omnes id quod agebam, invictum persistere demonstrabam. Nunc vero unam volo, si possum, ratione recta eligere ex omnibus; et propterea hujus ipsius de qua nunc agimus defensionem, in his quae commemoravi de illo libro, verbis meis attentius intuens, validam firmamque non video.

20. Nam velut firmamentum ejus illud est, quod ibi dixi: Quis autem novit quid parvulis, de quorum cruciatibus duritia majorum contunditur, aut exercetur fides, aut misericordia probatur: quis ergo novit quid ipsis parvulis in secreto judiciorum suorum bonae compensationis reservet Deus? Sed hoc non immerito dici video de his qui vel pro Christi nomine ac vera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur, vel Sacramento Christi jam imbuti sunt; quia sine societate unius Mediatoris liberari a damnatione non possunt, ut possit eis, etiam pro illis malis quae hic in diversis afflictionibus pertulerunt, compensatio ista praestari. Nunc autem cum ista quaestio non possit absolvi, nisi etiam de his parvulis respondeatur, qui post gravissimos cruciatus sine Sacramento christianae societatis exspirant; quae circa eos compensatio cogitanda est, quibus insuper et damnatio praeparata est? Nam et de baptismo parvulorum in eodem libro, non quidem sufficienter, sed quantum illi operi satis esse videbatur, utcumque respondi, quod etiam nescientibus, et fidem suam nondum habentibus prodest: non tamen de damnatione eorum parvulorum, qui sine illo ex hac vita emigrant, tunc aliquid dicendum putavi, quia non quod nunc agitur, agebatur.

¿Y quién sabe qué reserva Dios de buena compensación en el secreto de sus juicios para esos mismos párvulos por cuyos tormentos se quebranta la dureza de los mayores, o se ejercita la fe, o se prueba la misericordia? Puesto que, aunque nada hayan hecho rectamente, sin embargo ni pecando en nada han padecido estas cosas. Pues no en vano también a aquellos infantes que fueron muertos cuando nuestro Señor Jesucristo era buscado por Herodes para ser matado, los encomienda la Iglesia recibidos en el honor de los mártires (De Libero Arbitrio, lib. 3, c. 23, n. 67).

Esto dije entonces, cuando quería fortalecer esta misma sentencia de la que ahora se trata. Pues, como recordé poco antes, cualquiera que fuera verdadera de aquellas cuatro opiniones sobre la encarnación del alma, me esforzaba por mostrar la substancia del Creador como inculpable y muy remota de la sociedad de nuestros pecados. Y por ello, cualquiera de ellas que pudiera ser convencida por la verdad y repudiada, no pertenecía al cuidado de mi intención que tenía entonces; puesto que discutidas todas con una disputa más diligente, cualquiera de ellas que rectamente venciera a las demás, me resultaría muy seguro, cuando incluso según todas demostraba que lo que yo hacía persistía invicto. Pero ahora quiero, si puedo, elegir una de todas por la recta razón; y por eso, mirando más atentamente la defensa de esta misma de que ahora tratamos, en esas mis palabras que recordé de aquel libro, no la veo válida ni firme.

Pues como su firmamento es aquello que dije allí: «¿Y quién sabe qué reserva Dios de buena compensación en el secreto de sus juicios para esos mismos párvulos por cuyos tormentos se quebranta la dureza de los mayores, o se ejercita la fe, o se prueba la misericordia?». Pero veo que esto se dice no sin razón de aquellos que, o bien por el nombre de Cristo y la verdadera religión padecen algo semejante aun sin saberlo, o bien ya están imbuidos del Sacramento de Cristo; porque sin la sociedad del único Mediador no pueden ser librados de la condenación, para que pueda prestárseles esta compensación, incluso por aquellos males que aquí soportaron en diversas aflicciones. Pero ahora, como esta cuestión no puede ser resuelta si no se responde también sobre aquellos párvulos que tras gravísimos tormentos expiran sin el Sacramento de la sociedad cristiana, ¿qué compensación debe pensarse sobre ellos, para quienes además está preparada la condenación? Pues también sobre el bautismo de los párvulos en el mismo libro, no ciertamente de modo suficiente, sino cuanto parecía bastar para aquella obra, respondí de algún modo que aprovecha incluso a los que no saben y aún no tienen fe propia; sin embargo, no me pareció que debiera decirse entonces algo sobre la condenación de aquellos párvulos que emigran de esta vida sin él, porque no se trataba lo que ahora se trata.

21. Sed ut omittamus et contemnamus ea quae brevi tempore patiuntur, nec transacta revocantur, numquid similiter contemnere possumus quod per unum hominem mors, et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur (I Cor. XV, 21 et 22)? Per hanc enim apostolicam, divinam, claramque sententiam, satis evidenter elucet, neminem ire in mortem nisi per Adam; neminem ire in vitam aeternam, nisi per Christum. Hoc est quippe omnes, et omnes, quia sicut omnes homines per primam, hoc est per carnalem generationem pertinent ad Adam; sic omnes homines ad secundam, id est spiritualem generationem veniunt, quicumque ad Christum perveniunt. Ideo ergo dictum est, et hic omnes, et ibi omnes: quia sicut omnes qui moriuntur, nonnisi in Adam moriuntur: ita omnes qui vivificabuntur, nonnisi in Christo vivificabuntur. Ac per hoc, quisquis nobis dixerit quemquam in resurrectione mortuorum vivificari posse nisi in Christo; tanquam pestis communis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli qui sine Sacramenti ejus participatione de vita exeunt, hic profecto et contra apostolicam praedicationem venit, et totam condemnat Ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo vivificari omnino non posse. Qui autem non vivificatur in Christo, restat ut in ea condemnatione maneat de qua dicit Apostolus: Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem (Rom. V, 18). Cui delicto obnoxios parvulos nasci, et omnis credit Ecclesia, et ipse jam contra Jovinianum disputans, et exponens Jonam prophetam, sicut paulo ante commemoravi, fide veracissima definisti; credo et in aliis locis opusculorum tuorum quae vel non legi, vel in praesentia non recordor. Hujus igitur damnationis in parvulis causam requiro; quia neque animarum, si novae fiunt singulis singulae, video esse ullum in illa aetate peccatum, nec a Deo damnari aliquam credo, quam videt nullum habere peccatum.

CAPUT VIII.

22. An forte dicendum est, in parvulo carnem solam causam esse peccati; novam vero illi animam fieri, qua secundum Dei praecepta vivente, in adjutorio gratiae Christi, et ipsi carni edomitae ac subjugatae possit incorruptionis meritum comparari: sed quia in parvulo anima nondum id agere potest, nisi Christi acceperit Sacramentum, per hanc gratiam carni ejus acquiritur quod illius moribus nondum potuit; si autem sine illo Sacramento anima parvuli exierit, ipsa quidem in aeterna vita erit, unde eam nullum peccatum potuit separare, caro vero ejus non resurget in Christo, non percepto ante mortem illius Sacramento?

21. Pero para que omitamos y despreciemos aquellas cosas que padecen por breve tiempo, y que una vez pasadas no se revocan, ¿acaso podemos despreciar del mismo modo aquello de que «por un hombre la muerte, y por un hombre la resurrección de los muertos. Pues como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados» (1 Cor. 15, 21 y 22)? Pues por esta apostólica, divina y clara sentencia, brilla con bastante evidencia que nadie va a la muerte sino por Adán; nadie va a la vida eterna sino por Cristo. Esto es ciertamente «todos» y «todos», porque así como todos los hombres por la primera, esto es por la generación carnal, pertenecen a Adán; así todos los hombres vienen a la segunda, esto es a la generación espiritual, quienesquiera que llegan a Cristo. Por eso, pues, se dijo tanto aquí «todos» como allí «todos»: porque así como todos los que mueren no mueren sino en Adán, así todos los que serán vivificados no lo serán sino en Cristo. Y por esto, quienquiera que nos diga que alguien puede ser vivificado en la resurrección de los muertos si no es en Cristo, debe ser detestado como peste de la fe común. Asimismo, quienquiera que diga que en Cristo serán vivificados incluso los párvulos que salen de la vida sin la participación de su Sacramento, éste ciertamente va tanto contra la predicación apostólica como condena a toda la Iglesia, donde por eso se corre y se apresura con los párvulos que deben ser bautizados, porque se cree sin duda que de ningún otro modo pueden ser vivificados en Cristo. Pero el que no es vivificado en Cristo, resta que permanezca en aquella condenación de la que dice el Apóstol: «Por el delito de uno solo, para todos los hombres para la condenación» (Rom. 5, 18). Que los párvulos nacen reos de este delito, tanto lo cree toda la Iglesia como tú mismo ya disputando contra Joviniano y exponiendo al profeta Jonás, como recordé poco antes, lo definiste con fe veracísima; creo que también en otros lugares de tus opúsculos que o no he leído, o no recuerdo en el presente. Requiero, pues, la causa de esta condenación en los párvulos; porque ni de las almas, si se hacen nuevas individualmente para cada uno, veo que haya ningún pecado en esa edad, ni creo que sea condenada por Dios ninguna que Él ve que no tiene ningún pecado.

CAPÍTULO VIII.

22. ¿O acaso debe decirse que en el párvulo sólo la carne es causa de pecado; empero que se le hace un alma nueva por la cual, viviendo según los preceptos de Dios con el auxilio de la gracia de Cristo, pueda alcanzarse el mérito de la incorrupción incluso para la propia carne domada y subyugada; pero que, como en el párvulo el alma aún no puede hacer eso si no ha recibido el Sacramento de Cristo, por esta gracia se adquiere para su carne lo que aún no pudo por sus costumbres; empero si el alma del párvulo saliera sin ese Sacramento, ella ciertamente estará en la vida eterna, de la cual ningún pecado pudo separarla, pero su carne no resucitará en Cristo por no haber percibido el Sacramento antes de su muerte?

23. Hanc opinionem nunquam audivi, nunquam legi. Sed plane audivi et credidi, propter quod et locutus sum, Quia venit hora, quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus; et procedent qui bene fecerunt, in resurrectionem vitae (Joan. V, 28, 29): ipsa est de qua dicitur, et per unum hominem resurrectio mortuorum; ipsa est qua in Christo omnes vivificabuntur: qui autem male egerunt, in resurrectionem judicii. Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum est, qui priusquam possent agere vel bene vel male, sine Baptismo corpore exuti sunt? nihil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget, quia nec boni aliquid fecerunt, nec mali; nec illorum resurrectura est, qui percepta Baptismi gratia, in illa aetate defuncti sunt, in qua nihil bene vel male agere potuerunt. Si autem illi inter sanctos resurgent, id est inter eos qui bene egerunt; inter quos et illi resurrecturi sunt, nisi inter eos qui male egerunt, ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas, sive in resurrectionem vitae, sive in resurrectionem judicii? Quae sententia priusquam refellatur, ipsa novitate jam displicet: deinde quis ferat, si credant se illi qui ad Baptismum cum suis parvulis currunt, propter carnes eorum, non propter animas currere? Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens novum, sed Ecclesiae fidem firmissimam servans, ad corrigendum eos qui putabant ante octavum diem nativitatis non esse parvulum baptizandum, non carnem, sed animam dixit non esse perdendam; et mox natum rite baptizari posse, cum suis quibusdam coepiscopis tensuit (Cypr. epist. 59, ad Fidum).

24. Sed contra Cypriani aliquam opinionem, ubi quod videndum fuit, fortasse non vidit, sentiat quisque quod libet; tantum contra apostolicam manifestissimam fidem nemo sentiat, quae ex unius delicto omnes in condemnationem duci praedicat: ex qua condemnatione non liberat, nisi gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, in quo uno omnes vivificantur quicumque vivificantur. Contra Ecclesiae fundatissimum morem nemo sentiat, ubi ad Baptismum, si propter sola parvulorum corpora curreretur, baptizandi offerrentur et mortui.

25. Quae cum ita sint, quaerenda causa est atque reddenda, quare damnentur animae quae novae creantur singulis quibusque nascentibus, si praeter Christi Sacramentum parvuli moriantur: damnari enim eas, si sic de corpore exierint, et sancta Scriptura, et sancta est testis Ecclesia. Unde illa de animarum novarum creatione sententia, si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit et mea; si oppugnat, non sit et tua.

23. Esta opinión nunca la oí, nunca la leí. Pero plenamente oí y creí, por lo cual también hablé: «Porque viene la hora en que todos los que están en los monumentos oirán su voz; y saldrán los que hicieron bien, a la resurrección de la vida» (Jn. 5, 28-29): ésta es de la que se dice: «y por un hombre la resurrección de los muertos»; ésta es por la que «en Cristo todos serán vivificados»: pero los que hicieron mal, a la resurrección del juicio. ¿Qué debe entenderse aquí, pues, de aquellos infantes que, antes de que pudieran obrar bien o mal, fueron despojados del cuerpo sin el Bautismo? Nada se ha dicho aquí de tales. Pero si su carne no resucita por eso, porque ni hicieron nada bueno ni nada malo, tampoco ha de resucitar la de aquellos que, percibida la gracia del Bautismo, fallecieron en aquella edad en que nada pudieron obrar bien o mal. Pero si aquéllos resucitarán entre los santos, esto es entre los que hicieron bien, ¿entre quiénes resucitarán éstos también, sino entre los que hicieron mal, para que no creamos que algunas almas humanas no han de recibir sus cuerpos, sea para la resurrección de la vida, sea para la resurrección del juicio? Cuya sentencia, antes de ser refutada, por su misma novedad ya desagrada; además, ¿quién aguantaría que crean los que corren al Bautismo con sus párvulos que corren por causa de sus carnes y no por causa de sus almas? El bienaventurado Cipriano, ciertamente, no fundando ningún decreto nuevo, sino conservando la fe firmísima de la Iglesia, para corregir a los que pensaban que no debía bautizarse al párvulo antes del octavo día del nacimiento, dijo que el alma «no debe perderse», no la carne; y con algunos de sus coepíscopos juzgó que el recién nacido puede ser bautizado ritualmente (Cipr. epíst. 59, ad Fidum).

24. Pero contra alguna opinión de Cipriano, donde tal vez no vio lo que debía verse, sienta cada cual lo que le plazca; con tal que nadie sienta contra la fe apostólica manifestísima, que predica que por el delito de uno solo todos son llevados a la condenación: de la cual condenación no libra sino la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor, en el cual solo todos son vivificados, quienesquiera que son vivificados. Nadie sienta contra la costumbre fundadísima de la Iglesia, donde si se corriera al Bautismo por los solos cuerpos de los párvulos, se ofrecerían a bautizar también a los muertos.

25. Siendo esto así, debe buscarse y darse la causa de por qué son condenadas las almas que se crean nuevas para cada uno de los que nacen si los párvulos mueren fuera del Sacramento de Cristo; pues de que son condenadas si así salen del cuerpo, tanto la santa Escritura como la santa Iglesia es testigo. Por lo cual, aquella sentencia sobre la creación de nuevas almas, si no impugna esta fe fundadísima, sea también la mía; si la impugna, no sea tampoco la tuya.

26. Nolo mihi dicatur, pro hac sententia debere accipi quod scriptum est, Qui finxit spiritum hominis in ipso (Zach. XII, 1) et, Qui finxit singillatim corda eorum (Psal. XXXII, 15). Aliquid fortissimum atque invictissimum requirendum est, quod nos non cogat Deum credere ullarum animarum sine culpa aliqua damnatorem. Nam vel tantumdem valet, vel plus est forsitan creare, quam fingere; et tamen scriptum est, Cor mundum crea in me, Deus (Psal. L, 12): nec ideo putari potest, animam hoc loco optare se fieri, priusquam aliquid esset. Sicut ergo jam existens creatur innovatione justitiae, sic jam existens fingitur conformatione doctrinae. Nec illud quod in Ecclesiaste scriptum est, Tunc convertetur in terram pulvis sicut fuit, et spiritus revertetur ad Dominum qui dedit illum (Eccle. XII, 7); istam confirmat sententiam, quam volumus esse nostram: plus enim hoc suffragatur eis qui ex una putant omnes esse animas. Nam sicut convertitur, inquiunt, pulvis in terram, sicut fuit; et tamen caro, de qua hoc dictum est, ad hominem non revertitur, ex quo propagata est, sed ad terram, unde primus homo factus est: sic et spiritus ex illius unius spiritu propagatus, non tamen ad eum revertitur, sed ad Dominum a quo illi datus est. Verum quia hoc testimonium ita pro istis sonat, ut non omni modo huic opinioni quam defendi volo, videatur esse contrarium, admonendam tantum credidi prudentiam tuam, ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optando, ut verum sit quod verum non est: tamen si fieri posset, optarem ut haec sententia vera esset; sicut opto ut, si vera est, abs te liquidissime atque invictissime defendatur.

CAPUT IX.

15. Y para comprender general y brevemente qué noción tengo sobre la virtud —en lo que pertenece al vivir rectamente—, la virtud es la caridad con la cual se ama aquello que debe ser amado. Esta en unos es mayor, en otros menor, en otros ninguna; plenísimia empero, que ya no pueda aumentarse mientras este hombre vive, no está en nadie; empero, mientras pueda aumentarse, ciertamente aquello que es menos de lo que debe ser, proviene del vicio. Por el cual vicio «no hay justo en la tierra que haga el bien y no peque» (III Rey. 8, 46); por el cual vicio «no se justificará en presencia de Dios todo viviente». Por causa de cuyo vicio, «si dijéramos que no tenemos pecado, nos seducimos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros» (I Juan 1, 8); por causa de lo cual también, por mucho que hayamos progresado, nos es necesario decir: «Perdónanos nuestras deudas» (Mat. 6, 12), habiendo sido ya perdonadas en el Bautismo todas las cosas dichas, hechas y pensadas. Ve, pues, quien rectamente ve, de dónde, cuándo y dónde debe esperarse aquella perfección a la cual no haya nada que pueda añadirse. Empero, si los preceptos no existieran, no habría ciertamente dónde el hombre se inspeccionara más ciertamente y viera de dónde se apartaba, hacia dónde se esforzaba, por qué se congratulaba, qué suplicaba. Grande es, pues, la utilidad de los preceptos, si se da tanto al libre albedrío que la gracia de Dios sea más ampliamente honrada.

CAPÍTULO V.

16. Si estas cosas son así, ¿de dónde se hará reo de todos si ofendiere en uno solo el que hubiere guardado toda la ley? ¿O acaso porque la plenitud de la ley es la caridad con que se ama a Dios y al prójimo —en cuyos preceptos de caridad toda la ley pende y los Profetas (Mat. 22, 40)—, merecidamente se hace reo de todos el que obra contra aquella en la cual penden todos? Nadie, empero, peca sino obrando contra ella; porque: «No adulterarás, no cometerás homicidio, no hurtarás, no codiciarás», y si hay algún otro mandamiento, en esta palabra se recapitula: en aquello que es: «Amarás a tu prójimo como a ti mismo». El amor del prójimo no obra el mal. La plenitud, empero, de la ley es la caridad (Rom. 13, 9. 10). Nadie, empero, ama al prójimo sino amando a Dios, y esto, cuanto puede, impéndalo al prójimo, a quien ama como a sí mismo, para que él también ame a Dios; al cual si él mismo no ama, ni a sí mismo ni al prójimo ama. Y por esto el que hubiere guardado toda la ley, si en uno solo ofendiere, se hace reo de todos; porque obra contra la caridad, de donde toda la ley pende. Se hace reo, pues, de todos, obrando contra ella en la cual penden todos.

17. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem, qui gravius peccat; minus, qui levius? et hoc ipso quod admittit, fit quidem omnium reus: sed gravius peccans, vel in pluribus peccans, magis reus; levius autem vel in paucioribus peccans, minus reus: tanto majore scilicet reatu, quanto amplius; tanto minore, quanto minus peccaverit: tamen etiamsi in uno offenderit, reus omnium est, quia contra eam facit in qua pendent omnia? Quae si vera sunt, eo modo et illud absolvitur quod ait homo etiam apostolicae gratiae, In multis enim offendimus omnes (Jacobi III, 2). Omnes enim offendimus, sed unus gravius, alius levius, quanto quisque gravius leviusve peccaverit: tanto in peccato committendo major, quanto in diligendo Deo et proximo minor; et rursus, tanto minor in peccati perpetratione, quanto major in Dei et proximi dilectione. Tanto itaque plenior iniquitatis, quanto inanior charitatis. Et tunc perfecti sumus in charitate, quando nihil restat ex infirmitate.

18. Nec sane, quantum arbitror, putandum est leve esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi, si illam distantiam sedendi ac standi ad honores ecclesiasticos referamus: quis enim ferat eligi divitem ad sedem honoris Ecclesiae, contempto paupere instructiore atque sanctiore? Si autem de quotidianis consessibus loquitur, quis non hinc peccat? Si tamen peccat, nisi cum apud seipsum intus ita judicat, ut ei tanto melior quanto ditior illo esse videatur: hoc enim videtur significasse, cum dicit, Nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis judices iniquarum cogitationum?

CAPUT VI.

19. Lex itaque libertatis, lex charitatis est de qua dicit: Si tamen legem perficitis regalem secundum Scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facilis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege tanquam transgressores. Et post illam sententiam ad intelligendum difficillimam, de qua satis dixi quod dicendum putavi, eamdem legem libertatis commemorans, Sic loquimini, inquit, et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari.

¿Por qué, pues, no se dirían iguales los pecados? ¿Acaso porque obra más contra la caridad el que peca más gravemente; menos, el que más levemente? Y por esto mismo que admite, se hace ciertamente reo de todos; pero pecando más gravemente, o pecando en más cosas, más reo; pecando más levemente o en menos cosas, menos reo; a saber, con tanto mayor reato cuanto más, con tanto menor cuanto menos hubiere pecado; ¿sin embargo, aunque en uno solo ofendiere, es reo de todos, porque obra contra ella en la cual penden todos? Las cuales cosas si son verdaderas, de ese modo también se absuelve aquello que dice un hombre incluso de gracia apostólica: «En muchas cosas, pues, ofendemos todos» (Sant. 3, 2). Todos, pues, ofendemos, pero uno más gravemente, otro más levemente, según cada cual hubiere pecado más grave o levemente; tanto mayor en la comisión del pecado cuanto menor en el amor a Dios y al prójimo; y a su vez, tanto menor en la perpetración del pecado cuanto mayor en el amor a Dios y al prójimo. Tanto, pues, más lleno de iniquidad cuanto más vacío de caridad. Y entonces somos perfectos en la caridad cuando nada queda de la enfermedad.

18. Ni ciertamente, según creo, debe pensarse que es un pecado leve tener la fe de nuestro Señor Jesucristo con acepción de personas, si referimos aquella distancia del sentarse y estar de pie a los honores eclesiásticos; pues ¿quién soportaría que se elija a un rico para la sede de honor de la Iglesia, despreciado un pobre más instruido y más santo? Empero, si habla de los asienos cotidianos, ¿quién no peca por esto? Si es que peca, a no ser cuando dentro de sí mismo de tal modo juzga que le parezca tanto mejor cuanto más rico que aquél; esto, pues, parece haber significado cuando dice: «¿Acaso no juzgáis dentro de vosotros mismos y os habéis hecho jueces de pensamientos inicuos?».

CAPÍTULO VI.

19. La ley de la libertad, por tanto, es la ley de la caridad de la cual dice: «Si empero cumplís la ley real según las Escrituras: "Amarás a tu prójimo como a ti mismo", hacéis bien. Pero si hacéis acepción de personas, cometéis pecado, redargüidos por la ley como transgresores». Y después de aquella sentencia dificilísima de entender, sobre la cual he dicho bastante de lo que pensé que debía decirse, conmemorando la misma ley de la libertad: «Así hablad —dice— y así obrad, como quienes empezáis a ser juzgados por la ley de la libertad».

Et quoniam quid paulo ante dixerit, novit, quoniam in multis offendimus omnes, suggerit dominicam tanquam quotidianam quotidianis, etsi levioribus, tamen vulneribus medicinam. Judicium enim, inquit, sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Hinc enim et Dominus, Dimittite, inquit, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis (Luc. VI, 37, 38). Superexsultat autem misericordia judicio: non dictum est, Vincit misericordia judicium, non enim est adversa judicio; sed, superexsultat, quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiam praestiterunt. Beati enim misericordes, quia ipsis miserebitur Deus (Matth. V, 7).

20. Et hoc utique justum est, ut dimittatur eis, quia dimiserunt; et detur eis, quia dederunt. Inest quippe Deo et misericordia judicanti, et judicium miseranti. Propter quod ei dicitur, Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine (Psal. C, 1): nam quisquis velut nimium justus judicium sine misericordia quasi securus exspectat, iram justissimam provocat, quam timens ille dixit, Ne intres in judicium cum servo tuo (Psal. CXLII, 2). Unde dicitur populo contumaci, Quid vultis mecum judicio contendere (Jer. II, 29)? Cum enim rex justus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Quae igitur spes est, nisi superexsultet misericordia judicio? Sed erga illos qui misericordiam fecerunt, veraciter dicendo, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus; et sine murmuratione dando; hilarem enim datorem diligit Deus (II Cor. IX, 7). Denique sanctus Jacobus jam ex isto loco de misericordiae operibus loquitur, ut quos vehementer illa sententia terruerat, consoletur; cum admonet quomodo etiam quotidiana peccata, sine quibus hic non vivitur, quotidianis remediis expientur: ne homo, qui cum in uno offenderit fit omnium reus, in multis offendendo (quia in multis offendimus omnes) propter magnum aggerem reatus sui minutatim collectum, ad tribunal tanti judicis perveniat, et eam quam non fecit, misericordiam non inveniat; sed potius dimittendo atque dando mereatur sibi dimitti peccata, reddique promissa.

21. Multa dixi, quibus tibi taedium fortassis inferrem, qui haec, quae tamen approbas, non exspectas discere, quod ea docere consuevisti. Si quid autem est in eis, quantum ad rem ipsam pertinet; nam quali eloquio explicata sint, non nimis curo; si quid ergo in eis est, quod eruditionem offendat tuam, quaeso ut rescribendo admoneas, et me corrigere non graveris. Infelix est enim qui non tantos et tam sanctos tuorum studiorum labores et digne honorat, et de his Domino Deo nostro cujus munere talis es, gratias agit.

Y puesto que sabe lo que dijo poco antes: «que en muchas cosas ofendemos todos», sugiere la medicina dominical como cotidiana para las cotidianas heridas, aunque más leves. «El juicio, pues —dice—, sin misericordia para aquel que no hace misericordia». Pues de aquí también el Señor: «Perdonad —dice— y se os perdonará; dad y se os dará» (Luc. 6, 37. 38). «La misericordia, empero, triunfa sobre el juicio»; no se dijo: La misericordia vence al juicio —pues no es adversa al juicio—, sino «triunfa sobre él», porque más son los que por la misericordia se recogen, pero aquellos que prestaron misericordia. Pues «bienaventurados los misericordiosos, porque de ellos tendrá Dios misericordia» (Mat. 5, 7).

20. Y esto es ciertamente justo: que se les perdone porque perdonaron, y se les dé porque dieron. Pues existe en Dios tanto misericordia al juzgar como juicio al tener misericordia. Por lo cual se le dice: «Misericordia y juicio te cantaré, Señor» (Sal. 100, 1). Pues quienquiera que, como si fuera demasiado justo, espera el juicio sin misericordia como si estuviera seguro, provoca una ira justísima, la cual temiendo aquél dijo: «No entres en juicio con tu siervo» (Sal. 142, 2). De donde se dice al pueblo contumaz: «¿Por qué queréis contender conmigo en juicio?» (Jer. 2, 29). Pues cuando el rey justo se sentare en el trono, ¿quién se gloriará de tener un corazón casto? ¿O quién se gloriará de estar limpio de pecado? ¿Qué esperanza hay, pues, sino que la misericordia triunfe sobre el juicio? Pero para con aquellos que hicieron misericordia, diciendo verazmente: «Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos»; y dando sin murmuración, pues al dador alegre ama Dios (II Cor. 9, 7). Finalmente, el santo Santiago ya desde este lugar habla de las obras de misericordia para consolar a los que aquella sentencia había aterrorizado vehementemente; cuando amonesta de qué modo también los pecados cotidianos, sin los cuales aquí no se vive, se expíen con remedios cotidianos: para que el hombre —que cuando ofendiere en uno se hace reo de todos—, ofendiendo en muchos (porque en muchas cosas ofendemos todos), por causa del gran montón de su reato recolectado menudamente, no llegue al tribunal de tan gran juez y no encuentre aquella misericordia que no hizo; sino que más bien, perdonando y dando, merezca que se le perdonen los pecados y se le rindan las promesas.

21. Muchas cosas he dicho con las cuales tal vez te causara tedio a ti, que no esperas aprender estas cosas —las cuales empero apruebas—, porque has solido enseñarlas. Si algo empero hay en ellas en cuanto pertenece al asunto mismo —pues en qué elocuencia hayan sido explicadas no me cuido demasiado—; si hay pues algo en ellas que ofenda tu erudición, ruego que me amonestes escribiendo de vuelta y no te sea gravoso corregirme. Infeliz es, pues, el que no honra dignamente tan grandes y tan santos trabajos de tus estudios y da gracias por ellos al Señor Dios nuestro, por cuyo don eres tal.

Unde cum libentius debeam a quolibet discere quod inutiliter ignoro, quam promptius quoslibet docere quod scio; quanto justius abs te hoc charitatis debitum flagito, cujus doctrina, in nomine et adjutorio Domini, tantum in latina lingua ecclesiasticae litterae adjutae sunt, quantum nunquam antea potuerunt! Maxime tamen istam sententiam, Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, si quo alio modo exponi melius posse novit tua Dilectio, per Dominum obsecro ut id nobiscum communicare digneris.

EPISTOLA CLXVIII. Timasius et Jacobus Augustino, gratias agentes pro scripto ipsis libro de Natura et Gratia, adversus libellum Pelagii, naturam non sine gratiae invidia defendentis.

Domino vere beatissimo, et merito venerabili patri episcopo AUGUSTINO, TIMASIUS et JACOBUS, in Domino salutem.

Ita nos refecit et recreavit gratia Dei, ministrata per verbum tuum, ut prorsus germani dicamus, «Misit verbum suum, et sanavit eos» (Psal. CVI, 20), domine beatissime, et merito venerabilis pater. Sane ea diligentia ventilasse Sanctitatem tuam textum ejusdem libelli reperimus, ut ad singulos apices responsa reddita stupeamus, sive in his quae refutare, detestari, aut fugere deceat christianum; sive in illis in quibus non satis invenitur errasse, quamvis nescio qua calliditate, in ipsis quoque gratiam Dei credidit supprimendam. Sed unum est quod nos in tanto beneficio afficit, quia tarde hoc tam praeclarum gratiae Dei munus effulsit: siquidem contigit absentes fieri quosdam, quorum caecitati ista tam perspicuae veritatis illustratio deberetur; ad quos, etsi tardius, non diffidimus propitio Deo eamdem gratiam pervenire, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire (I Tim. II, 4). Nos vero, etsi olim spiritu claritatis, qui in te est, docti, subjectionem ejus abjecerimus erroris, in hoc etiam nunc gratias agimus, quod haec quae ante credidimus, nunc aliis aperire didicimus, viam facilitatis uberiore Sanctitatis tuae sermone pandente. Et alia manu: Incolumem Beatitudinem tuam, nostrique memorem, misericordia Dei nostri glorificet in aeternum.

EPISTOLA CLXIX. Augustinus Evodio, respondens ad duas quaestiones, de Trinitate, et de columba in qua Spiritus sanctus demonstratus est; docens difficiliorum hujuscemodi quaestionum intelligentiam minime necessariam esse ad salutem.

AUGUSTINUS episcopus, EVODIO episcopo.

De donde, debiendo yo aprender más gustosamente de cualquiera lo que inútilmente ignoro que enseñar más prontamente a cualquiera lo que sé, ¡cuánto más justamente exijo de ti este débito de caridad, por cuya doctrina —en el nombre y ayuda del Señor — tanto han sido ayudadas las letras eclesiásticas en la lengua latina como nunca antes pudieron! Máxime empero aquella sentencia: «Quienquiera que guardare toda la ley, pero ofendiere en uno solo, se ha hecho reo de todos», si tu Dilección conoce que puede ser expuesta de algún otro modo mejor, por el Señor ruego que te dignes comunicarlo con nosotros.

EPÍSTOLA CLXVIII. Timasio y Santiago a Agustín, dando gracias por el libro escrito para ellos sobre la Naturaleza y la Gracia, contra el libelo de Pelagio, que defiende la naturaleza no sin envidia de la gracia.

Al Señor verdaderamente beatísimo y merecidamente venerable padre obispo AGUSTÍN, TIMASIO y SANTIAGO, salud en el Señor.

De tal modo nos refrescó y recreó la gracia de Dios administrada por tu palabra, que decimos totalmente como hermanos: «Envió su palabra y los sanó» (Sal. 106, 20), señor beatísimo y merecidamente venerable padre. Ciertamente hemos encontrado que tu Santidad ha aventado el texto del mismo libelo con tal diligencia que nos asombramos de las respuestas dadas a cada uno de los puntos, ya sea en aquello que conviene a un cristiano refutar, detestar o huir, ya sea en aquello en lo que no se encuentra que haya errado bastante, aunque por no sé qué astucia creyó que en ello también debía suprimirse la gracia de Dios. Pero hay una sola cosa que nos aflige en tan gran beneficio: que tarde haya brillado este tan preclaro don de la gracia de Dios; pues por cierto aconteció que algunos estuvieran ausentes, a cuya ceguera se debía esta ilustración tan perspicua de la verdad; a los cuales, aunque sea más tarde, no desconfiamos que por la propiciación de Dios llegue la misma gracia, el cual quiere que todos los hombres se salven y vengan al conocimiento de la verdad (I Tim. 2, 4). Nosotros, empero, aunque hace tiempo enseñados por el espíritu de claridad que hay en ti, hayamos arrojado la sujeción de aquel error, en esto también ahora damos gracias: en que estas cosas que antes creímos, ahora hemos aprendido a abrirlas a otros, abriendo el camino de la facilidad el más abundante sermón de tu Santidad. Y de otra mano: Que la misericordia de nuestro Dios glorifique a tu Beatitud, incólume y de nosotros memorioso, por la eternidad.

EPÍSTOLA CLXIX. Agustín a Evodio, respondiendo a dos cuestiones sobre la Trinidad y sobre la paloma en que el Espíritu Santo fue demostrado; enseñando que el entendimiento de las cuestiones más difíciles de este género es mínimamente necesaria para la salvación.

AGUSTÍN obispo, a EVODIO obispo.

CAP. PRIMUM.

1. Si ea quae me magis occupant, a quibus in aliud averti nolo, Sanctitas tua nosse tanti habet, mitte aliquem qui tibi describat. Jam enim plura perfecta sunt, quae hoc anno ante pascha propinquante quadragesima a nobis fuerant inchoata. Nam tribus illis libris de Civitate Dei, contra daemonicolas inimicos ejus, duos alios addidimus: quibus quinque libris satis disputatum arbitror adversus eos qui propter praesentis vitae felicitatem deos colendos putant, eamque felicitatem a nobis impediri opinantes, christiano nomini infesti sunt. Deinceps dicendum est, sicut primo libro polliciti sumus (De Civit. Dei, lib. I, c. 36), adversus eos qui propter vitam post mortem futuram necessarium existimant cultum deorum suorum, propter quam vitam nos christiani sumus. Dictavi etiam trium psalmorum expositiones, non parvis voluminibus, sexagesimi septimi, septuagesimi primi, septuagesimi septimi. Reliqui nondum dictati neque tractati, vehementer a nobis exspectantur atque flagitantur. Ab his me revocari et retardari, irruentibus de transverso quibuslibet quaestionibus, nolo: ita ut nec libros de Trinitate, quos diu in manibus verso nondumque complevi, modo attendere velim, quoniam nimis operosi sunt, et a paucis eos intelligi posse arbitror; unde magis urgent quae pluribus utilia fore speramus.

2. Non enim, ut scribis, Qui ignorat, ignorabitur (I Cor. XIV, 38), de hac re dixit Apostolus, tanquam ista poena ille plectendus sit, qui non valet intelligentia sic discernere ineffabilem Trinitatis unitatem, sicut discernitur in animo nostro memoria, intellectus, voluntas: aliunde hoc dicebat Apostolus. Lege, et videbis quod ea loquebatur, quae fidem vel mores multorum aedificarent, non quae vix ad paucorum, eamque exiguam, quantulacumque in hac vita de re tanta esse potest, intelligentiam pervenirent; id est, ut linguis prophetia praeponeretur, ut non perturbate illa gererentur, quasi prophetiae spiritus etiam invitos loqui cogeret, ut mulieres in ecclesia tacerent, ut omnia honeste et secundum ordinem fierent. Haec cum ageret, ait, Si quis videtur esse propheta, aut spiritualis, cognoscat quae scribo vobis, quia Domini est mandatum. Si quis autem ignorat, ignorabitur: his verbis coercens, et ad pacificum ordinem revocans inquietos, tanto ad seditionem faciliores, quanto sibi videbantur spiritu excellere, cum superbiendo cuncta turbarent. Si quis ergo videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat, inquit, quae scribo vobis, quia Domini est mandatum.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Si tu Santidad tiene en tanto conocer aquellas cosas que más me ocupan, de las cuales no quiero ser apartado hacia otra cosa, envía a alguien que te las describa. Pues ya se han perfeccionado más cosas que por nosotros habían sido iniciadas este año antes de la pascua, al acercarse la cuaresma. Pues a aquellos tres libros sobre la Ciudad de Dios contra sus enemigos demonícolas, hemos añadido otros dos; en cuyos cinco libros juzgo que se ha disputado bastante contra aquellos que piensan que los dioses deben ser cultivados por causa de la felicidad de la vida presente, y opinando que esa felicidad es impedida por nosotros, son hostiles al nombre cristiano. En adelante debe hablarse, como prometimos en el primer libro (De Civit. Dei, lib. I, c. 36), contra aquellos que juzgan necesario el culto de sus dioses por causa de la vida futura después de la muerte, por causa de la cual vida nosotros somos cristianos. También dicté las exposiciones de tres salmos, en no pequeños volúmenes: el sesenta y siete, el setenta y uno y el setenta y siete. Los restantes, aún no dictados ni tratados, son vehementemente esperados y exigidos por nosotros. De estos no quiero ser revocado ni retardado por cualesquiera cuestiones que irrumpan de través; de modo que ni los libros sobre la Trinidad —que hace tiempo traigo entre manos y aún no he completado — quiero atender ahora, puesto que son demasiado laboriosos y juzgo que pueden ser entendidos por pocos; de donde más urgen los que esperamos que han de ser útiles para más.

2. Pues no, como escribes: «El que ignora, será ignorado» (I Cor. 14, 38), dijo el Apóstol sobre este asunto, como si debiera ser castigado con esa pena aquel que no vale por la inteligencia para discernir así la inefable unidad de la Trinity como se disciernen en nuestro ánimo la memoria, el intelecto y la voluntad; de otra parte decía esto el Apóstol. Lee y verás que hablaba aquellas cosas que edificaran la fe o las costumbres de muchos, no las que apenas llegaran al entendimiento de pocos —y ese exiguo, por pequeño que en esta vida sobre tan gran asunto pueda ser—; esto es, que se antepusiera la profecía a las lenguas, que no se hicieran aquellas cosas perturbadamente, como si el espíritu de profecía obligara a hablar incluso a los que no quieren, que las mujeres callaran en la iglesia, que todas las cosas se hicieran honestamente y según el orden. Cuando esto hacía, dijo: «Si alguno parece ser profeta o espiritual, conozca lo que os escribo, porque es mandato del Señor. Si alguno, empero, ignora, será ignorado»; con estas palabras coercionando y revocando al orden pacífico a los inquietos, tanto más fáciles para la sedición cuanto les parecía que sobresalían por el espíritu, cuando por la soberbia todo lo turbaban. «Si alguno», pues, «parece ser profeta o espiritual, conozca —dice— lo que os escribo, porque es mandato del Señor».

Si quis videtur esse, et utique non est: nam qui est, sine dubitatione cognoscit, nec admonitione et cohortatione opus habet, quia omnia judicat, et a nemine judicatur (Id. II, 15). Illi ergo seditiones et perturbationes in Ecclesia faciebant, qui videbantur esse in Ecclesia, quod non erant. Hos docet cognoscere Domini esse mandatum, quia non est seditionis Deus, sed pacis. Si quis autem ignorat, ignorabitur, id est, improbabitur. Non enim Deus, si ad scientiam referas, ignorat eos quibus dicturus est, Non novi vos (Luc. XIII, 27); sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est.

3. Cum autem Dominus dicat, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8), eaque visio nobis in fine summum praemium promittatur; non est metuendum, si nunc ad liquidum, quae de Dei natura credimus, conspicere non valemus, ne inde sit dictum, Qui ignorat, ignorabitur. Quia enim in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Haec stultitia praedicationis, ac stultum Dei, quod sapientius est hominibus (I Cor. I, 21, 25), multos contrahit ad salutem, ut non solum qui nondum certa valent intelligentia conspicere naturam Dei, quam fide tenent, verum etiam qui nondum in ipsa anima sua ita incorporea substantiam a corporis generalitate discernunt, quemadmodum certi sunt se vivere, nosse, velle, ideo non sint alieni a salute, quam stultitia illa praedicationis fidelibus confert.

4. Nam si propter eos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia possunt ista discernere, pene frustra in Ecclesia laboramus. Si autem, quod veritas habet, infirmi populi credentium ad medicum currunt, sanandi per Christum, et hunc crucifixum, ut ubi abundavit peccatum, superabundet gratia (Rom. V, 20); miris fit modis per altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, et per inscrutabilia judicia ejus (Id. XI, 33), ut et nonnulli a corporibus incorporea discernentes, cum sibi ex hoc magni videntur, et irrident stultitiam praedicationis, qua salvi fiunt credentes, ab unica via longe exerrent, quae ad vitam aeternam sola perducit: et multi in cruce Christi gloriantes, et ab eadem via non recedentes, etiamsi ista quae subtilissime disseruntur, ignorant, quia non perit unus ex illis pro quibus mortuus est (Joan. XVII, 12), ad eamdem perveniant aeternitatem, veritatem, charitatem, id est ad stabilem, certam, plenamque felicitatem, ubi manentibus, videntibus, amantibus sunt cuncta perspicua.

CAPUT II.

Si alguno parece ser, y ciertamente no lo es; pues el que lo es, sin duda conoce, ni tiene necesidad de amonestación y exhortación, porque todo lo juzga y por nadie es juzgado (I Cor. 2, 15). Aquellos, pues, hacían sediciones y perturbaciones en la Iglesia, que parecían ser en la Iglesia lo que no eran. A estos enseña a conocer que es mandato del Señor, porque no es Dios de sedición sino de paz. «Si alguno, empero, ignora, será ignorado», esto es, será reprobado. Pues Dios —si lo refieres a la ciencia— no ignora a aquellos a quienes ha de decir: «No os conozco» (Luc. 13, 27); sino que la reprobación de ellos fue insinuada por este verbo.

3. Habiendo dicho, empero, el Señor: «Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios» (Mat. 5, 8), y habiéndosenos prometido esa visión al fin como premio sumo, no debe temerse —si ahora no podemos mirar a la luz lo que sobre la naturaleza de Dios creemos— que de allí sea dicho: «El que ignora, será ignorado». Pues ya que en la sabiduría de Dios no conoció el mundo a Dios por la sabiduría, plugo a Dios salvar a los creyentes por la estulticia de la predicación. Esta estulticia de la predicación, y lo necio de Dios —que es más sabio que los hombres— (I Cor. 1, 21. 25), atrae a muchos a la salvación, para que no solo los que aún no valen con cierta inteligencia para contemplar la naturaleza de Dios —la cual por la fe retienen—, sino también los que aún no disciernen así en su misma alma la substancia incorpórea de la generalidad del cuerpo —según están ciertos de que viven, conocen y quieren—, por ello no sean ajenos a la salvación que aquella estulticia de la predicación confiere a los fieles.

4. Pues si solo por causa de aquellos murió Cristo que con cierta inteligencia pueden discernir estas cosas, casi en vano trabajamos en la Iglesia. Si empero —lo que la verdad tiene— los pueblos enfermos de los creyentes corren al médico para ser sanados por Cristo, y este crucificado, para que donde abundó el pecado superabunde la gracia (Rom. 5, 20); de modos admirables sucede por la altura de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios, y por sus inescrutables juicios (Rom. 11, 33), que tanto algunos que disciernen lo incorpóreo de los cuerpos —cuando por esto se les antojan grandes y se ríen de la estulticia de la predicación por la cual se salvan los creyentes— yerren lejos de la única vía que sola conduce a la vida eterna; y muchos que se glorían en la cruz de Cristo y no se apartan de la misma vía —aunque ignoren estas cosas que sutilísimamente se discurren—, porque no perece ni uno de ellos por quienes murió (Juan 17, 12), lleguen a la misma eternidad, verdad y caridad, esto es, a la estable, cierta y plena felicidad, donde para los que permanecen, ven y aman, todas las cosas son perspicuas.

CAPÍTULO II.

5. Proinde in unum Deum, Patrem et Filium et Spiritum sanctum firma pietate credamus; ita ut nec Filius credatur esse qui Pater est, nec Pater qui Filius est, nec Pater nec Filius qui utriusque Spiritus est. Nihil putetur in hac Trinitate temporibus locisve distare; sed haec tria aequalia esse et coaeterua, et omnino esse una natura: non a Patre aliam, et a Filio aliam, et a Spiritu sancto aliam conditam esse creaturam; sed omnia et singula quae creata sunt vel creantur, Trinitate creante subsistere, nec quemquam liberari a Patre sine Filio et Spiritu sancto, aut a Filio sine Patre et Spiritu sancto, aut a Spiritu sancto sine Patre et Filio; sed a Patre et Filio et Spiritu sancto, uno, vero, vereque immortali, id est omni modo incommutabili solo Deo. Multa autem etiam separatim in Scripturis de singulis dici, ut insinuetur, quamvis inseparabilis Trinitas, tamen Trinitas: ut quemadmodum simul dici non possunt cum sonis corporalibus commemorantur, quamvis simul sint inseparabiliter; ita et quibusdam Scripturarum locis, et per quasdam creaturas singillatim vicissimque monstrentur, sicut Pater in voce qua sonuit, Tu es Filius meus (Luc. III, 22); et Filius in homine quem suscepit ex Virgine (Id. II, 7); et Spiritus sanctus in columbae specie corporali (Matth. III, 16): haec separatim quidem, sed nullo modo separata tria illa demonstrant.

6. Ad hoc utcumque intelligendum assumimus memoriam, intelligentiam, voluntatem. Quamvis enim haec suis separatisque temporibus singillatim singula enuntiemus, nihil tamen horum sine aliis duobus agimus aut dicimus. Nec ideo putanda sunt haec tria Trinitati sic comparata, ut omni ex parte conveniant: cui enim similitudini in disputando convenientia tanta conceditur, ut ei rei cui adhibenda est, ex omni parte coaptetur? vel quando ex creatura ad Creatorem aliquid simile assumitur? Primo ergo in hoc invenitur ista similitudo dissimilis, quod tria haec, memoria intelligentia, voluntas, animae insunt; non eadem tria, est anima: illa vero Trinitas non inest, sed ipsa Deus est. Ideo ibi mirabilis simplicitas commendatur; quia non ibi aliud est esse, aliud intelligere, vel si quid aliud de Dei natura dicitur: anima vero quia est, etiam dum non intelligit, aliud est quod est, aliud quod intelligit. Deinde quis audeat dicere Patrem non intelligere per seipsum, sed per Filium, sicut memoria non intelligit per seipsam, sed per intellectum, vel potius anima ipsa, cui haec insunt, per intellectum tantummodo intelligit; sicut per memoriam tantummodo meminit, et per voluntatem tantummodo vult?

5. Por tanto, creamos con firme piedad en un solo Dios, Padre e Hijo y Espíritu Santo; de modo que ni se crea que el Hijo es quien es el Padre, ni el Padre quien es el Hijo, ni Padre ni Hijo quien es el Espíritu de ambos. Nada se piense en esta Trinidad que diste por tiempos o lugares, sino que estos tres son iguales y coeternos, y en absoluto son una sola naturaleza: no que por el Padre haya sido fundada una criatura, y por el Hijo otra, y por el Espíritu Santo otra; sino que todas y cada una de las cosas que han sido creadas o se crean subsisten por la Trinidad creadora, ni nadie es liberado por el Padre sin el Hijo y el Espíritu Santo, o por el Hijo sin el Padre y el Espíritu Santo, o por el Espíritu Santo sin el Padre y el Hijo; sino por el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo, un solo, verdadero y verdaderamente inmortal —esto es, de todo modo inconmutable— Dios. Que muchas cosas, empero, se dicen también separadamente en las Escrituras sobre cada uno, para que se insinúe que, aunque la Trinidad es inseparable, es sin embargo Trinidad: para que del modo que no pueden decirse simultáneamente cuando se conmemoran con sonidos corporales —aunque sean simultáneos inseparablemente—, así también en algunos lugares de las Escrituras y por algunas criaturas se muestren uno a uno y a su vez, como el Padre en la voz con que sonó: «Tú eres mi Hijo» (Luc. 3, 22); y el Hijo en el hombre que tomó de la Virgen (Luc. 2, 7); y el Espíritu Santo en la especie corporal de paloma (Mat. 3, 16): estas cosas separadamente por cierto, pero de ningún modo demuestran separados a aquellos tres.

6. Para entender esto de algún modo asumimos la memoria, la inteligencia y la voluntad. Pues aunque enunciemos estas cosas una a una en sus tiempos propios y separados, nada sin embargo de esto hacemos o decimos sin las otras dos. Ni por ello deben pensarse estos tres comparados a la Trinidad de modo que convengan en todo; pues ¿a qué semejanza en la disputa se le concede tanta conveniencia que se coadapte por todas partes a aquella cosa a la que debe aplicarse?, ¿o cuándo de la criatura se asume algo semejante al Creador? Primero, pues, en esto se encuentra esa semejanza disímil: en que estos tres —memoria, inteligencia, voluntad— están en el alma, no esos mismos tres son el alma; aquella Trinidad, empero, no está en Dios, sino que es Dios mismo. Por ello allí se encomienda una admirable simplicidad, porque allí no es una cosa el ser y otra el entender, o si algo más se dice sobre la naturaleza de Dios; el alma, empero, porque existe, aun cuando no entiende, es una cosa lo que es y otra lo que entiende. Luego, ¿quién osaría decir que el Padre no entiende por sí mismo sino por el Hijo, como la memoria no entiende por sí misma sino por el intelecto, o más bien el alma misma en la que estas cosas están entiende solo por el intelecto, como solo por la memoria recuerda y solo por la voluntad quiere?

Ad hoc ergo adhibetur ista similitudo, ut quoquo modo intelligatur, quemadmodum horum trium in anima cum singula nomina enuntiantur, quibus eadem singula demonstrantur, tamen unumquodque nomen his tribus cooperantibus enuntiatur, cum et reminiscendo, et intelligendo, et volendo dicitur; ita nullam esse creaturam, qua vel solus Pater, vel solus Filius, vel solus Spiritus sanctus demonstretur, quam non simul Trinitas operetur, quae inseparabiliter operatur: ac per hoc nec vocem Patris, nec animam et carnem Filii, nec columbam Spiritus sancti esse factam, nisi eadem cooperante Trinitate.

7. Nec sane sonus ille vocis, qui continuo esse destitit, coaptatus est in unitatem personae Patris, nec illa columbae species corporalis coaptata est in unitatem personae Spiritus sancti. Nam ipsa quoque, sicut nubes illa lucida quae operuit in monte cum tribus Discipulis Salvatorem (Matth. XVII, 5), vel potius sicut ille ignis qui eumdem Spiritum sanctum demonstravit (Act. II, 3), officio significationis impleto, mox esse desivit. Sed solus homo, quia propter ipsam naturam liberandam illa omnia fiebant, in unitatem personae Verbi Dei, hoc est unici Filii Dei mirabili et singulari susceptione coaptatus est, permanente tamen Verbo in sua natura incommutabiliter, in qua nihil compositi cum quo subsistat ulla phantasia humani animi suspicandum est. Legitur quidem, Et Spiritus sapientiae multiplex (Sap. VII, 22); sed recte dicitur etiam simplex. Multiplex enim, quoniam multa sunt quae habet; simplex autem, quia non aliud quam quod habet est: sicut dictus est Filius habere vitam in semetipso (Joan. V, 26), et eadem vita ipse est. Homo autem Verbo accessit, non Verbum in hominem convertibiliter accessit; atque ita et Filius Dei simul cum homine suscepto dicitur: unde idem Filius Dei incommutabilis est atque coaeternus Patri, sed in Verbo solo; et sepultus est Filius Dei, sed in carne sola.

8. Proinde quae de Filio Dei verba dicuntur, videndum est secundum quid dicantur. Non enim homine assumpto personarum numerus auctus est, sed eadem Trinitas mansit. Nam sicut in homine quolibet, praeter unum illum qui singulariter susceptus est, anima et corpus una persona est; ita in Christo Verbum et homo una persona est.

Para esto, pues, se aplica esa semejanza: para que de cualquier modo se entienda cómo de estos tres en el alma, cuando se enuncian los nombres individuales con los que se demuestran cada uno de ellos, sin embargo cada nombre se enuncia cooperando estos tres —pues se dice tanto recordando como entendiendo y queriendo—; así no existe ninguna criatura por la cual o solo el Padre, o solo el Hijo, o solo el Espíritu Santo se demuestre, que no la obre simultáneamente la Trinidad, la cual obra inseparablemente; y por esto ni la voz del Padre, ni el alma y carne del Hijo, ni la paloma del Espíritu Santo fueron hechas sino cooperando la misma Trinidad.

7. Ni ciertamente aquel sonido de la voz, que cesó inmediatamente de ser, fue unido en la unidad de la persona del Padre, ni aquella apariencia corporal de la paloma fue unida en la unidad de la persona del Espíritu Santo. Pues ella también, como aquella nube lúcida que cubrió en el monte al Salvador con los tres Discípulos (Mat. XVII, 5), o más bien como aquel fuego que demostró al mismo Espíritu Santo (Hech. II, 3), cumplido el oficio de la significación, pronto dejó de existir. Pero solo el hombre, porque todas aquellas cosas se hacían para liberar a esa misma naturaleza, fue unido en la unidad de la persona del Verbo de Dios, esto es, del único Hijo de Dios por una admirable y singular asunción, permaneciendo sin embargo el Verbo inconmutablemente en su naturaleza, en la cual no debe sospecharse nada compuesto con lo cual subsista ninguna fantasía (phantasia) del alma humana. Se lee, en efecto: "Y el Espíritu de la sabiduría es múltiple" (Sab. VII, 22); pero rectamente se dice también simple. Múltiple, en efecto, porque son muchas las cosas que tiene; pero simple porque no es otra cosa que lo que tiene: como se ha dicho que el Hijo tiene vida en sí mismo (Juan V, 26), y él mismo es esa misma vida. Pero el hombre se añadió al Verbo, no el Verbo pasó al hombre de modo convertible; y así se habla también del Hijo de Dios junto con el hombre asumido: de donde el mismo Hijo de Dios es inconmutable y coeterno (coaeternus) al Padre, pero en solo el Verbo; y fue sepultado el Hijo de Dios, pero en sola la carne.

8. Por tanto, cuando se dicen palabras sobre el Hijo de Dios, debe verse según qué se dicen. Pues no por haberse asumido al hombre aumentó el número de las personas, sino que permaneció la misma Trinidad. Pues así como en cualquier hombre, fuera de aquel único que fue singularmente asumido, el alma (anima) y el cuerpo (corpus) son una persona; así en Cristo el Verbo y el hombre son una persona.

Et sicut homo, verbi gratia, philosophus non utique nisi secundum animam dicitur, nec ideo tamen absurde, sed congruentissima et usitatissima locutione dicimus philosophum caesum, philosophum mortuum, philosophum sepultum, cum totum secundum carnem accidat, non secundum illud quod est philosophus: ita Christus Deus, Dei Filius, Dominus gloriae, et si quid hujusmodi secundum Verbum dicitur; et tamen recte dicitur Deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse, non secundum illud quo Dominus gloriae est, non habeatur incertum.

9. Sonitus autem ille vocis, et columbae species corporalis, et linguae divisae velut ignis qui insedit super unumquemque eorum, sicut illa in monte Sina quae terribili specie facta sunt (Exod. XIX, 18), et sicut columna illa nubis per diem, et flammae per noctem (Id. XIII, 21), significativa operatione acta atque transacta sunt. Illud in his maxime cavendum est, ne cuiquam Dei natura vel Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti commutabilis et convertibilis esse credatur. Nec moveat quod aliquando res quae significat, nomen ejus rei quam significat, accipit. Spiritus sanctus dictus est corporali specie tanquam columba descendisse et mansisse super eum. Sic enim et petra Christus (I Cor. X, 4), quia significat Christum.

CAPUT III.

10. Miror autem tibi videri sonitum vocis illius qua dictum est, Tu es filius meus, non mediante anima, sed divino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse; et non tibi videri eodem modo potuisse fieri animantis cujuslibet speciem corporalem motumque viventi similem, divino nutu, nullo animali interposito spiritu. Si enim obtemperat Deo creatura corporea sine vivificantis animae ministerio, ut edantur soni quales edi ex corpore animato solent, ut forma locutionis articulatae auribus inferatur; cur non obtemperet, ut sine animae vivificantis ministerio figura motusque volucris, eadem potentia Creatoris, ingeratur aspectibus? An sensus audiendi hoc mereri potest, videndi non potest, cum ex adjacenti materia corpus utrumque formetur, et quod insonat auribus et quod apparet aspectibus, et vocis articuli et lineamenta membrorum, et audibilis et visibilis motus, ut et verum sit corpus quod sentitur corporis sensu, et nihil sit amplius quam quod sentitur corporis sensu? Anima enim nullo sensu corporis vel in aliquo animante sentitur. Non igitur est opus quaerere quomodo apparuerit columbae species corporalis, sicut non quaerimus quomodo sonuerint voces articulati corporis.

Y así como un hombre, por ejemplo, no se llama filósofo sino según el alma, y sin embargo no por eso decimos absurdamente, sino con una locución congruentísima y usitadísima, que el filósofo fue azotado, que el filósofo murió, que el filósofo fue sepultado, ocurriendo todo según la carne, no según aquello que es filósofo: así Cristo es Dios, Hijo de Dios, Señor de la gloria, y si algo de este modo se dice según el Verbo; y sin embargo rectamente se dice que Dios fue crucificado, cuando no se tiene por incierto que él padeció esto según la carne, no según aquello por lo que es el Señor de la gloria.

9. Pero aquel sonido de la voz, y la apariencia corporal de la paloma, y las lenguas divididas como de fuego que se asentó sobre cada uno de ellos, como aquellas cosas en el monte Sinaí que se hicieron con terrible apariencia (Éx. XIX, 18), y como aquella columna de nube por el día y de llamas por la noche (Éx. XIII, 21), fueron realizadas y pasaron por una operación significativa. En esto debe evitarse sobre todo que nadie crea que la naturaleza de Dios, sea del Padre, sea del Hijo, sea del Espíritu Santo, es mudable y convertible. Ni mueva a nadie el hecho de que a veces la cosa que significa recibe el nombre de aquella cosa que significa. Se ha dicho que el Espíritu Santo descendió en apariencia corporal como una paloma y permaneció sobre él. Pues así también la piedra era Cristo (I Cor. X, 4), porque significa a Cristo.

CAPÍTULO III.

10. Pero me maravilla que te parezca que el sonido de aquella voz por la que se dijo: "Tú eres mi hijo", pudo hacerse así por el solo impulso divino mediante la sola naturaleza corporal, sin mediación del alma; y que no te parezca que del mismo modo pudo hacerse la apariencia corporal y el movimiento semejante a un ser viviente de cualquier animal, por impulso divino, sin que se interpusiera ningún espíritu animal. Pues si la criatura corpórea obedece a Dios sin el ministerio del alma vivificante, de modo que se emitan sonidos tales como suelen emitirse de un cuerpo animado, para que la forma de la locución articulada se lleve a los oídos; ¿por qué no ha de obedecer para que, sin el ministerio del alma vivificante, la figura y el movimiento de un ave, por la misma potencia del Creador, se ofrezca a las miradas? ¿O es que el sentido del oído puede merecer esto y el de la vista no puede, siendo que de la materia adyacente se forma uno y otro cuerpo, tanto el que suena a los oídos como el que aparece a las miradas, tanto las articulaciones de la voz como los lineamientos de los miembros, tanto el movimiento audible como el visible, de modo que sea un cuerpo verdadero lo que se siente por el sentido del cuerpo, y no sea nada más que lo que se siente por el sentido del cuerpo? Pues el alma en ningún ser viviente se siente por ningún sentido del cuerpo. No es, pues, necesario buscar cómo apareció la apariencia corporal de la paloma, así como no buscamos cómo sonaron las voces de un cuerpo articulado.

Si enim potuit anima non esse media, ubi vox, non quasi vox, dicitur facta; quanto magis potuit, ubi dicitur tanquam columba, hoc verbo significata sola specie corporali oculis reddita, non natura viventis animantis expressa? Hoc modo etiam illud dicitur, Factus est subito de coelo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, et visae sunt illis linguae divisae velut ignis: ubi dicitur species quaedam quasi flatus, et velut ignis sensibilis usitatis similis notisque naturis, non ipsae usitatae notaeque naturae ad tempus factae significari videntur.

11. Si autem subtilior ratio, vel excellentior rei vestigatio demonstrat eam naturam quae nec temporaliter nec localiter movetur, non moveri nisi per illam quae temporaliter tantum, non localiter moveri potest; consequens erit ut omnia illa per ministerium creaturae viventis effecta sint, sicut per Angelos fiunt: unde diligentius disserere et longum est, et non necessarium. Huc accedit quia sunt visiones, quae apparent spiritui tanquam corporis sensibus, non solum dormientibus vel furentibus, sed aliquando sanae mentis vigilantibus; non per fallaciam illudentium daemonum, sed per aliquam revelationem spiritualem, quae fit per formas incorporeas corporibus similes; quae discerni omnino non possunt, nisi divino adjutorio plenius revelentur, et mentis intelligentia dijudicentur, vix aliquando cum fiunt, sed plerumque postea cum transierint. Quae cum ita sint, sive in naturis corporeis, sive sola specie corporali, natura autem spirituali, nostro spiritui tanquam sensibus corporis apparere videantur, quando haec sacra Scriptura commemorat, cujus istorum duorum generis sint, et utrum mediante viva creatura fiant, si corpore fiunt, judicare temere non debemus: dum tamen Creatoris, hoc est summae atque ineffabilis Trinitatis invisibilem incommutabilemque naturam, et a mortalium carnalium sensibus, et ab omni convertibilitate, sive in melius, sive in deterius, sive in quodlibet aliud atque aliud, remotam atque discretam, vel sine ulla dubitatione credamus, vel qualicumque etiam intelligentia capiamus.

CAPUT IV.

Pues si pudo no ser media el alma donde se dice que se hizo una voz, no como una voz; ¿cuánto más pudo donde se dice "como paloma", significándose con esta palabra la sola apariencia corporal devuelta a los ojos, no la naturaleza de un ser viviente expresada? De este modo se dice también: "Se hizo súbitamente del cielo un sonido, como si se llevara un viento vehemente, y se les aparecieron lenguas divididas como de fuego": donde parece significarse una cierta apariencia como de viento y como de fuego sensible semejante a las naturalezas usuales y conocidas, no las mismas naturalezas usuales y conocidas hechas para el momento.

11. Pero si una razón más sutil, o una investigación más excelente de la cosa demuestra que aquella naturaleza que no se mueve ni temporal ni localmente, no se mueve sino por aquella que puede moverse solo temporalmente, no localmente; se seguirá que todas aquellas cosas fueron efectuadas por el ministerio de una criatura viviente, como se hacen por los Ángeles: de lo cual disertar más diligentemente es largo y no necesario. A esto se añade que hay visiones que se aparecen al espíritu como a los sentidos del cuerpo, no solo a los que duermen o deliran, sino a veces a los de mente sana que están despiertos; no por falacia de los demonios ilusores, sino por alguna revelación espiritual, que se hace por formas incorpóreas semejantes a los cuerpos; las cuales no pueden distinguirse en absoluto si no son reveladas más plenamente por el auxilio divino, y juzgadas por la inteligencia de la mente, apenas alguna vez cuando suceden, pero la mayoría de las veces después de que han pasado. Siendo esto así, ya sea que en las naturalezas corpóreas, ya sea por la sola apariencia corporal pero por la naturaleza espiritual, parezcan aparecer a nuestro espíritu como a los sentidos del cuerpo cuando la sagrada Escritura conmemora estas cosas, no debemos juzgar temerariamente de cuál de estos dos géneros son, y si se hacen mediante una criatura viva si se hacen en el cuerpo: con tal de que o creamos sin ninguna duda, o también captemos por cualquier inteligencia, que la naturaleza invisible e inconmutable del Creador, esto es, de la suma e inefable Trinidad, está remota y discreta tanto de los sentidos carnales de los mortales como de toda convertibilidad, ya sea en mejor, ya en peor, o en cualquier otra cosa sucesiva.

CAPÍTULO IV.

12. Haec tibi de duabus quaestionibus, hoc est, de Trinitate, et columba, in qua Spiritus sanctus non sua natura, sed significativa specie demonstratus est; sicut et Filius Dei non sua nativitate, de qua Pater dixit, Ante luciferum genui te (Psal. CIX, 3), sed in homine suscepto ex utero Virginis, a Judaeis crucifixus est; videris quam otioso ego tamen occupatissimus scribere potui. Nec putavi omnia pertractanda quae posuisti in litteris tuis; verum ad illa duo quae ex me audire voluisti, me respondisse, etsi non sufficienter aviditati tuae, tamen charitati obedienter existimo.

13. Praeter autem illos duos libros, quos tribus me adjunxisse supra commemoravi, et trium psalmorum expositionem (Supra, cap. 1, n. 1), scripsi etiam librum ad sanctum presbyterum Hieronymum de Animae Origine, consulens eum quomodo defendi possit illa sententia quam religiosae memoriae Marcellino suam esse scripsit, singulas animas novas nascentibus fieri, ut non labefactetur fundatissima Ecclesiae fides, qua inconcusse credimus quod in Adam omnes moriuntur (I Cor. XV, 22), et nisi per Christi gratiam liberentur, quod per suum Sacramentum etiam in parvulis operatur, in condemnationem trahuntur. Scripsi et alium ad eumdem, quomodo illi videatur accipiendum quod scriptum est in Epistola Jacobi, Quicumque autem totam Legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus (Jacobi II, 10). Sed in hoc dixi etiam quid mihi videatur: in illo autem, de animae origine tantum quid ei videatur, consultatoria quadam disputatione quaesivi. Occasionem quippe cujusdam sanctissimi et studiosissimi juvenis presbyteri Orosii, qui ad nos ab ultima Hispania, id est, ab oceani littore, solo sanctarum Scripturarum ardore inflammatus advenit, amittere nolui; cui, ut ad illum quoque pergeret, persuasi. Huic etiam ipsi Orosio ad quaedam interrogata quae illum de Priscillianistarum haeresi, et Origenis quibusdam opinionibus quas non recepit Ecclesia, permovebant, uno libro non grandi, quanta potui brevitate et perspicuitate respondi. Scripsi etiam grandem quemdam librum adversus Pelagii haeresim, cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiam Christi opinionem perniciosissimam ille persuaserat. Haec omnia si habere volueris, aliquem mitte qui tibi cuncta describat. Me autem permitte his vacare quaerendis atque dictandis, quae quoniam multis sunt necessaria, praeponenda esse arbitror ad valde paucos pertinentibus inquisitionibus tuis.

12. Estas cosas sobre las dos cuestiones, esto es, sobre la Trinidad y la paloma, en la cual el Espíritu Santo fue demostrado no por su propia naturaleza, sino por una apariencia significativa; así como también el Hijo de Dios no por su propia natividad, de la cual dijo el Padre: "Antes del lucero te engendré" (Sal. CIX, 3), sino en el hombre asumido del útero de la Virgen, fue crucificado por los judíos; ve cómo yo, aunque ocupadísimo, he podido escribir con calma. Y no pensé que debían tratarse exhaustivamente todas las cosas que pusiste en tus cartas; pero estimo que he respondido a aquellas dos cosas que quisiste oír de mí, si no suficientemente para tu avidez, al menos obedientemente por tu caridad.

13. Pero además de aquellos dos libros que arriba conmemoré haber añadido a los tres, y la exposición de los tres salmos (Arriba, cap. 1, n. 1), escribí también un libro al santo presbítero (presbyter) Jerónimo sobre el Origen del Alma, consultándole cómo pueda defenderse aquella sentencia que él escribió que era suya a Marcelino de religiosa memoria: "que se hacen al nacer almas nuevas individuales", para que no se debilite la fundadísima fe de la Iglesia, por la cual creemos inconcusamente que en Adán todos mueren (I Cor. XV, 22), y si no son liberados por la gracia de Cristo —la cual obra por su Sacramento incluso en los párvulos (parvuli)—, son arrastrados a la condenación. Escribí también otro al mismo, sobre cómo le parece que debe tomarse lo que está escrito en la Epístola de Santiago: "Quienquiera que guardare toda la Ley, pero ofendiere en uno, se hace reo de todos" (Sant. II, 10). Pero en este dije también qué me parece a mí: en aquel otro, sin embargo, sobre el origen del alma solamente, busqué en una especie de disputa consultiva qué le parece a él. No quise, en efecto, perder la ocasión de un cierto santísimo y estudiosísimo joven presbítero (presbyter), Orosio, que vino a nosotros de la última España, esto es, del litoral del océano, inflamado solo por el ardor de las sagradas Escrituras; a quien persuadí para que fuera también a él. A este mismo Orosio, a ciertas preguntas que le inquietaban sobre la herejía de los priscilianistas y ciertas opiniones de Orígenes que la Iglesia no recibió, le respondí en un libro no grande, con cuanta brevedad y perspicuidad pude. Escribí también un cierto libro grande contra la herejía de Pelagio, obligándome algunos hermanos a quienes él había persuadido de una opinión perniciosísima contra la gracia de Cristo. Todas estas cosas, si quieres tenerlas, envía a alguien que te las transcriba todas. A mí, en cambio, permíteme vacar a la investigación y dictado de estas cosas que, puesto que son necesarias para muchos, juzgo que deben anteponerse a tus inquisiciones pertenecientes a muy pocos.

EPISTOLA CLXX . Alypius et Augustinus Maximo medico recens ab ariana haeresi ad fidem catholicam converso, hortantes ut studeat et alios eodem adducere, praesertim cum nonnullos in errorem adduxisset auctoritate sua; instruentes illum adversus eos qui de trium personarum eadem essentia impie disputant. Domino eximio, meritoque honorabili et religioso fratri MAXIMO, ALYPIUS et AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Cum a sancto fratre et coepiscopo nostro Peregrino, de tua tuorumque non corporali, sed spirituali salute praecipue quaereremus, de tua quidem laetos, de tuorum vero tristes nos ejus responsa fecerunt, quod non sunt Ecclesiae catholicae salubri correctione sociati. Et quia id cito futurum sperabamus, adhuc non esse factum multum dolemus, domine eximie, meritoque honorabilis et religiose frater.

2. Proinde Charitatem tuam in Domini pace salutantes, et praecipimus, et rogamus ut eos quod didicisti, docere non differas; unum scilicet Deum esse solum, cui servitus illa debetur quae λατρεία Graeco vocabulo nuncupatur. Ipsum enim verbum est in lege, ubi scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies (Deut. VI, 13): quem si Deum Patrem tantummodo dixerimus, respondebitur, Ergo λατρεία Filio non debetur; quod nefas est dicere. Si autem debetur, quomodo ergo uni tantum debetur Deo, si et Patri et Filio debetur, nisi quia unus Deus, cui soli per λατρείαν servire jussi sumus, ita dicitur solus Deus, ut et Pater intelligatur et Filius, immo etiam et Spiritus sanctus? De illo quippe dicit Apostolus, Nescitis quia corpora vestra templum sunt in vobis Spiritus sancti quem habetis a Deo, et non estis vestri? Empti enim estis magno pretio. Glorificate Deum, et portate in corpore vestro (I Cor. VI, 19, 20): quem Deum, nisi Spiritum sanctum cujus corpora nostra dixerat esse templum? Debetur ergo λατρεία Spiritui sancto. Nam si templum ei facere, sicut Salomon fecit de lignis et lapidibus, juberemur; utique faciendo templum, λατρείαν exhibere convinceremur: quanto magis λατρείαν debemus cui non templum facimus, sed sumus!

3. Ac per hoc si Patri et Filio et Spiritui sancto λατρεία debetur, et exhibetur a nobis, de qua dictum est, Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies; procul dubio Dominus Deus noster, cui soli per λατρείan servire debemus, non est Pater solus, nec Filius solus, nec solus Spiritus sanctus, sed ipsa Trinitas unus Deus solus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus: non ut Pater sit ipse qui Filius, vel Spiritus sanctus ipse sit aut Pater aut Filius, cum sit in illa Trinitate Pater Filii solius, et Filius Patris solius, Spiritus autem sanctus et Patris et Filii sit Spiritus;

EPISTOLA CLXX. Alipio y Agustín al médico Máximo, recientemente convertido de la herejía arriana a la fe católica, exhortándole a que procure atraer también a otros a la misma, especialmente habiendo inducido a algunos al error con su autoridad; instruyéndole contra los que impíamente disputan sobre la misma esencia de las tres personas. Al eximio señor, y merecidamente honorable y religioso hermano MÁXIMO, ALIPIO y AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Al preguntar de nuestro santo hermano y coepiscopo Peregrino, especialmente sobre tu salud y la de los tuyos, no corporal sino espiritual, sus respuestas nos hicieron ciertamente alegres sobre la tuya, pero tristes sobre la de los tuyos, porque no están asociados a la Iglesia católica por una saludable corrección. Y porque esperábamos que esto ocurriera pronto, nos duele mucho que aún no se haya hecho, señor eximio, merecidamente honorable y religioso hermano.

2. Por tanto, saludando a tu Caridad en la paz del Señor, te mandamos y te rogamos que no difieras enseñarles lo que has aprendido; a saber, que hay un solo Dios, al cual se debe aquel servicio que se llama latreia (λατρεία) con vocablo griego. Pues la misma palabra está en la ley, donde está escrito: "Adorarás al Señor tu Dios y a él solo servirás" (Deut. VI, 13): a quien si dijéramos que es solo Dios Padre, se responderá: luego la latreia no se debe al Hijo; lo cual es nefasto decir. Pero si se debe, ¿cómo entonces se debe a uno solo Dios, si se debe tanto al Padre como al Hijo, sino porque el único Dios, al cual solo se nos ha mandado servir por la latreia, se llama de tal modo "solo Dios" que se entienda tanto al Padre como al Hijo, e incluso también al Espíritu Santo (Spiritus sanctus)? De Él, en efecto, dice el Apóstol: "¿No sabéis que vuestros cuerpos son templo en vosotros del Espíritu Santo, a quien tenéis de Dios, y no sois vuestros? Pues habéis sido comprados a gran precio. Glorificad a Dios y llevadle en vuestro cuerpo" (I Cor. VI, 19, 20): ¿a qué "Dios", sino al Espíritu Santo del cual había dicho que nuestros cuerpos eran templo? Se debe, pues, latreia al Espíritu Santo. Pues si se nos mandara hacerle un templo, como Salomón lo hizo de maderas y piedras, ciertamente haciendo el templo se demostraría que exhibíamos latreia: ¡cuánto más debemos latreia a aquel para quien no hacemos un templo, sino que lo somos!

3. Y por esto, si se debe latreia al Padre y al Hijo y al Espíritu Santo, y es exhibida por nosotros, de la cual se ha dicho: "Adorarás al Señor tu Dios y a él solo servirás"; sin duda el Señor Dios nuestro, al cual solo debemos servir por la latreia, no es solo el Padre, ni solo el Hijo, ni solo el Espíritu Santo, sino que la misma Trinidad (Trinitas) es el solo Dios único, Padre, e Hijo, y Espíritu Santo: no de modo que el Padre sea el mismo que el Hijo, o el Espíritu Santo sea él mismo o el Padre o el Hijo, habiendo en aquella Trinidad Padre de solo el Hijo, e Hijo de solo el Padre, siendo el Espíritu Santo Espíritu tanto del Padre como del Hijo;

sed propter unam eamdemque naturam atque inseparabilem vitam, ipsa Trinitas, quantum ab homine potest, fide praecedente intelligitur unus Dominus Deus noster, de quo dictum est, Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies, et quem praedicat Apostolus; ait enim, Quoniam ex ipso, et in ipso, et per ipsum sunt omnia: ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen (Rom. XI, 36).

4. Non enim sic ex Deo Patre unigenitus Filius, quemadmodum ex illo est universa creatura, quam ex nihilo creavit. Hunc quippe de sua substantia genuit, non ex nihilo fecit: nec eum ex tempore genuit, per quem cuncta tempora condidit. Quoniam sicut flamma splendorem quem gignit, tempore non praecedit; ita Pater numquam sine Filio fuit. Ipse est quippe Sapientia Dei Patris, de qua scriptum est: Splendor est enim lucis aeternae (Sap. VII, 26). Luci ergo cujus candor est, id est, Deo Patri sine dubio coaeterna est: et ideo non sicut in principio fecit Deus coelum et terram, ita in principio fecit Verbum; sed in principio erat Verbum (Joan. I, 1). Spiritus quoque sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus: sed sic a Patre Filioque procedit, ut nec a Filio nec a Patre sit factus.

5. Haec Trinitas unius est ejusdemque naturae atque substantiae: non minor in singulis, quam in omnibus, nec major in omnibus, quam in singulis; sed tanta in solo Patre, vel in solo Filio, quanta in Patre simul et Filio; et tanta in solo Spiritu sanctu, quanta simul in Patre et Filio et Spiritu sancto. Neque enim Pater, ut haberet Filium de seipso, minuit seipsum; sed ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se, et esset in Filio tantus quantus et solus. Similiter et Spiritus sanctus integer de integro, non praecedit unde procedit, sed tantus cum illo quantus ex illo, nec minuit eum procedendo, nec auget haerendo. Et haec omnia nec confuse unum sunt, nec disjuncte tria sunt: sed cum sint unum, tria sunt, et cum sint tria, unum sunt. Proinde qui tam multis cordibus fidelium suorum donavit ut essent cor unum, quanto magis conservat in seipso ut sint haec tria et singula Deus, et simul omnia non tres dii, sed unus Deus! Hic est unus Dominus Deus noster, cui universa pietate servitur, cui soli λατρεία illa debetur.

6. Qui cum in rebus quae nascuntur in tempore, sua bonitate effecerit ut suae substantiae prolem quaelibet res gignat, sicut homo gignit hominem, non alterius naturae, sed ejus cujus ipse est; vide quam impie dicatur ipse non genuisse id quod ipse est. Haec enim propinquitatis sunt nomina, non naturae, et ideo ad aliquid, vel relativa dicuntur, quae aliquando eadem sunt, aliquando diversa. Eadem scilicet cum frater refertur ad fratrem, amicus ad amicum, vicinus ad vicinum, cognatus ad cognatum, et si qua similia, quae infinitum est velle omnia percurrere.

sino que por una misma naturaleza y vida inseparable, la misma Trinidad, cuanto puede el hombre, precediendo la fe, se entiende como un solo Señor Dios nuestro, del cual se dijo: "Adorarás al Señor tu Dios y a él solo servirás", y al cual predica el Apóstol; pues dice: "Porque de él, y en él, y por él son todas las cosas: a él la gloria por los siglos de los siglos. Amén" (Rom. XI, 36).

4. Pues no es del mismo modo el Hijo unigénito de Dios Padre como es de Él toda la criatura, a la cual creó de la nada. Pues a Este lo engendró de su substancia (substantia), no lo hizo de la nada: ni lo engendró en el tiempo, por quien fundó todos los tiempos. Puesto que así como la llama no precede en el tiempo al resplandor que engendra, así el Padre nunca estuvo sin el Hijo. Él mismo es, en efecto, la Sabiduría (Sapientia) de Dios Padre, de la cual está escrito: "Es resplandor, en efecto, de la luz eterna" (Sab. VII, 26). A la luz, pues, de la cual es candor, esto es, a Dios Padre, sin duda es coeterna (coaeterna): y por eso no como en el principio hizo Dios el cielo y la tierra, así en el principio hizo al Verbo; sino que "en el principio era el Verbo" (Juan I, 1). El Espíritu Santo tampoco fue hecho como una criatura de la nada: sino que de tal modo procede del Padre y del Hijo, que no fue hecho ni por el Hijo ni por el Padre.

5. Esta Trinidad es de una sola y misma naturaleza y substancia: no menor en cada uno que en todos, ni mayor en todos que en cada uno; sino tanto en solo el Padre, o en solo el Hijo, cuanto en el Padre y el Hijo simultáneamente; y tanto en solo el Espíritu Santo, cuanto simultáneamente en el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo. Pues el Padre, para tener al Hijo de sí mismo, no se disminuyó a sí mismo; sino que de tal modo engendró de sí a otro yo, que permaneció íntegro en sí, y era en el Hijo tanto como estando solo. Igualmente también el Espíritu Santo, íntegro de íntegro, no precede a aquel de donde procede, sino que es tanto con aquel cuanto de aquel, y ni lo disminuye al proceder, ni lo aumenta al adherirse. Y todas estas cosas ni son uno confusamente, ni son tres disjuntamente: sino que siendo uno son tres, y siendo tres son uno. Por tanto, ¡quien ha concedido a tantos corazones de sus fieles que fueran un solo corazón, cuánto más conserva en sí mismo que estos tres sean cada uno Dios, y simultáneamente todos no tres dioses, sino un solo Dios! Este es el solo Señor Dios nuestro, al cual se sirve con toda piedad, al cual solo se debe aquella latreia.

6. Quien habiendo efectuado por su bondad en las cosas que nacen en el tiempo que cualquier cosa engendre prole de su propia substancia, como el hombre engendra al hombre, no de otra naturaleza sino de aquella de la que él mismo es; ve qué impíamente se dice que Él mismo no engendró aquello que Él mismo es. Pues estos son nombres de parentesco, no de naturaleza, y por eso se dicen respecto a algo, o se dicen relativos, los cuales a veces son los mismos, a veces diversos. Los mismos, por supuesto, cuando el hermano se refiere al hermano, el amigo al amigo, el vecino al vecino, el pariente al pariente, y si hay cosas similares, las cuales es infinito querer recorrer todas.

In his enim quod est iste ad illum, hoc est ille ad istum. Diversa sunt autem, sicut pater ad filium, filius ad patrem, socer ad generum, gener ad socerum, dominus ad servum, servus ad dominum. Non est quidem hoc iste ad illum, quod ille ad istum; sed ambo tamen homines sunt: relatio diversa est, non natura. Quoniam si attendas quid sit alter ad alterum, non est hoc ad illum iste, quod ad istum ille: quia iste pater, ille filius; aut iste socer, ille gener; aut iste dominus, ille servus. Si autem attendas quid quisque sit ad seipsum, vel in seipso, hoc est ille quod iste; quia ille homo est sicut iste. Unde intelligit prudentia tua non ab eis rationabiliter dici, a quorum errore te Dominus liberavit, ideo Dei Patris et Dei Filii naturam esse diversam, quia iste Pater est, ille Filius; et Deum Patrem non genuisse id quod est ipse, quia non genuit Patrem Filii sui, quod est ad illum ipse: quis enim non videat ista vocabula non in seipsis demonstrare naturas, sed alterius ad alterum significare personas?

7. Tale est etiam illud quod simili loquuntur errore, ideo Filium alterius esse naturae, diversaeque substantiae, quia Pater Deus non est de altero Deo, Filius autem Deus est quidem, sed de Patre Deo: et hic enim non indicatur substantia, sed origo, id est, non quid sit, sed unde sit quisque vel non sit. Neque enim Abel et Adam ideo non unius naturae atque substantiae fuerunt, quia iste fuit homo de homine illo, ille de nullo. Si ergo utriusque natura quaeritur, homo Abel, homo Adam: si autem origo, primus homo ex quo Abel, nullus homo ex quo Adam. Ita in Deo Patre et Deo Filio, si utriusque natura quaeritur, uterque Deus, nec magis alter altero Deus: si autem origo, Pater est Deus de quo Filius Deus; de quo autem Pater, nullus est Deus.

8. Frustra itaque ad hoc respondere conantes dicunt: Sed homo cum passione generat, Deus autem sine passione genuit Filium. Hoc enim non solum ipsos nihil, sed nos adjuvat plurimum. Nam si temporalibus et passibilibus rebus Deus tribuit ut quod sunt hoc generent, quanto magis ipse aeternus et impassibilis, non aliud quam est ipse generavit, unus unicum; ideo nostra inenarrabili admiratione, quoniam sine passione, et tanta secum aequalitate, ut eum nec potestate praecederet, nec aetate! Sed ideo totum quod habet, quod potest, non tribuit sibi, sed Patri, quia non est a seipso, sed a Patre.

En estos, en efecto, lo que es este para aquel, eso es aquel para este. Son diversos, en cambio, como el padre respecto al hijo, el hijo respecto al padre, el suegro respecto al yerno, el yerno respecto al suegro, el señor respecto al siervo, el siervo respecto al señor. No es ciertamente este respecto a aquel lo que aquel respecto a este; pero ambos, sin embargo, son hombres: la relación es diversa, no la naturaleza. Puesto que si atiendes a qué sea el uno respecto al otro, no es este respecto a aquel lo que aquel respecto a este: porque este es padre, aquel hijo; o este suegro, aquel yerno; o este señor, aquel siervo. Si en cambio atiendes a qué sea cada uno respecto a sí mismo, o en sí mismo, aquel es lo que este; porque aquel es hombre como este. De donde entiende tu prudencia que no se dice por ellos razonablemente —de cuyo error el Señor te libró— que por eso sea diversa la naturaleza de Dios Padre y de Dios Hijo porque este sea Padre y aquel Hijo; y que Dios Padre no engendró aquello que es él mismo porque no engendró al Padre de su Hijo, que es lo que es él respecto a él: ¿quién, en efecto, no verá que esos vocablos no demuestran naturalezas en sí mismas, sino que significan personas del uno para con el otro?

7. Tal es también aquello que dicen con similar error: que por eso el Hijo es de otra naturaleza y de diversa substancia porque Dios Padre no es de otro Dios, mientras que el Hijo es ciertamente Dios, pero de Dios Padre: y aquí, en efecto, no se indica la substancia, sino el origen, esto es, no qué sea, sino de dónde sea cada uno o no sea. Pues Abel y Adán no por eso dejaron de ser de una sola naturaleza y substancia porque aquel fuera hombre de aquel hombre, y este de ninguno. Si, pues, se busca la naturaleza de ambos, hombre Abel, hombre Adán: si en cambio el origen, el primer hombre de quien es Abel, ningún hombre de quien es Adán. Así en Dios Padre y en Dios Hijo, si se busca la naturaleza de ambos, cada uno es Dios, ni es uno más Dios que el otro: si en cambio el origen, el Padre es Dios de quien es el Hijo Dios; pero de quien sea el Padre, ningún Dios es.

8. En vano, por tanto, intentando responder a esto, dicen: Pero el hombre engendra con pasión, mientras que Dios engendró al Hijo sin pasión. Pues esto no solo no les ayuda en nada a ellos, sino que nos ayuda muchísimo a nosotros. Pues si en las cosas temporales y pasibles Dios concedió que engendren lo que son, ¡cuánto más él mismo, eterno e impasible, no engendró algo distinto de lo que él mismo es, uno solo a un único hijo; y por eso para nuestra inenarrable admiración, puesto que fue sin pasión y con tanta igualdad consigo mismo, que ni lo precedió en poder ni en edad! Pero por eso todo lo que tiene, lo que puede, no se lo atribuye a sí mismo, sino al Padre, porque no es de sí mismo, sino del Padre.

Aequalis est enim Patri, sed hoc quoque accepit a Patre; nec sic accepit unde esset aequalis, quasi prius fuerit inaequalis; sed natus aequalis, sicut semper natus, ita semper aequalis. Non itaque inaequalem genuit, et aequalitatem jam nato addidit; sed gignendo eam dedit, quia aequalem non imparem genuit. Ideo in forma Dei aequalem esse Deo, non ei rapina fuerat (Philipp. II, 6), sed natura; quoniam id nascendo sumpsit, non superbiendo praesumpsit.

9. Propterea vero Patrem dicit esse majorem, quia seipsum exinanivit, formam servi accipiens, non amittens Dei: propter quam formam servi, non tantum Patre, verum etiam seipso et Spiritu sancto minor factus est; nec tantum hac excellentissima Trinitate, sed etiam minoratus est paulo minus ab Angelis (Hebr. II, 9); hominibus quoque minor fuit, quando parentibus subditus fuit (Luc. II, 51). Propter hanc utique formam servi, quam veniente plenitudine temporis exinanitus accepit, dixit: Pater major me est (Joan. XIV, 28). Propter illam formam vero, quam nec exinanitus amisit, dixit, Ego et Pater unum sumus (Id. X, 30); et homo scilicet factus, et permanens Deus: homo enim assumptus est a Deo, non in homine consumptus est Deus. Ideo valde rationabiliter et Patre minor est homo Christus, et Patri aequalis est idem ipse Deus Christus.

10. Cum igitur huic rectae atque catholicae fidei praesentibus nobis cum magna exsultatione populi Dei consociatum te esse gaudeamus, quare adhuc de tuorum segnitia tristes sumus? Obsecramus te per misericordiam Dei, ut ipso adjuvante auferas istum moerorem de cordibus nostris. Neque enim credendum est auctoritatem tuam ad perversitatem tuorum plurimum valere potuisse, et ad correctionem valere nihil. An forte contemnunt te, quia in Ecclesiae catholicae participationem hac aetate venisti, cum te amplius debeant admirari, atque venerari, quia vetustissimum errorem senili quadam juventute vicisti? Absit ut resistant tibi vera dicenti, cui consenserant a veritate devianti; absit ut nolint tecum recta sentire, cum quo eos delectavit errare. Tu tantum ora pro eis, et insta eis. Immo vero adduc eos ad domum Dei tecum, qui in domo tua sunt tecum; vel te non pigeat in domum Dei cum illis venire, qui in domum tuam soliti fuerant convenire; praesertim cum Catholica mater aliquos a te petit, aliquos repetit: petit eos quos apud te invenit; repetit eos quos per te perdidit. Non excrucietur damnis, sed potius laetetur lucris: acquirat filios quos non habuit, non plangat quos habuit. Oramus ad Deum, ut facias quod hortamur; et speramus de misericordia ejus, quod litteris sancti fratris et coepiscopi nostri Peregrini, et rescriptis Dilectionis tuae, cito de hac re gaudio explebitur cor nostrum, et lingua nostra exsultatione (Psal. CXXV, 2).

Pues es igual al Padre, pero esto también lo recibió del Padre; y no lo recibió de tal modo para ser igual como si antes hubiera sido desigual, sino que nació igual, y así como siempre ha nacido, así siempre es igual. No engendró, por tanto, a uno desigual y añadió la igualdad al ya nacido, sino que al engendrarla se la dio, porque engendró a uno igual, no a uno impar. Por eso, el ser igual a Dios en la forma de Dios no le fue rapiña (Filip. II, 6), sino naturaleza; puesto que lo recibió al nacer, no lo presumió por soberbia.

9. Pero por eso dice que el Padre es mayor, porque se anonadó a sí mismo tomando la forma de siervo, sin perder la de Dios: por la cual forma de siervo se hizo menor no solo que el Padre, sino también que sí mismo y que el Espíritu Santo; y no solo que esta excelentísima Trinidad, sino que también fue minorado un poco menos que los ángeles (Heb. II, 9); también fue menor que los hombres, cuando estuvo sujeto a sus padres (Lc. II, 51). Ciertamente por esta forma de siervo, que recibió anonadado al llegar la plenitud de los tiempos, dijo: El Padre es mayor que yo (Jn. XIV, 28). En cambio, por aquella forma que ni anonadado perdió, dijo: Yo y el Padre somos uno (Id. X, 30); a saber, hecho hombre y permaneciendo Dios: pues el hombre fue asumido por Dios, no Dios fue consumido en el hombre. Por eso, con mucha razón, el hombre Cristo es menor que el Padre, y el mismo Dios Cristo es igual al Padre.

10. Así pues, dado que nos alegramos de que te hayas asociado a esta recta y católica fe en nuestra presencia con gran exultación del pueblo de Dios, ¿por qué todavía estamos tristes por la desidia de los tuyos? Te suplicamos por la misericordia de Dios que, con su ayuda, quites este pesar de nuestros corazones. Pues no debe creerse que tu autoridad haya podido valer muchísimo para la perversidad de los tuyos y no valga nada para su corrección. ¿Acaso tal vez te desprecian porque has llegado a la participación de la Iglesia católica a esta edad, cuando más deberían admirarte y venerarte porque has vencido un error antiquísimo con una suerte de juventud senil? Lejos esté que se resistan a ti cuando dices la verdad, a quien habían consentido cuando te desviabas de la verdad; lejos esté que no quieran sentir rectamente contigo, con quien les deleitó errar. Tú solamente ora por ellos e ínstales. Más bien, tráelos contigo a la casa de Dios, a los que están contigo en tu casa; o no te pese venir con ellos a la casa de Dios, los que solían reunirse en tu casa; especialmente cuando la madre Católica pide a algunos de ti, y reclama a otros: pide a los que encontró en tu poder; reclama a los que perdió por medio de ti. No se atormente con las pérdidas, sino más bien alégrese con las ganancias: adquiera hijos que no tuvo, no llore a los que tuvo. Rogamos a Dios que hagas lo que exhortamos; y esperamos de su misericordia que por la carta de nuestro santo hermano y coepiscopo Peregrino, y por los escritos de tu Dilección, pronto nuestro corazón se llene de gozo por este asunto, y nuestra lengua de exultación (Sal. CXXV, 2).

Epistola CLXXI

Excusat formam superioris epistolae ad Maximum datae.

Domino beatissimo, et venerabiliter charissimo fratri et coepiscopo PEREGRINO, ALYPIUS et AUGUSTINUS, in Domino salutem.

Ad honorabilem fratrem nostrum Maximum litteras dedimus, credentes eum gratanter eas suscepturum: utrum tamen aliquid profecerimus, proxima occasione, quam reperire potueris, dignare rescribere. Sciat sane prolixas epistolas ad familiarissimos nostros, non solum laicos, verum etiam episcopos, sic quomodo ista scripta est, ad eos scribere nos solere, ut et cito scribantur, et charta teneatur commodius cum leguntur, ne forte istum morem nostrum nesciens, factam sibi arbitretur injuriam.

FRAGMENTUM EPISTOLAE HACTENUS INEDITAE AUGUSTINI AD MAXIMUM.

In Primasii super Apocalypsim Commentariis repertum, libro secundo ad haec verba: Hos septem quin etiam gradus . . . . idem doctor amplissimus Augustinus multis memorat: ad Maximum denique scribens dicit sic:

Praeceptis Dei, quae ut bene agamus accepimus vitam tuam moresque conformes, a religioso timore incipiens. Initium enim sapientiae timor Domini (Psal. CX, 10), ubi frangitur et debilitatur humana superbia. Deinde ut pietate mansuetus et mitis, etiam quae nondum intelligis, et quae imperitis videntur absurda sibique contraria in Scripturis sanctis, non oblucteris animosa contentione, nec superimponas sensum tuum sensibus divinorum Librorum; sed cedas potius, atque intellectum mitis differas, quam secretum immitis accuses. Tertio, cum tibi ad cognitionem tui aperiri coeperit infirmitas humana, et scieris ubi jaceas, quam penalia vincula mortalitatis de Adam propagatus tecum trahas, et quam longe peregrineris a Domino; atque perviderís aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuae, et captivum te ducentem in lege peccati, quae est in membris tuis; exclames, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Rom. VII, 24)? ut te lugentem consoletur, liberationem ipsam pollicens gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.

Carta CLXXI

Excusan la forma de la anterior carta enviada a Máximo.

Al beatísimo señor y hermano y coepiscopo venerablemente carísimo PEREGRINO, ALIPIO y AGUSTÍN, salud en el Señor.

Hemos enviado una carta a nuestro honorable hermano Máximo, creyendo que la recibirá con agrado: sin embargo, si hemos logrado algún provecho, dígnate escribirnos en la próxima ocasión que puedas encontrar. Sepa ciertamente que solemos escribir epístolas prolijas a nuestros más familiares, no solo laicos, sino también obispos, tal como ha sido escrita esta, para que se escriban pronto y el papel se sostenga más cómodamente cuando se leen, no sea que tal vez, ignorando esta costumbre nuestra, piense que se le ha hecho una injuria.

FRAGMENTO DE UNA EPÍSTOLA HASTA AHORA INÉDITA DE AGUSTÍN A MÁXIMO.

Encontrado en los Comentarios de Primasio sobre el Apocalipsis, en el libro segundo a estas palabras: Estos siete grados además . . . . el mismo doctor amplísimo Agustín menciona en muchos lugares: escribiendo finalmente a Máximo dice así:

Conforma tu vida y tus costumbres a los preceptos de Dios que recibimos para obrar bien, comenzando por el temor religioso. Pues el principio de la sabiduría es el temor del Señor (Sal. CX, 10), donde se quiebra y se debilita la soberbia humana. Después, para que seas manso y humilde por la piedad, incluso ante aquello que aún no comprendes y que a los inexpertos les parece absurdo y contradictorio en las Sagradas Escrituras, no luches con animosa contienda, ni superpongas tu sentido a los sentidos de los Libros divinos; sino cede más bien, y difiere el entendimiento siendo manso, antes que acusar lo secreto siendo rudo. En tercer lugar, cuando comience a abrirse ante ti para tu propio conocimiento la debilidad humana, y sepas dónde yaces, qué vínculos penales de mortalidad traes contigo propagados desde Adán, y cuán lejos peregrinas del Señor; y veas claramente otra ley en tus miembros que repugna a la ley de tu mente y que te lleva cautivo en la ley del pecado, la cual está en tus miembros; exclama: ¡Miserable de mí hombre!, ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte? (Rom. VII, 24); para que te consuele en tu llanto, prometiendo la liberación misma la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor.

Quarto, jam desidera te implere justitiam multo vehementius atque ferventius, quam a nequissimis hominibus voluptates carnis desiderari solent; nisi quod in spe adjutorii divini est in isto appetitu tranquillus ardor, et flamma securior. In isto autem quarto vitae gradu orationibus instanter incumbitur, ut esurientibus et sitientibus saturitas justitiae concedatur; ut non solum onerosum non sit, verum etiam delectet abstinere a voluptate omnis corruptionis, sive suae, sive alterius, vel obluctando. Quod ut facile divinitus tribuatur, quintus adjungitur, consilium exhibendae misericordiae, ut in eo quod potes adjuves inopem; quia in eo quod nondum potes, ab Omnipotente adjuvari cupis. Munus autem misericordiae geminum est; cum vindicta donatur, et cum humanitas exhibetur. Quae duo breviter Dominus ita complexus est: Dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis (Luc. VI, 37 et 38). Hoc autem opus etiam ad mundationem cordis valet, ut quantum in hac vita licet, incommutabilem Dei substantiam pura intelligentia cernere valeamus. Tenetur enim aliquid adversus nos, quod relaxandum est, ut acies nostra erumpat in lucem: unde ipse Dominus, Verum date, inquit, eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. XI, 41). Quapropter sexta consequitur cordis ipsa mundatio. Ut autem in lucem veram rectus et purus dirigatur aspectus, neque illa quae bene atque laudabiliter facimus, neque illa quae acute sagaciterque dispicimus, ad finem placendi hominibus, vel subveniendi necessitatibus corporis referenda sunt. Gratis enim se vult Deus coli; quia neque quidquam est propter quod ipse appetendus sit. Cum ad istam intelligentiae puritatem bonae vitae gradibus venerimus, sive tardius, sive celerius, tunc dicere audeamus, valere nos aliquantum mente contingere summae atque ineffabilis Trinitatis unitatem: ubi summa pax erit; quia ultra quod exspectetur non est, cum reformati ad sui generis imaginem filii Dei ex hominibus facti, paterna incommutabilitate perfruuntur. Primo enim, Beati pauperes spiritu; ubi timor Dei est. Deinde, Beati mites; ubi pietas docilis. Tertio, Beati lugentes; ubi scientia propriae infirmitatis. Quarto, Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam; ubi fortitudo conandi domitas habere libidines Quinto, Beati misericordes, quoniam ipsorum miserebitur; ubi consilium est adjuvandi, ut adjuvari merearis. Tunc ad sextum pervenitur gradum, in quo dicitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 3-8); ubi purus intellectus et habilis ad intelligendum quantulacumque ex parte Trinitatem cernere non potest, nisi et laudem humanam non appetamus, quamvis laudanda faciamus. Proinde septimo gradu pervenimus ad pacis illius tranquillitatem, quam dare non potest mundus.

En cuarto lugar, desea ya cumplir la justicia con mucha más vehemencia y fervor que el que suelen tener los hombres malvados por los placeres de la carne; excepto que en la esperanza del auxilio divino hay en ese apetito un ardor tranquilo y una llama más segura. En este cuarto grado de la vida se insiste con instancia en las oraciones, para que a los que tienen hambre y sed se les conceda la saciedad de la justicia; para que no solo no sea oneroso, sino que incluso deleite el abstenerse del placer de toda corrupción, sea la propia o la ajena, aun luchando. Para que esto se conceda fácilmente por vía divina, se añade el quinto, el consejo de mostrar misericordia, para que en aquello que puedes ayudes al necesitado; porque en aquello que aún no puedes, deseas ser ayudado por el Omnipotente. El don de la misericordia es doble: cuando se perdona la venganza y cuando se muestra humanidad. El Señor resumió brevemente estos dos así: Perdonad y seréis perdonados; dad y se os dará (Lc. VI, 37 y 38). Esta obra vale también para la purificación del corazón, para que, en cuanto es lícito en esta vida, podamos discernir la inconmutable substancia de Dios con pura inteligencia. Se retiene, en efecto, algo contra nosotros que debe ser relajado para que nuestra mirada irrumpa en la luz: de donde el mismo Señor dice: Dad limosna, y he aquí que todo está limpio para vosotros (Lc. XI, 41). Por lo cual sigue en sexto lugar la misma purificación del corazón. Pero para que el aspecto se dirija recto y puro hacia la luz verdadera, ni aquellas cosas que hacemos bien y laudablemente, ni aquellas que discernimos aguda y sagazmente, han de referirse al fin de complacer a los hombres o de socorrer las necesidades del cuerpo. Pues Dios quiere ser cultivado gratuitamente; porque tampoco hay nada por lo cual él mismo deba ser apetecido. Cuando hayamos llegado a esa pureza de inteligencia por los grados de la buena vida, sea más tarde o más temprano, entonces atrevámonos a decir que somos capaces de alcanzar con la mente, en alguna medida, la unidad de la suma e inefable Trinidad: donde habrá una paz suprema; porque no hay nada más allá de lo que se espere, cuando reformados a la imagen de su género los hijos de Dios hechos de hombres, disfrutan de la paterna inconmutabilidad. Pues primero: Bienaventurados los pobres de espíritu; donde está el temor de Dios. Después: Bienaventurados los mansos; donde está la piedad dócil. Tercero: Bienaventurados los que lloran; donde está la ciencia de la propia debilidad. Cuarto: Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia; donde está la fortaleza de intentar tener dominadas las pasiones. Quinto: Bienaventurados los misericordiosos, porque ellos alcanzarán misericordia; donde está el consejo de ayudar para que merezcas ser ayudado. Entonces se llega al sexto grado, en el cual se dice: Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios (Mt. V, 3-8); donde el intelecto puro y hábil para entender, aunque sea en pequeña parte, no puede discernir la Trinidad si no es que tampoco apetecemos la alabanza humana, aunque hagamos cosas laudables. Por tanto, en el séptimo grado llegamos a la tranquilidad de aquella paz que no puede dar el mundo.

Nam etiam illis virtutibus quatuor, quas memorabili pridem industria philosophi quoque indagare potuerunt, id est, prudentiae, fortitudini, temperantiae atque justitiae, si ad perfectum religionis cultum tria haec jungentes addamus, id est, fidem, spem et charitatem, septenarium profecto numerum invenimus. Recte enim haec tria non omittuntur, sine quibus nec Deum colere, nec ei quemquam novimus posse placere.

Epistola CLXXII

Hieronymus Augustino, laudans quidem illius duos libellos de Origine animae, ac de Sententia Jacobi; sed excusans cur non responderit.

Domino vere sancto, et omni mihi affectione venerabili papae AUGUSTINO, HIERONYMUS, in Christo salutem.

1. Virum honorabilem fratrem meum, filium Dignationis tuae, Orosium presbyterum, et sui merito, et te jubente suscepi. Sed incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut nostra studia cessarent, et, juxta Appium, canina exerceretur facundia. Itaque duobus libellis tuis, quos meo nomini dedicasti, eruditissimis et omni eloquentiae splendore fulgentibus, ad tempus respondere non potui: non quo quidquam in illis reprehendendum putem; sed quia juxta beatum Apostolum, «Unusquisque in suo sensu abundet; alius quidem sic, alius autem sic» (Rom. XIV, 5). Certe, quidquid dici potuit, et sublimi ingenio de Scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. Sed, quaeso Reverentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Caeterum aemuli, et maxime haeretici, si diversas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi autem decretum est te amare, te suspicere, colere, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere. Certe et in dialogo, quem nuper edidi (Lib. 3 adversus Pelagianos), tuae Beatitudinis, ut dignum fuerat, recordatus sum: magisque demus operam, ut perniciosissima haeresis de ecclesiis auferatur, quae semper simulat poenitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem; ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

2. Sanctae ac venerabiles filiae tuae Eustochium et Paula, et genere suo et exhortatione tua digne gradiuntur, specialiterque salutant Beatitudinem tuam; omnis quoque fraternitas quae nobiscum Domino Salvatori servire conatur. Sanctum presbyterum Firmum, anno praeterito, ob rem earum Ravennam, et inde Africam Siciliamque direximus, quem putamus jam in Africae partibus commorari. Sanctos tuo adhaerentes lateri, ut meo obsequio salutes, precor. Litteras quoque meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi; quae si ad te venerint, ei dirigere non graveris.

Pues incluso en aquellas cuatro virtudes que hace tiempo los filósofos pudieron indagar con memorable industria, esto es, la prudencia, la fortaleza, la templanza y la justicia, si para el perfecto culto de la religión añadimos uniendo estas tres, esto es, la fe, la esperanza y la caridad, encontramos ciertamente el número septenario. Rectamente, en efecto, no se omiten estas tres, sin las cuales sabemos que ni se puede dar culto a Dios, ni nadie puede complacerle.

Carta CLXXII

Jerónimo a Agustín, alabando ciertamente sus dos libritos sobre el Origen del alma y sobre la Sentencia de Santiago; pero excusándose por no haber respondido.

Al señor verdaderamente santo y para mí con todo afecto venerable papa AGUSTÍN, JERÓNIMO, salud en Cristo.

1. He recibido al hombre honorable hermano mío, hijo de tu Dignación, el presbítero Orosio, tanto por su mérito como por tu mandato. Pero sobrevino un tiempo dificilísimo, cuando me fue mejor callar que hablar, de modo que nuestros estudios cesaron y, según Apio, se ejercitó una elocuencia canina. Por tanto, no he podido responder a tiempo a tus dos libritos, que dedicaste a mi nombre, eruditísimos y brillantes con todo el esplendor de la elocuencia: no porque piense que hay algo que reprender en ellos; sino porque según el bienaventurado Apóstol, «Cada uno abunde en su propio sentido; uno ciertamente así, otro en cambio de otro modo» (Rom. XIV, 5). Ciertamente, todo lo que pudo decirse y extraerse con sublime ingenio de las fuentes de las Sagradas Escrituras, ha sido puesto y disertado por ti. Pero ruego a tu Reverencia que permitas por un poco que alabe tu ingenio. Pues nosotros disertamos entre nosotros por causa de la instrucción. Por lo demás, los rivales, y especialmente los herejes, si vieren sentencias diversas entre nosotros, calumniarán diciendo que descienden del rencor del ánimo. Para mí, en cambio, está decretado amarte, respetarte, cultivarte, admirarte y defender tus dichos como si fueran míos. Ciertamente también en el diálogo que edité recientemente (Libro 3 contra los Pelagianos), hice mención de tu Beatitud, como era digno: y pongamos más empeño para que la peligrosísima herejía sea quitada de las iglesias, la cual siempre simula penitencia para tener facultad de enseñar en las iglesias; no sea que, si se manifiesta a la luz abierta, muera expulsada fuera.

2. Tus santas y venerables hijas Eustoquio y Paula caminan dignamente tanto por su linaje como por tu exhortación, y saludan especialmente a tu Beatitud; también toda la fraternidad que con nosotros intenta servir al Señor Salvador. Al santo presbítero Firmo lo enviamos el año pasado a Rávena por sus asuntos, y de allí a África y Sicilia; pensamos que ya está demorando en las partes de África. Ruego que saludes de mi parte a los santos que se adhieren a tu lado. También he dirigido mis cartas al santo presbítero Firmo; si llegaren a ti, no te pesará enviárselas.

Incolumem te, et mei memorem, Christus Dominus custodiat, domine vere sancte, et beatissime papa. Et subter : Grandem latini sermonis in ista provincia notariorum patimur penuriam; et idcirco praeceptis tuis parere non possumus, maxime in editione Septuaginta, quae asteriscis verubusque dictincta est: pleraque enim prioris laboris, fraude cujusdam amisimus.

EPISTOLA CLXXIII Augustinus Donato, villae Mutugennae in dioecesi Hipponensi presbytero donatistae, qui jussus comprehendi et adduci ad ecclesiam, conatus est sibi vim inferre, suadet ut re sobrie perpensa resipiscat, docens pravam voluntatem recte cogi ad meliora.

Donato presbytero partis Donati, AUGUSTINUS episcopus Ecclesiae catholicae.

1. Si posses videre dolorem cordis mei, et sollicitudinem pro salute tua, fortassis misereris animae tuae, placens Deo (Eccli. XXX, 24) in audiendo verbo, non nostro, sed ipsius; nec ejus Scripturas sic in memoria tua figeres, ut contra eas cor clauderes. Displicet tibi quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeritis. Quid enim voluimus, nisi te comprehendi, et praesentari, et servari ne pereas? Quod autem in corpore laesus es, ipse tibi fecisisti, qui jumento tibi mox admoto uti noluisti, et te ad terram graviter collisisti: nam utique alius qui adductus est tecum, collega tuus illaesus venit, qui talia sibi ipse non fecit.

2. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid Apostolus dixerit, Qui episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit (I Tim. III, 1); et tamen tam multi ut episcopatum suscipiant tenentur inviti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quae nolunt, donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni: quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis, et deducendi ad veritatem vel cognoscendam vel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis! Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito malae voluntatis, nec liberari nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur, malae suae voluntati impune et crudeliter permittendi sunt; sed ubi potestas datur, et a malo prohibendi, et ad bonum cogendi.

Que Cristo el Señor te guarde incólume y con memoria de mí, señor verdaderamente santo y beatísimo papa. Y debajo: Padecemos una gran penuria de notarios de lengua latina en esta provincia; y por ello no podemos obedecer a tus preceptos, especialmente en la edición de la Septuaginta, la cual está distinguida con asteriscos y óbelos: pues hemos perdido gran parte del trabajo anterior por el fraude de alguien.

CARTA CLXXIII Agustín a Donato, presbítero donatista de la villa de Mutugenna en la diócesis de Hipona, quien habiendo sido mandado prender y conducir a la iglesia, intentó hacerse violencia a sí mismo; le persuade para que, pesada la cosa sobriamente, se arrepienta, enseñando que la voluntad perversa es rectamente obligada a lo mejor.

A Donato, presbítero de la parte de Donato, AGUSTÍN obispo de la Iglesia católica.

1. Si pudieras ver el dolor de mi corazón y la solicitud por tu salvación, tal vez tendrías misericordia de tu alma, agradando a Dios (Eclo. XXX, 24) al oír la palabra, no nuestra, sino de él mismo; ni fijarías de tal modo sus Escrituras en tu memoria que cerraras el corazón contra ellas. Te disgusta que seas arrastrado a la salvación, cuando vosotros habéis arrastrado a tantos de los nuestros a la perdición. ¿Qué hemos querido, sino que seas prendido, y presentado, y guardado para que no perezcas? En cuanto a que fuiste herido en el cuerpo, tú mismo te lo hiciste a ti mismo, pues no quisiste usar el jumento que pronto se te acercó, y te golpeaste fuertemente contra la tierra: pues ciertamente el otro que fue conducido contigo, tu colega, vino ileso, porque no se hizo tales cosas a sí mismo.

2. Pero tampoco piensas que esto debió hacérsete a ti, porque estimas que nadie debe ser obligado al bien. Atiende a lo que dijo el Apóstol: El que desea el episcopado, buena obra desea (I Tim. III, 1); y, sin embargo, tantos son retenidos contra su voluntad para que reciban el episcopado, son conducidos, encerrados, custodiados, padecen tantas cosas que no quieren, hasta que les asiste la voluntad de recibir la buena obra: ¡cuánto más vosotros debéis ser arrastrados desde el error pernicioso, en el cual sois vuestros propios enemigos, y ser conducidos a la verdad, sea para conocerla o para elegirla, no solo para que tengáis el honor saludablemente, sino también para que no perezcáis pésimamente! Dices que Dios dio el libre albedrío; por eso no debe obligarse al hombre ni siquiera al bien. ¿Por qué, entonces, aquellos de quienes hablé arriba son obligados al bien? Atiende, pues, a lo que no quieres considerar. Por eso se concede misericordiosamente la buena voluntad, para que se enderece la mala voluntad del hombre. Pues, ¿quién no sabe que el hombre ni es condenado sino por mérito de la mala voluntad, ni es librado si no tiene buena voluntad? No obstante, no por eso quienes son amados han de ser abandonados impune y cruelmente a su mala voluntad; sino donde se da la potestad, tanto de prohibir el mal como de obligar al bien.

3. Nam si voluntas mala semper suae permittenda est libertati; quare Israelitae recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, et ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala semper suae permittenda est libertati; quare Paulus non est permissus uti pessima voluntate qua persequebatur Ecclesiam, sed prostratus est ut excaecaretur, et excaecatus est ut mutaretur, mutatus ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suae permittenda est libertati; quare monetur pater in Scripturis sanctis, filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera ejus tundere, ut ad bonam disciplinam coactus et domitus dirigatur (Eccli. XXX, 12)? Unde idem dicit: Tu quidem percutis eum virga; animam autem ejus liberas a morte (Prov. XXIII, 14). Si mala voluntas semper suae permittenda est libertati; quare corripiuntur negligentes pastores, et dicitur eis: Errantem ovem non revocastis, perditam non requisistis (Ezech. XXXIV, 4)? Et vos oves Christi estis, characterem dominicum portatis in Sacramento quod accepistis; sed erratis et peritis. Non ideo vobis displiceamus, quia revocamus errantes, et quaerimus perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini monentis ut vos ad ejus ovile redire cogamus, quam consentimus voluntati ovium errantium, ut perire vos permittamus. Noli ergo jam dicere quod te assidue audio dicere: Sic volo errare, sic volo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus, quantum possumus.

4. Modo quod te in puteum, ut morereris, misisti, utique libera voluntate fecisti. Sed quam crudeles essent servi Dei, si huic malae tuae voluntati te permitterent, et non te de illa morte liberarent! quis eos non merito culparet? quis non impios recte judicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti ut morereris; illi te nolentem de aqua levaverunt, ne morereris: tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam; illi contra voluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus, ab eis qui eos diligunt, servetur; quanto magis illa spiritualis, in cujus desertione mors aeterna metuitur! Quanquam in ista morte quam tibi tu ipse inferre voluisti, non solum ad tempus, sed etiam in aeternum morereris; quia etsi non ad salutem, non ad Ecclesiae pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam et individuam charitatem, sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti.

5. Considera Scripturas divinas, et discute quantum potes, et vide utrum hoc fecerit aliquis aliquando justorum atque fidelium, cum ab eis tanta mala perpessi sint, qui eos ad aeternum interitum, non ad vitam aeternam, quo tu compelleris, adigebant.

3. Pues si la mala voluntad siempre ha de ser permitida a su libertad, ¿por qué los israelitas recusantes y murmurantes era prohibidos del mal con tan duros flagelos y eran compelidos a la tierra de promisión? Si la mala voluntad siempre ha de ser permitida a su libertad, ¿por qué a Pablo no se le permitió usar la pésima voluntad con que perseguía a la Iglesia, sino que fue postrado para que fuera cegado, y fue cegado para que fuera cambiado, cambiado para que fuera enviado, y enviado para que padeciera por la verdad cosas tales como las que había hecho en el error? Si la mala voluntad siempre ha de ser permitida a su libertad, ¿por qué se advierte al padre en las Sagradas Escrituras que corrija al hijo duro no solo con palabras, sino también golpeando sus costados, para que obligado y domado sea dirigido a la buena disciplina (Eclo. XXX, 12)? De donde el mismo dice: Tú ciertamente lo golpeas con la vara, pero libras su alma de la muerte (Prov. XXIII, 14). Si la mala voluntad siempre ha de ser permitida a su libertad, ¿por qué son reprendidos los pastores negligentes, y se les dice: A la oveja errante no la revocasteis, a la perdida no la buscasteis (Ez. XXXIV, 4)? Y vosotros sois ovejas de Cristo, portáis el carácter dominical en el Sacramento que habéis recibido; pero erráis y perecéis. No por eso os disgustemos, porque revocamos a los errantes y buscamos a los perdidos. Pues mejor cumplimos nosotros la voluntad del Señor que nos advierte que os obliguemos a volver a su redil, que si consentimos a la voluntad de las ovejas errantes para permitir que perezcáis. No digas, pues, ya lo que asiduamente te oigo decir: «Así quiero errar, así quiero perecer». Pues mejor es que nosotros no permitamos esto de ningún modo, en cuanto podemos.

4. Ahora, el hecho de que te lanzaste al pozo para morir, ciertamente lo hiciste por libre voluntad. ¡Pero cuán crueles serían los siervos de Dios si te permitieran esta mala voluntad tuya y no te libraran de aquella muerte! ¿quién no los culparía con razón? ¿quién no los juzgaría rectamente como impíos? Y sin embargo, tú queriendo te lanzaste al agua para morir; ellos, no queriendo tú, te levantaron del agua para que no murieras: tú hiciste según tu voluntad, pero para tu perdición; ellos contra tu voluntad, pero por tu salvación. Si, pues, esa salud corporal ha de ser custodiada de tal modo que se preserve incluso en los que no quieren, por parte de quienes los aman, ¡cuánto más aquella espiritual, en cuyo abandono se teme la muerte eterna! Aunque en esa muerte que tú mismo quisiste inferirte, no solo morirías por un tiempo, sino también para siempre; porque aunque fueras obligado no a la salvación, no a la paz de la Iglesia, no a la unidad del cuerpo de Cristo, no a la santa e indivisa caridad, sino a algunos males, ni aun así debiste inferirte la muerte a ti mismo.

5. Considera las divinas Escrituras y discute cuanto puedas, y mira si esto lo hizo alguna vez alguno de los justos y fieles, cuando padecieron tantos males de parte de quienes los empujaban a la perdición eterna, no a la vida eterna a la que tú eres compelido.

Audivi quod dixeris apostolum Paulum significasse hoc fieri debere, ubi ait, Etsi tradidero corpus meum ut ardeam (I Cor. XIII, 3); quia videlicet omnia bona dicebat, quae sine charitate nihil prosunt, sicut sunt linguae hominum et Angelorum, et omnia sacramenta, et omnis scientia, et omnis prophetia, et omnis fides ita ut montes transferantur, et rerum suarum distributio pauperibus ; ideo videtur tibi etiam hoc inter bona numerasse, ut sibi quisque inferat mortem. Sed attende diligenter et agnosce quemadmodum dicat Scriptura, quod tradat quisque suum corpus ut ardeam. Non utique ut ipse se in ignem mittat, quando persequentem patitur inimicum; sed quando ei proponitur ut aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiatur, eligat non facere mala quam non pati mala: atque ita corpus suum tradat in potestatem interfectoris, sicut tres illi viri fecerunt qui auream statuam cogebantur adorare, et nisi facerent, minabatur eis ille qui cogebat, caminum ignis ardentem. Idolum adorare noluerunt; non ipsi se in ignem miserunt: et tamen etiam de illis sic scriptum est, quod tradiderunt corpora sua, ut neque servirent, neque adorarent ullum deum, sed Deum suum (Dan. III, 14-95). Ecce quomodo dixit Apostolus, Si tradidero corpus meum ut ardeam.

6. Quod autem sequitur, vide: Si charitatem non habeam, nihil mihi prodest. Ad istam charitatem vocaris, ab ista charitate perire non sineris; et putas tibi aliquid prodesse, si te ipse praecipites in interitum, cum tibi nihil prodesset, etiamsi alter te occideret charitatis inimicum! Foris autem ab Ecclesia constitutus, et separatus a compage unitatis et vinculo charitatis, aeterno supplicio punireris, etiamsi pro Christi nomine vivus incendereris: hoc est enim quod ait Apostolus, Etsi tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Revoca ergo animum ad sanam considerationem, et sobriam cogitationem; attende diligenter utrum ad errorem et impietatem voceris, et patere pro veritate quaslibet molestias. Si autem tu potius in errore atque in impietate versaris, quo autem vocaris ibi est veritas et pietas, quia ibi est christiana unitas et sancti Spiritus charitas; quid adhuc tibi esse conaris inimicus?

7. Ideo praestitit misericordia Dei ut et nos et episcopi vestri tam frequenti numeroso que conventu Carthaginem veniremus, atque inter nos de ipsa dissensione ordinatissime conferremus. Gesta conscripta sunt, nostrae etiam subscriptiones tenentur; lege, vel patere ut tibi legantur, et tunc elige quod volueris. Audivi quod dixeris posse te nobiscum de ipsis Gestis aliquid agere, si omittamus verba episcoporum vestrorum, ubi dixerunt, Nec causa causae, nec persona personae praejudicat. Haec verba vis omittamus, ubi per eos nescientes veritas ipsa locuta est.

He oído que has dicho que el apóstol Pablo significó que esto debe hacerse donde dice: Aunque entregue mi cuerpo para ser quemado (I Cor. XIII, 3); porque evidentemente mencionaba todas las cosas buenas que sin caridad de nada sirven, como son las lenguas de los hombres y de los ángeles, y todos los sacramentos, y toda la ciencia, y toda profecía, y toda la fe de modo que se trasladen los montes, y la distribución de los propios bienes a los pobres; por eso te parece que también contó esto entre los bienes: el que cada uno se infiera la muerte. Pero atiende diligentemente y reconoce de qué modo dice la Escritura que cada uno entregue su cuerpo para ser quemado. No ciertamente para que él mismo se lance al fuego cuando padece al enemigo que lo persigue; sino para que, cuando se le propone o bien hacer algo malo o bien padecer algo malo, elija no hacer males antes que no padecer males: y así entregue su cuerpo a la potestad del que lo mata, como hicieron aquellos tres varones que eran obligados a adorar la estatua de oro, y si no lo hacían, les amenazaba aquel que los obligaba con el camino de fuego ardiente. No quisieron adorar al ídolo; no se lanzaron ellos mismos al fuego: y sin embargo, también de ellos está escrito así: que entregaron sus cuerpos para no servir ni adorar a ningún dios, sino a su Dios (Dan. III, 14-95). He ahí cómo dijo el Apóstol: Si entregare mi cuerpo para ser quemado.

6. Mira lo que sigue: Si no tengo caridad, de nada me sirve. A esa caridad eres llamado, por esa caridad no se permite que perezcas; ¡y piensas que te sirve de algo si tú mismo te precipitas en la perdición, cuando de nada te serviría aunque otro te matara siendo tú enemigo de la caridad! Constituido fuera de la Iglesia y separado de la trabazón de la unidad y del vínculo de la caridad, serías castigado con suplicio eterno, aunque fueras quemado vivo por el nombre de Cristo: esto es, en efecto, lo que dice el Apóstol: Aunque entregue mi cuerpo para ser quemado, si no tengo caridad, de nada me sirve. Vuelve, pues, tu alma a la sana consideración y al pensamiento sobrio; atiende diligentemente si eres llamado al error y a la impiedad, y padece por la verdad cualquier molestia. Si, por el contrario, tú estás más bien en el error y en la impiedad, mientras que a donde eres llamado allí está la verdad y la piedad, porque allí está la unidad cristiana y la caridad del Espíritu Santo; ¿por qué todavía te esfuerzas por ser enemigo de ti mismo?

7. Por eso dispuso la misericordia de Dios que tanto nosotros como vuestros obispos viniéramos a Cartago en una asamblea tan frecuente y numerosa, y confiriéramos entre nosotros sobre esa misma disensión con el mayor orden. Las actas han sido redactadas, también se conservan nuestras firmas; lee, o permite que se te lean, y entonces elige lo que quieras. He oído que has dicho que podrías tratar con nosotros algo sobre esas mismas Actas, si omitimos las palabras de vuestros obispos donde dijeron: Ni la causa prejuzga a la causa, ni la persona a la persona. Quieres que omitamos estas palabras, donde por medio de ellos, sin saberlo, habló la verdad misma.

Sed tu dicturus es hic eos errasse, et in falsam sententiam incautius cecidisse. Nos autem dicimus hoc eos verum dixisse, et hoc per teipsum facillime probamus. Si enim episcopi vestri electi ab universa parte Donati, qui causam omnium sustinerent, et si quid egissent gratum et acceptum caeteri haberent, tamen in eo quod illos temere et non recte dixisse arbitraris, non vis ut tibi praejudicent; verum ergo dixerunt, quia nec causa causae, nec persona personae praejudicat. Et ibi debes agnoscere, quia si persona tot episcoporum tuorum in illis septem constitutorum non vis ut praejudicet personae Donati Mutugennensis presbyteri, quanto minus non debet praejudicare Caeciliani persona, etiamsi mali aliquid in illo esset inventum, universae unitati Christi, quae non in una villa Mutugenna concluditur, sed toto terrarum orbe diffunditur?

8. Sed ecce facimus quod voluisti; sic tecum agimus, ac si non dixerint vestri, Nec causa causae, nec persona personae praejudicat. Tu inveni quid illi dicere debuerint, cum eis objecta esset causa et persona Primiani, qui damnatores suos et damnavit cum caeteris, et damnatos ac detestatos in suos rursus honores suscepit, et baptismum quem mortui dederant (quia de ipsis in illa praeclara sententia dictum erat quod mortuorum funeribus plena sint littora [In Bagaitano concilio]), agnoscere potius et acceptare, quam exsufflare et rescindere maluit, totumque dissolvit quod male intelligentes dicere soletis, Qui baptizatur a mortuo, quid ei prodest lavacrum ejus (Eccli. XXXIV, 30)? Si ergo non dicerent, Nec causa causae, nec persona personae praejudicat, rei tenerentur in causa Primiani: cum autem hoc dixerunt, immunem fecerunt Ecclesiam catholicam, sicut nos asserebamus, a causa Caeciliani.

9. Sed caetera lege, caetera discute. Vide utrum in ipsum Caecilianum, de cujus persona praejudicare conabantur Ecclesiae, aliquid mali probare potuerint. Vide utrum non potius etiam pro illo multa egerint, et pluribus lectionibus, quas contra se protulerunt et recitaverunt, causam ejus bonam omnino firmaverint. Lege ista, vel legantur tibi. Considera omnia, retracta diligenter, et elige quid sequaris: utrum nobiscum in Christi pace, in Ecclesiae catholicae unitate, in fraterna charitate gaudere; an pro nefaria dissensione, pro Donati parte, pro sacrilega divisione, importunitatem nostrae circa te dilectionis diutius sustinere.

10. Attendis enim et saepe repetis, sicut audio, quod in Evangelio scriptum est recessisse a Domino septuaginta discipulos, et arbitrio suae malae atque impiae discessionis fuisse permissos, caeterisque duodecim qui remanserant, fuisse responsum, Numquid et vos vultis ire (Joan. VI, 68)?

Pero tú dirás que aquí ellos erraron y cayeron incautamente en una falsa sentencia. Nosotros, en cambio, decimos que esto lo dijeron con verdad, y esto lo probamos facilísimamente por ti mismo. Pues si vuestros obispos, elegidos por toda la parte de Donato para sostener la causa de todos, y si hubieran hecho algo, los demás lo tendrían por grato y acepto, sin embargo, en aquello que piensas que dijeron temerariamente y no con rectitud, no quieres que te prejuzguen; con verdad, pues, dijeron que ni la causa prejuzga a la causa, ni la persona a la persona. Y allí debes reconocer que, si no quieres que la persona de tantos obispos tuyos constituidos en aquellos siete prejuzgue a la persona de Donato, presbítero mutugennense, ¿cuánto menos debe la persona de Ceciliano, aunque se hubiera encontrado algo malo en él, prejuzgar a la unidad universal de Cristo, la cual no se encierra en una sola villa de Mutugenna, sino que se difunde por todo el orbe de la tierra?

8. Pero he aquí que hacemos lo que quisiste; de tal modo tratamos contigo como si no hubieran dicho los vuestros: Ni la causa prejuzga a la causa, ni la persona a la persona. Tú encuentra qué debieron decir ellos cuando se les objetó la causa y la persona de Primiano, quien tanto condenó a sus propios condenadores con los demás, como recibió de nuevo en sus honores a los condenados y detestados, y prefirió reconocer y aceptar, antes que soplar y rescindir, el bautismo que los muertos habían dado (porque de ellos se había dicho en aquella preclara sentencia que las costas están llenas de los funerales de los muertos [En el concilio Bagaitano]), y disolvió todo lo que vosotros, entendiendo mal, soléis decir: El que se bautiza por un muerto, ¿qué le aprovecha su lavatorio? (Ecli. XXXIV, 30). Si, pues, no hubieran dicho: Ni la causa prejuzga a la causa, ni la persona a la persona, serían tenidos por culpables en la causa de Primiano; pero cuando dijeron esto, hicieron inmune a la Iglesia católica, como nosotros asertábamos, de la causa de Ceciliano.

9. Pero lee lo demás, discute lo demás. Mira si contra el mismo Ceciliano, de cuya persona intentaban prejuzgar a la Iglesia, pudieron probar algo malo. Mira si no hicieron más bien muchas cosas incluso por él, y con las muchas lecturas que presentaron y recitaron contra sí mismos, confirmaron del todo su buena causa. Lee eso, o que se te lea. Considera todo, retráctalo diligentemente y elige qué has de seguir: si alegrarte con nosotros en la paz de Cristo, en la unidad de la Iglesia católica, en la caridad fraterna; o, por una nefaria disensión, por la parte de Donato, por una sacrílega división, sostener por más tiempo la importunidad de nuestra dilección hacia ti.

10. Pues atiendes y repites a menudo, según oigo, lo que está escrito en el Evangelio: que se retiraron del Señor setenta discípulos, y fueron dejados al arbitrio de su mala e impía secesión, y a los otros doce que habían permanecido se les respondió: ¿Acaso también vosotros queréis iros? (Jn VI, 68).

Et non attendis quia tunc primum Ecclesia novello germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa prophetia, Et adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient illi (Psal. LXXI, 11): quod utique quanto magis impletur, tanto majore utitur Ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare volebat, qui quamvis haberet magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc et in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, ubi misit ad invitatos, et venire noluerunt, et ait servo: Exi in plateas et vicos civitatis, et pauperes, et debiles, et caecos, et claudos introduc huc. Et ait servus domino, Factum est ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait dominus servo, Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea (Luc. XIV, 21-23). Vide nunc quemadmodum de his qui prius venerunt, dictum est, Introduc huc; non dictum est, compelle: ita significata sunt Ecclesiae primordia ad hoc crescentis, ut essent vires etiam compellendi. Proinde, quia oportebat ejus jam viribus et magnitudine roborata etiam compelli homines ad convivium salutis aeternae, posteaquam dictum est, Factum est quod jussisti, et adhuc est locus; Exi, inquit, in vias et sepes, et compelle intrare. Quapropter si ambularetis quieti extra hoc convivium salutis aeternae et sanctae unitatis Ecclesiae, tanquam in viis vos inveniremus; nunc vero quia per multa mala et saeva quae in nostros committitis, tanquam spinis et asperitate pleni estis, vos tanquam in sepibus invenimus, et intrare compellimus. Qui compellitur, quo non vult cogitur; sed cum intraverit, jam volens pascitur. Cohibe itaque tam iniquum et impacatum animum, ut in vera Ecclesia Christi invenias salutare convivium.

Epistola CLXXIV.

Augustinus Aurelio Carthaginensi episcopo, transmittens libros de Trinitate, absolutos demum secundum ipsius Aurelii aliorumque desiderium, et emendatos.

Domino beatissimo, et sincerissima charitate venerando, sancto fratri et consacerdoti papae AURELIO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

De Trinitate, quae Deus summus et verus est, libros juvenis inchoavi, senex edidi. Omiseram quippe hoc opus, posteaquam comperi praereptos mihi esse sive subreptos antequam eos absolverem, et retractatos, ut mea dispositio fuerat, expolirem. Non enim singillatim, sed omnes simul edere ea ratione decreveram, quoniam praecedentibus consequentes inquisitione proficiente nectuntur.

Y no atiendes a que entonces la Iglesia brotaba apenas con un nuevo germen, y aún no se había cumplido en ella aquella profecía: Y lo adorarán todos los reyes de la tierra; todas las naciones le servirán (Sal. LXXI, 11): lo cual, ciertamente, cuanto más se cumple, tanto mayor potestad usa la Iglesia, de modo que no solo invita, sino que también compele al bien. Esto quiso significar entonces el Señor, quien aunque tenía gran potestad, prefirió sin embargo encomendar primero la humildad. Esto mismo mostró con bastante evidencia en aquella similitud del convite, donde envió a los invitados y no quisieron venir, y dijo al siervo: Sal a las plazas y calles de la ciudad, e introduce aquí a los pobres, a los débiles, a los ciegos y a los cojos. Y dijo el siervo al señor: Se ha hecho como mandaste, y aún hay lugar. Y dijo el señor al siervo: Sal a los caminos y cercados, y compele a entrar, para que se llene mi casa (Lc XIV, 21-23). Mira ahora cómo de aquellos que primero vinieron se dijo: Introduce aquí; no se dijo: compele: así fueron significados los primordios de la Iglesia que crecía para esto, para que hubiera fuerzas incluso para compeler. Por tanto, porque convenía que, ya robustecida por sus fuerzas y magnitud, también se compeliera a los hombres al convite de la salvación eterna, después que se dijo: Se ha hecho lo que mandaste, y aún hay lugar; Sal, dijo, a los caminos y cercados, y compele a entrar. Por lo cual, si caminarais quietos fuera de este convite de la salvación eterna y de la santa unidad de la Iglesia, os encontraríamos como en los caminos; pero ahora, porque por los muchos males y crueldades que cometéis contra los nuestros estáis llenos como de espinas y asperezas, os encontramos como en los cercados y os compelemo a entrar. El que es compelido es forzado a donde no quiere; pero cuando ha entrado, ya se alimenta queriendo. Refrena, pues, un ánimo tan inicuo y desasosegado, para que en la verdadera Iglesia de Cristo encuentres el convite saludable.

Carta CLXXIV.

Agustín al obispo Aurelio de Cartago, enviándole los libros sobre la Trinidad, terminados al fin según el deseo del mismo Aurelio y de otros, y corregidos.

Al señor beatísimo y de sincerísima caridad venerable, santo hermano y copresbítero papa AURELIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

Sobre la Trinidad, que es el sumo y verdadero Dios, comencé los libros siendo joven y los publiqué siendo anciano. Pues había omitido esta obra después de que supe que me habían sido arrebatados o sustraídos antes de que los terminara y los puliera con correcciones, como había sido mi disposición. Pues había decretado publicar todos a la vez y no uno por uno, ya que los siguientes se entrelazan con los precedentes a medida que progresa la investigación.

Cum ergo per eos homines (quia priusquam vellem, ad quosdam illorum pervenire potuerunt) dispositio mea nequivisset impleri, interruptam dictationem reliqueram, cogitans hoc ipsum in aliquibus meis scriptis conqueri, ut scirent, qui possent, non a me fuisse eosdem libros editos, sed ablatos priusquam mihi editione mea digni viderentur. Verum multorum fratrum vehementissima postulatione, et maxime tua jussione compulsus, opus tam laboriosum, adjuvante Domino terminare curavi; eosque emendatos non ut volui, sed ut potui, ne ab illis qui subrepti jam in manus hominum exierant, plurimum discreparent, Venerationi tuae per filium nostrum condiaconum charissimum misi, et cuicumque audiendos, describendos, legendosque permisi: in quibus si servari mea dispositio potuisset, essent profecto, etsi easdem sententias habentes, multo tamen enodatiores atque planiores, quantum rerum tantarum explicandarum difficultas et facultas nostra pateretur. Sunt autem qui primos quatuor vel potius quinque etiam sine prooemiis habent, et duodecimum sine extrema parte non parva: sed si eis haec editio potuerit innotescere, omnia si voluerint et valuerint, emendabunt. Peto sane ut hanc epistolam, seorsum quidem, sed tamen ad caput eorumdem librorum jubeas anteponi. Vale. Ora pro me.

Epistola CLXXV.

Patres concilii Carthaginensis, Innocentio pontifici Romano, de actis adversus Pelagium et Celestium.

Domino beatissimo et honorandissimo, sancto fratri INNOCENTIO, AURELIUS, NUMIDIUS, RUSTICIANUS, FIDENTIANUS, EVAGRIUS , ANTONIUS , PALATINUS, ADEODATUS, VINCENTIUS, PUBLIANUS , THEASIUS, TUTUS, PANNONIUS , VICTOR, RESTITUTUS, RUSTICUS, FORTUNATIANUS, alius RESTITUTUS, AMPELIUS, AMBIVIUS , FELIX, DONATIANUS, ADEODATUS, OCTAVIUS, SEROTINUS, MAJORINUS, POSTHUMIANUS , CRISPULUS , VICTOR, alius VICTOR, LEUCIUS , MARIANUS, FRUCTUOSUS, FAUSTINIANUS, QUODVULTDEUS, CANDORIUS, MAXIMUS, MEGASIUS, RUSTICUS, RUFINIANUS, PROCULUS, SEVERUS, THOMAS , JANUARIUS, OCTAVIANUS, PRAETEXTATUS, SIXTUS , QUODVULTDEUS, PENTHADIUS, QUODVULDEUS, CYPRIANUS, SERVILIUS, PELAGIANUS , MARCELLUS, VENANTIUS, DIDYMUS, SATURNINUS, BIZACENUS , GERMANUS, GERMANIANUS, INVENTIUS, MAJORINUS, INVENTIUS , CANDIDUS, CYPRIANUS, AEMILIANUS, ROMANUS, AFRICANUS, MARCELLINUS, et caeteri qui in concilio ecclesiae Carthaginensis adfuimus.

Por tanto, cuando por obra de aquellos hombres (porque antes de que yo quisiera pudieron llegar a manos de algunos de ellos) mi disposición no pudo cumplirse, había dejado interrumpida la tarea de dictar, pensando quejarme de esto mismo en algunos de mis escritos, para que supieran quienes pudieran que no habían sido publicados por mí esos mismos libros, sino arrebatados antes de que me parecieran dignos de mi edición. Pero compelido por la vehementísima postulación de muchos hermanos, y sobre todo por tu mandato, cuidé de terminar una obra tan laboriosa, ayudando el Señor; y los envié corregidos no como quise, sino como pude, para que no discreparan demasiado de aquellos que, ya sustraídos, habían salido a manos de los hombres, a tu Veneración por medio de nuestro hijo el queridísimo condiacono, y permití que fueran oídos, copiados y leídos por cualquiera: en los cuales, si se hubiera podido guardar mi disposición, serían ciertamente, aun teniendo las mismas sentencias, mucho más desatados y claros, cuanto permitiera la dificultad de explicar cosas tan grandes y nuestra facultad. Hay, sin embargo, quienes tienen los primeros cuatro o más bien cinco incluso sin los proemios, y el duodécimo sin una parte final no pequeña: pero si esta edición puede llegar a su conocimiento, corregirán todo si quieren y pueden. Pido ciertamente que mandes anteponer esta epístola, separadamente por cierto, pero a la cabeza de los mismos libros. Vale. Ruega por mí.

Carta CLXXV.

Los Padres del concilio de Cartago al pontífice romano Inocencio, sobre las actas contra Pelagio y Celestio.

Al señor beatísimo y honorandísimo, santo hermano INOCENCIO: AURELIO, NUMIDIO, RUSTICIANO, FIDENTIANO, EVAGRIO, ANTONIO, PALATINO, ADEODATO, VICENTE, PUBLIANO, TEASIO, TUTO, PANONIO, VÍCTOR, RESTITUTO, RÚSTICO, FORTUNACIANO, otro RESTITUTO, AMPELIO, AMBIVIO, FÉLIX, DONACIANO, ADEODATO, OCTAVIO, SEROTINO, MAYORINO, POSTUMIANO, CRÍSPULO, VÍCTOR, otro VÍCTOR, LEUCIO, MARIANO, FRUCTUOSO, FAUSTINIANO, QUODVULTDEUS, CANDORIO, MÁXIMO, MEGASIO, RÚSTICO, RUFINIANO, PRÓCULO, SEVERO, TOMÁS, JANUARIO, OCTAVIANO, PRETEXTATO, SIXTO, QUODVULTDEUS, PENTADIO, QUODVULDEUS, CIPRIANO, SERVILIO, PELAGIANO, MARCELO, VENANCIO, DÍDIMO, SATURNINO, BIZACENO, GERMANO, GERMANIANO, INVENCIO, MAYORINO, INVENCIO, CÁNDIDO, CIPRIANO, EMILIANO, ROMANO, AFRICANO, MARCELINO y los demás que estuvimos presentes en el concilio de la iglesia de Cartago.

1. Cum ex more ad Carthaginensem ecclesiam solemniter venissemus, atque ex diversis causis congregata ex nobis synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis litteras sanctorum fratrum et consacerdotum nostrorum dedit Herotis et Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. His ergo lectis, Pelagium et Celestium auctores argui nefarii prorsus, et ab omnibus nobis anathemandi erroris advertimus. Unde factum est ut recensendum peteremus; quid ante ferme quinquennium super Celestii nomine hic apud Carthaginem fuerit agitatum. Quo recitato, sicut ex subditis advertere poterit Sanctitas tua, quamvis et judicatio manifesta constaret, qua illo tempore episcopali judicio excisum hoc tantum vulnus ab Ecclesia videretur: nihilominus tamen id communi deliberatione censuimus, hujusmodi persuasionis auctores, quamvis et ad presbyterium idem Celestius postea pervenisse dicatur, nisi haec apertissime anathemaverint, ipsos anathemari oportere, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui ab eis decepti sunt vel decipi possunt, cognita sententia quae in eos lata est, sanitas procuretur.

2. Hoc itaque gestum, domine frater, sanctae Charitati tuae intimandum duximus, ut statutis nostrae mediocritatis etiam apostolicae Sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, et quorumdam perversitate etiam corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, ut non defendendo, sed potius in superbiam sacrilegam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiae Dei, qua christiani sumus, qua et ipsum nostrae voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum a carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur, dicente Domino, Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis (Joan. VIII, 36); quod auxilium fides impetrat, quae est in Christo Jesu Domino nostro . Isti autem asserunt, sicut a fratribus qui etiam eorum libros legerunt, cognovimus, in eo Dei gratiam deputandam, quod talem hominis instituit creavitque naturam, quae per propriam voluntatem legem Dei possit implere, sive naturaliter in corde conscriptam, sive in litteris datam: eamdem quoque legem ad gratiam Dei pertinere, quod illam Deus in adjutorium hominibus dedit (Isai. VIII, 20, sec. LXX).

1. Habiendo venido solemnemente, según la costumbre, a la iglesia de Cartago, y celebrándose un sínodo de nosotros congregados por diversas causas, nuestro copresbítero Orosio nos entregó las cartas de los santos hermanos y cosacerdotes nuestros Heros y Lázaro, cuya forma determinamos que se añadiera aquí. Leídas estas, pues, advertimos que Pelagio y Celestio eran argüidos como autores de un error del todo nefario y que debe ser anatematizado por todos nosotros. Por lo cual sucedió que pedimos que se revisara qué se había tratado aquí en Cartago hace casi cinco años sobre el nombre de Celestio. Recitado lo cual, como podrá advertir tu Santidad por los documentos adjuntos, aunque también constaba una decisión manifiesta por la cual en aquel tiempo parecía extirpada de la Iglesia por juicio episcopal esta tan gran herida: sin embargo, juzgamos por común deliberación que los autores de tal tipo de persuasión —aunque se dice que el mismo Celestio llegó después al presbiterio— deben ser anatematizados ellos mismos a menos que anatemicen estos errores muy abiertamente, para que si no se puede procurar la sanidad de ellos mismos, al menos se procure la de aquellos que han sido engañados por ellos o pueden ser engañados, conocida la sentencia que se ha dictado contra ellos.

2. Realizado esto, pues, señor hermano, hemos juzgado que debía intimarse a tu santa Caridad, para que a los estatutos de nuestra mediocridad se añada también la autoridad de la Sede apostólica, para defender la salud de muchos y también para corregir la perversidad de algunos. Pues esto es lo que ellos pretenden con sus condenables disputas: que, no defendiendo sino más bien ensalzando el libre albedrío con sacrílega soberbia, no dejan lugar alguno a la gracia de Dios, por la cual somos cristianos, por la cual también el mismo albedrío de nuestra voluntad se hace verdaderamente libre, mientras es liberado del dominio de las concupiscencias carnales, diciendo el Señor: Si el Hijo os liberare, entonces seréis verdaderamente libres (Jn VIII, 36); auxilio que impetra la fe, que está en Cristo Jesús nuestro Señor. Pero estos asertan, según hemos sabido por los hermanos que también han leído sus libros, que la gracia de Dios debe atribuirse a esto: a que instituyó y creó tal naturaleza del hombre que, por su propia voluntad, pueda cumplir la ley de Dios, ya esté escrita naturalmente en el corazón, ya dada en letras; y que esa misma ley pertenece también a la gracia de Dios porque Dios la dio como ayuda a los hombres (Is VIII, 20, según la LXX).

3. Illam vero gratiam qua, ut dictum est, christiani sumus, cujus Apostolus praedicator est, dicens, Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivantem me sub lege peccati, quae est in membris meis. Miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (Rom. VII, 22-25), nolunt omnino cognoscere; sed nec aperte quidem oppugnare audent: sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus non percipientibus quae sunt Spiritus Dei (I Cor. II, 14) persuadere non cessant, ad operandam perficiendamque justitiam et Dei mandata complenda solam sibi humanam sufficere posse naturam? non attendentes quod scriptum est, Spiritus adjuvat infirmitatem nostram (Rom. VIII, 26); et, Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei (Id. IX, 16); et quod unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra; habentes dona diversa secundum gratiam quae data est nobis (Id. XII, 5, 6); et, Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus illis laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum; et, Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum (I Cor. XV, 10, 57); et, Non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est (II Cor. III, 5); et, Habemus tnesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei, et non ex nobis (II Cor. IV, 7); et innumerabilia talia, quae de Scripturis omnibus si colligere velimus, tempus non sufficit. Et veremur ne apud te ista ipsa commemorando, quae majore gratia de Sede apostolica praedicas, inconvenienter facere videamur: sed ideo facimus, quia eo quo infirmiores sumus , quaquaversum quisque nostrum verbo Dei praedicando putatur attentior, crebrius eos patimur in nos et audacius insurgentes.

4. Si ergo Pelagius episcopalibus Gestis quae in Oriente confecta dicuntur , etiam tuae Venerationi juste visus fuerit absolutus; error tamen ipse et impietas, quae jam multos assertores habet, per diversa dispersos, etiam auctoritate apostolicae Sedis anathemanda est. Consideret enim Sanctitas tua, et pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pestiferum et exitiale ovibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessario consequitur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem, quod Dominus et discipulos monuit (Matth. XXVI, 41), et posuit in oratione quam docuit (Id. VI, 13); aut ne deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse ipse testatus est (Luc. XXII, 32).

3. Pero aquella gracia por la cual, como se ha dicho, somos cristianos, de la cual el Apóstol es predicador diciendo: Pues me complazco en la ley de Dios según el hombre interior; pero veo otra ley en mis miembros que repugna a la ley de mi mente, y que me cautiva bajo la ley del pecado que está en mis miembros. ¡Miserable de mí hombre! ¿quién me liberará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor (Rom VII, 22-25), no la quieren reconocer en absoluto; pero ni siquiera se atreven a impugnarla abiertamente: sin embargo, ¿qué otra cosa hacen cuando no cesan de persuadir a los hombres animales, que no perciben las cosas que son del Espíritu de Dios (I Cor II, 14), que para obrar y perfeccionar la justicia y cumplir los mandatos de Dios les puede bastar por sí sola la naturaleza humana? no atendiendo a lo que está escrito: El Espíritu ayuda a nuestra flaqueza (Rom VIII, 26); y: No es del que quiere ni del que corre, sino de Dios que tiene misericordia (Ibíd. IX, 16); y que somos un solo cuerpo en Cristo, y cada uno miembros los unos de los otros, teniendo dones diversos según la gracia que nos ha sido dada (Ibíd. XII, 5, 6); y: Por la gracia de Dios soy lo que soy, y su gracia en mí no fue vacía, sino que trabajé más abundantemente que todos ellos; pero no yo, sino la gracia de Dios conmigo; y: Gracias a Dios, que nos dio la victoria por nuestro Señor Jesucristo (I Cor XV, 10, 57); y: No porque seamos idóneos para pensar algo como de nosotros mismos, sino que nuestra suficiencia es de Dios (II Cor III, 5); y: Tenemos este tesoro en vasijas de barro, para que la eminencia de la virtud sea de Dios y no de nosotros (II Cor IV, 7); e innumerables cosas tales que, si quisiéramos recoger de todas las Escrituras, no bastaría el tiempo. Y tememos que, al conmemorar ante ti estas mismas cosas que tú predicas con mayor gracia desde la Sede apostólica, parezcamos actuar inconvenientemente: pero lo hacemos por esto: porque por aquello mismo en que somos más débiles, en cualquier parte donde cada uno de nosotros es tenido por más atento en la predicación de la palabra de Dios, padecemos con más frecuencia y más audacia que se levanten contra nosotros.

4. Si, pues, Pelagio ha parecido justamente absuelto ante tu Veneración por las Actas episcopales que se dicen concluidas en Oriente; sin embargo, el error mismo y la impiedad, que ya tiene muchos asertores dispersos por diversos lugares, debe ser anatematizado también por la autoridad de la Sede apostólica. Considere, pues, tu Santidad y compadézcase con entrañas pastorales de nosotros, al ver cuán pestífero y fatal es para las ovejas de Cristo lo que necesariamente se sigue de las sacrílegas disputas de estos: que ni siquiera debemos orar para no entrar en tentación, cosa que el Señor advirtió a los discípulos (Mt XXVI, 41) y puso en la oración que enseñó (Ibíd. VI, 13); o para que no desfallezca nuestra fe, cosa que él mismo testificó haber pedido por el apóstol Pedro (Lc XXII, 32).

Si enim haec possibilitate naturae, et arbitrio voluntatis in potestate sunt constitutae; quis non ea videat a Domino inaniter peti, et fallaciter orari, cum orando poscuntur quae naturae nostrae jam ita conditae sufficientibus viribus obtinentur? nec debuisse dicere Dominum Jesum, Vigilate et orate; sed tantummodo, Vigilate, ne intretis in tentationem? nec beatissimo Petro primo Apostolorum, Rogavi pro te, sed, moneo te, vel impero ac praecipio ne deficiat fides tua?

5. Contradicitur etiam istorum contentione benedictionibus nostris, ut incassum super populum dicere videamur quidquid eis a Domino precamur, ut recte ac pie vivendo illi placeant; vel illa quae pro fidelibus precatur Apostolus, dicens: Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in coelis et in terra nominatur, ut del vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per Spiritum ejus (Eph. III, 14-16). Si ergo voluerimus benedicendo super populum dicere, Da illis, Domine, virtute corroborari per Spiritum tuum; istorum nobis disputatio contradicit, affirmans negari liberum arbitrium, si hoc a Deo poscitur quod in nostra est potestate: Virtute enim corroborari si volumus, inquiunt, possumus ea possibilitate naturae, quam nunc non accipimus, sed cum crearemur accepimus.

6. Parvulos etiam propter salutem quae per Salvatorem Christum datur, baptizandos negant, ac sic eos mortifera ista doctrina in aeternum necant, promittentes etiamsi non baptizentur, habituros vitam aeternam, nec pertinere ad eos de quibus Dominus ait, Venit enim Filius hominis quaerere et salvare quod perierat (Luc. XIX, 10); quia isti, inquiunt, non perierant, nec est quod in eis salvetur, vel tanto pretio redimatur: quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate captivum, nec pro eis fusus est sanguis qui fusus in remissionem legitur peccatorum (Matth. XXVI, 28). Quanquam per baptismum Christi etiam parvulorum fieri redemptionem, in libello suo Celestius in Carthaginensi ecclesia jam confessus est: sed multi qui eorum perhibentur esse vel fuisse discipuli, haec mala quibus fundamenta christianae fidei conantur evertere, quacumque possunt, affirmare non cessant. Unde etiamsi Pelagius Celestiusque correcti sunt, vel se ista nunquam sensisse dicunt, et quaecumque scripta contra eos prolata fuerint sua esse negant, nec est quemadmodum de mendacio convincantur: generaliter tamen quicumque dogmatizat et affirmat humanam sibi ad vitanda peccata, et Dei mandata facienda sufficere posse naturam, et eo modo gratiae Dei, quae sanctorum evidentius orationibus declaratur, adversarius invenitur; et quicumque negat parvulos per baptismum Christi a perditione liberari, et salutem percipere sempiternam, anathema sit.

Pues si estas cosas están constituidas en nuestra potestad por la posibilidad de la naturaleza y el albedrío de la voluntad, ¿quién no verá que se piden al Señor en vano y se ora falazmente, cuando se pide orando lo que se obtiene por las fuerzas suficientes de nuestra naturaleza ya así creada? ¿Y que el Señor Jesús no debió decir: Velad y orad, sino solamente: Velad, para no entrar en tentación; ni al beatísimo Pedro, el primero de los Apóstoles: He rogado por ti, sino: Te advierto, o te mando y te prescribo que no desfallezca tu fe?

5. Se contradice también por la contienda de estos a nuestras bendiciones, de modo que parezca que decimos en vano sobre el pueblo lo que para ellos pedimos al Señor: que viviendo recta y piadosamente le agraden; o aquello que el Apóstol pide para los fieles diciendo: Doblo mis rodillas ante el Padre de nuestro Señor Jesucristo, de quien toma nombre toda paternidad en los cielos y en la tierra, para que os dé, según las riquezas de su gloria, ser fortalecidos con virtud por su Espíritu (Ef III, 14-16). Si, pues, quisiéramos decir bendiciendo sobre el pueblo: Dales, Señor, ser fortalecidos con virtud por tu Espíritu; la disputa de estos nos contradice, afirmando que se niega el libre albedrío si se pide esto a Dios que está en nuestra potestad: Pues si queremos ser fortalecidos con virtud, dicen, podemos hacerlo por aquella posibilidad de la naturaleza que no recibimos ahora, sino que recibimos cuando fuimos creados.

6. Niegan también que los párvulos deban ser bautizados por causa de la salud que se da por Cristo Salvador, y así los matan eternamente con esa doctrina mortífera, prometiendo que, aunque no sean bautizados, tendrán la vida eterna y que no pertenecen a aquellos de quienes dice el Señor: Pues el Hijo del hombre vino a buscar y a salvar lo que había perecido (Lc XIX, 10); porque estos, dicen, no habían perecido, ni hay nada en ellos que deba ser salvado o redimido con tan gran precio: porque nada en ellos está viciado, nada es tenido cautivo bajo la potestad del diablo, ni por ellos fue derramada la sangre que se lee haber sido derramada para la remisión de los pecados (Mt XXVI, 28). Aunque en su libelo ya confesó Celestio en la iglesia de Cartago que por el bautismo de Cristo se realiza también la redención de los párvulos: pero muchos que pasan por ser o haber sido discípulos de ellos no cesan de afirmar, por donde pueden, estos males con los que intentan subvertir los fundamentos de la fe cristiana. Por lo cual, aunque Pelagio y Celestio se hayan corregido, o digan que ellos nunca sintieron tales cosas, y nieguen que sean suyos cualesquiera escritos presentados contra ellos, y no haya modo de convencerlos de mentira: sin embargo, generalmente, quienquiera que dogmatice y afirme que la naturaleza humana puede bastarse a sí misma para evitar los pecados y cumplir los mandatos de Dios, y de ese modo resulte adversario de la gracia de Dios, la cual se declara más evidentemente por las oraciones de los santos; y quienquiera que niegue que los párvulos son liberados de la perdición por el bautismo de Cristo y perciben la salud eterna, sea anatema.

Quaecumque autem alia eis objiciuntur, non dubitamus Venerationem tuam, cum Gesta episcopalia perspexerit, quae in Oriente in eadem causa confecta dicuntur, id judicaturam unde omnes in Dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis, domine beatissime Papa .

Epistola CLXXVI.

Milevitani concilii Patres Innocentio, de cohibendis Pelagianis haereticis.

Domino beatissimo meritoque venerabili, et in Christo honorando Papae INNOCENTIO, SILVANUS , VALENTINUS, AURELIUS, DONATUS, RESTITUTUS, LUCIANUS, ALYPIUS, AUGUSTINUS, PLACENTIUS , SEVERUS, FORTUNATUS , POSSIDIUS, NOVATUS, SECUNDUS, MAURENTIUS, LEO, FAUSTINIANUS, CRESCONIUS, MALCUS, LITTORIUS , FORTUNATUS, DONATUS, PONTICANUS, SATURNINUS, CHRISTONIUS , HONORIUS, LUCIUS, ADEODATUS, PROCESSUS, CRESCONIUS, SECUNDUS, FELIX, ASIATICUS, RUFINIANUS , FAUSTINUS, SERVUS, TERENTIUS, CRESCONIUS, SPERANTIUS, QUADRATUS, LUCILLUS, SABINUS, FAUSTINUS , CRESCONIUS, VICTOR, GIGNANTIUS , POSSIDONIUS, ANTONINUS , INNOCENTIUS, PRAESIDIUS, CRESCENTIUS , FELIX, ANTONIUS , VICTOR, HONORATUS, DONATUS, PETRUS, PRAESIDIUS, CRESCONIUS, LAMPADIUS, DELPHINUS, ex concilio Milevitano, in Domino salutem.

1. Quia te Dominus gratiae suae praecipuo munere in Sede apostolica collocavit, talemque nostris temporibus praestitit, ut nobis potius ad culpam negligentiae valeat, si apud tuam Venerationem, quae pro Ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere; magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam, quaesumus, adhibere digneris.

2. Nova quippe haeresis et nimium perniciosa tentat assurgere inimicorum gratiae Christi , qui nobis etiam dominicam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim Dominus docuerit ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; isti dicunt posse hominem in hac vita, praeceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem justitiae sine adjutorio gratiae Salvatoris, per solum liberum voluntatis arbitrium pervenire, ut ei non sit jam necessarium dicere, Dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod sequitur, Ne nos inferas in tentationem (Matth. VI, 12, 13), non ita intelligendum, tanquam divinum adjutorium poscere debeamus ne in peccatum tentati decidamus; sed hoc in nostra esse positum potestate, et ad hoc implendum solam sufficere voluntatem hominis: tanquam frustra Apostolus dixerit, Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei (Rom. IX, 16); et, Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari super id quod potestis; sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere (I Cor. X, 13).

En cuanto a las demás cosas que se les objetan, no dudamos que tu Veneración, cuando haya examinado las Actas episcopales que se dicen concluidas en Oriente sobre la misma causa, juzgará aquello de lo que todos nos alegraremos en la misericordia de Dios. Ruega por nosotros, señor beatísimo Papa.

Carta CLXXVI.

Los Padres del concilio de Milevis a Inocencio, sobre la represión de los herejes pelagianos.

Al señor beatísimo y merecidamente venerable, y en Cristo honorable papa INOCENCIO: SILVANO, VALENTINO, AURELIO, DONATO, RESTITUTO, LUCIANO, ALIPIO, AGUSTÍN, PLACENCIO, SEVERO, FORTUNATO, POSIDIO, NOVATO, SEGUNDO, MAURENCIO, LEÓN, FAUSTINIANO, CRESCONIO, MALCO, LITORIO, FORTUNATO, DONATO, PONTICANO, SATURNINO, CRISTONIO, HONORIO, LUCIO, ADEODATO, PROCESO, CRESCONIO, SEGUNDO, FÉLIX, ASIÁTICO, RUFINIANO, FAUSTINO, SERVO, TERENCIO, CRESCONIO, ESPERANCIO, CUADRADO, LUCILO, SABINO, FAUSTINO, CRESCONIO, VÍCTOR, GIGNANCIO, POSIDONIO, ANTONINO, INOCENCIO, PRESIDIO, CRESCENCIO, FÉLIX, ANTONIO, VÍCTOR, HONORATO, DONATO, PEDRO, PRESIDIO, CRESCONIO, LAMPADIO, DELFINO, del concilio de Milevis, salud en el Señor.

1. Porque el Señor, por un don especial de su gracia, te ha colocado en la Sede apostólica y te ha otorgado tal a nuestros tiempos que más bien nos valdría por culpa de negligencia si calláramos ante tu Veneración lo que debe sugerirse por la Iglesia, que el que tú pudieras recibirlo o con fastidio o con negligencia; te rogamos que te dignes aplicar la diligencia pastoral a los grandes peligros de los miembros débiles de Cristo.

2. Pues una nueva y demasiado perniciosa herejía intenta levantarse de parte de los enemigos de la gracia de Cristo, que incluso intentan quitarnos la oración dominical con sus impías disputas. Pues habiendo enseñado el Señor que digamos: Perdónanos nuestras deudas, como también nosotros perdonamos a nuestros deudores, estos dicen que el hombre puede en esta vida, conocidos los preceptos de Dios, llegar a tan gran perfección de justicia sin el auxilio de la gracia del Salvador, por el solo libre albedrío de la voluntad, que ya no le sea necesario decir: Perdónanos nuestras deudas. Aquello otro que sigue: No nos metas en tentación (Mt VI, 12, 13), no debe entenderse —dicen— como si debiéramos pedir el auxilio divino para no caer en el pecado al ser tentados, sino que esto está puesto en nuestra potestad y que para cumplirlo basta la sola voluntad del hombre; como si en vano hubiera dicho el Apóstol: No es del que quiere ni del que corre, sino de Dios que tiene misericordia (Rom IX, 16); y: Fiel es Dios, que no permitirá que seáis tentados sobre lo que podéis, sino que hará con la tentación también la salida para que podáis sostenerla (I Cor X, 13).

Frustra etiam Dominus dixerit apostolo Petro, Rogavi pro te, ne deficiat fides tua (Luc. XXII, 32); et omnibus suis, Vigilate, et orate, ne intretis in tentationem (Matth. XXVI, 41); si hoc totum est potestatis humanae. Pueros quoque parvulos, etsi nullis innoventur christianae gratiae Sacramentis, habituros vitam aeternam, nequam praesumptione contendunt, evacuantes quod dicit Apostolus, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt (Rom. V, 12); et alio loco, Sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur (I Cor. XV, 22).

3. Ut ergo alia omittamus quae contra sanctas Scripturas plurima disserunt; haec interim duo, quibus omnino totum quod christiani sumus nituntur evertere, quae fidelia corda sustineant , non esse rogandum Deum ut contra peccati malum atque ad operandam justitiam sit noster adjutor, et non opitulari parvulis ad consequendam vitam aeternam christianae gratiae Sacramentum: haec insinuantes apostolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, et tantam impietatem verbis exaggerare, cum procul dubio te ita permoveant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, dum eos sub nomine Christi, a gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis.

4. Hujus autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibentur Pelagius et Celestius, quos quidem in Ecclesia sanari malumus, quam desperata salute ab Ecclesia resecari, si necessitas nulla compellat. Quorum unus, id est Celestius, etiam ad presbyterium in Asia dicitur pervenisse: de quo ante paucos annos quid gestum fuerit, Sanctitas tua de Carthaginensi Ecclesia melius instruitur. Pelagius vero, sicut a quibusdam fratribus nostris missae loquuntur epistolae, Jerosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur: verumtamen multo plures, qui ejus sensus diligentius indagare potuerunt, adversus eum pro gratia Christi et catholicae fidei veritate confligunt; sed praecipue sanctus filius tuus, frater et compresbyter noster Hieronymus.

5. Sed arbitramur, adjuvante misericordia Domini Dei nostri qui te et regere consulentem, et orantem exaudire dignetur, auctoritati Sanctitatis tuae, de sanctarum Scripturarum auctoritate depromptae, facilius eos qui tam perversa et perniciosa sentiunt, esse cessuros, ut de correctione potius eorum congratulemur, quam contristemur interitu. Quodlibet autem ipsi eligant, certe vel aliis, quos plurimos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit Venerabilitas tua instanter et celeriter providendum.

En vano también habría dicho el Señor al apóstol Pedro: He rogado por ti, para que no desfallezca tu fe (Lc XXII, 32); y a todos los suyos: Velad y orad, para no entrar en tentación (Mt XXVI, 41), si todo esto fuera de la potestad humana. También los niños párvulos, aunque no sean renovados por ningún sacramento de la gracia cristiana, pretenden con inicua presunción que tendrán la vida eterna, evacuando lo que dice el Apóstol: Por un solo hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en el cual todos pecaron (Rom V, 12); y en otro lugar: Como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados (I Cor XV, 22).

3. Para omitir, pues, otras cosas que discuten en gran número contra las sagradas Escrituras, estas dos por el momento —con las que intentan subvertir del todo aquello que somos como cristianos, y que los corazones fieles no pueden tolerar—: que no se debe rogar a Dios para que sea nuestro ayudador contra el mal del pecado y para obrar la justicia, y que no ayuda a los párvulos para conseguir la vida eterna el sacramento de la gracia cristiana; insinuando estas cosas a tu pecho apostólico, no tenemos necesidad de decir mucho ni de exagerar con palabras tan gran impiedad, ya que sin duda te conmoverán de tal modo que no podrás disimular en absoluto el corregirlas para que no serpenteen más ampliamente y contaminen a muchos, o más bien los maten, mientras bajo el nombre de Cristo los alejan plenamente de la gracia de Cristo.

4. De este error perniciocísimo se dice que son autores Pelagio y Celestio, a quienes ciertamente preferimos que sean sanados en la Iglesia antes que, desesperada su salud, sean cortados de la Iglesia, si ninguna necesidad obliga. Uno de ellos, es decir, Celestio, se dice que llegó incluso al presbiterio en Asia; sobre lo cual tu Santidad está mejor informado por la Iglesia de Cartago sobre lo que se hizo hace pocos años. Pelagio, en cambio, según dicen las cartas enviadas por algunos hermanos nuestros, estando en Jerusalén se afirma que engaña a algunos; sin embargo, muchos más, que han podido indagar más diligentemente sus sentimientos, luchan contra él por la gracia de Cristo y por la verdad de la fe católica; pero especialmente tu santo hijo, nuestro hermano y copresbítero Jerónimo.

5. Pero pensamos, ayudando la misericordia del Señor Dios nuestro, que se digne dirigirte cuando consultas y escucharte cuando oras, que quienes sienten cosas tan perversas y perniciosas cederán más fácilmente a la autoridad de tu Santidad, tomada de la autoridad de las sagradas Escrituras, para que más bien nos congratulemos de su corrección que nos entristezcamos por su perdición. Pero sea lo que sea lo que ellos elijan, ciertamente tu Veneración ve que debe proveerse instanter y rápidamente para que no impliquen en sus lazos a otros muchísimos, como pueden hacer si se disimula por tu parte.

Haec ad Sanctitatem tuam de concilio Numidiae scripta direximus, imitantes Carthaginensis Ecclesiae et Carthaginensis provinciae coepiscopos nostros, quos ad Sedem apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus . Et alia manu: Memor nostri, in Dei gratia augearis, domine beatissime meritoque venerabilis, et in Christo honorande sancte Pater.

Epistola CLXXVII

Aurelius aliique tres una cum Augustino episcopi, ad Innocentium de Pelagio, retegentes ipsius haeresim, eamque ab apostolica Sede proscribi postulantes.

Domino beatissimo, meritoque honorandissimo fratri INNOCENTIO Papae, AURELIUS, ALYPIUS, AUGUSTINUS, EVODIUS, et POSSIDIUS, in Domino salutem.

1. De conciliis duobus provinciae Carthaginensis atque Numidiae ad tuam Sanctitatem a non parvo episcoporum numero subscriptas litteras misimus contra inimicos gratiae Christi, qui confidunt in virtute sua, et Creatori nostro quodammodo dicunt: Tu nos fecisti homines; justos autem ipsi nos fecimus. Qui naturam humanam ideo dicunt liberam, ne quaerant Liberatorem; ideo salvam, ut superfluum judicent Salvatorem. Tantum enim dicunt valentem, ut suis viribus semel in origine suae creationis acceptis, possit per liberum arbitrium, nihil ulterius adjuvante illius gratia qui creavit, domare et exstinguere omnes cupiditates, tentationesque superare; multique eorum insurgunt adversum nos, et dicunt animae nostrae, Non est salus illi in Deo ejus (Psal. III, 3). Familia ergo Christi quae dicit, Quando infirmor, tunc fortis sum (II Cor. XII, 10), et cui dicit Dominus ejus, Salus tua ego sum (Psal. XXXIV, 3), suspenso corde, cum timore et tremore adjutorium Domini etiam per charitatem tuae Venerationis exspectat.

Audivimus enim esse in urbe Roma, ubi ille diu vixit, nonnullos qui diversis causis ei faveant, quidam scilicet, quia eis talia persuasisse perhibetur, plures vero, qui eum talia sentire non credunt; praesertim quia in Oriente, ubi degit, Gesta ecclesiastica facta esse jactantur, quibus putatur esse purgatus. ubi quidem si episcopi eum catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia se dixit Dei gratiam confiteri, et ita posse hominem suo labore ac voluntate juste vivere, ut ad hoc adjuvari Dei gratia non negaret.

Estas cosas hemos dirigido escritas a tu Santidad desde el concilio de Numidia, imitando a nuestros coepiscopos de la Iglesia de Cartago y de la provincia de Cartago, de quienes hemos sabido que han escrito sobre esta causa a la Sede apostólica, la cual tú, bienaventurado, ilustras. Y de otra mano: Acuérdate de nosotros, crezcas en la gracia de Dios, señor beatísimo merecidamente venerable y en Cristo honorable santo Padre.

Carta CLXXVII.

Aurelio y otros tres obispos junto con Agustín, a Inocencio sobre Pelagio, descubriendo su herejía y pidiendo que sea proscrita por la Sede apostólica.

Al señor beatísimo y merecidamente honorandísimo hermano papa INOCENCIO: AURELIO, ALIPIO, AGUSTÍN, EVODIO y POSIDIO, salud en el Señor.

1. De los dos concilios de la provincia de Cartago y de Numidia hemos enviado a tu Santidad cartas firmadas por un número no pequeño de obispos contra los enemigos de la gracia de Cristo, que confían en su propia virtud y dicen de algún modo a nuestro Creador: Tú nos hiciste hombres, pero nosotros nos hicimos justos a nosotros mismos. Quienes dicen que la naturaleza humana es libre para no buscar al Liberador; y sana para juzgar superfluo al Salvador. Pues dicen que es tan potente que, por sus propias fuerzas recibidas una vez en el origen de su creación, puede por el libre albedrío, sin que le ayude nada más la gracia de aquel que la creó, domar y extinguir todas las concupiscencias y superar las tentaciones; y muchos de ellos se levantan contra nosotros y dicen a nuestra alma: No hay salvación para ella en su Dios (Sal III, 3). La familia de Cristo, pues, que dice: Cuando soy débil, entonces soy fuerte (II Cor XII, 10), y a la que su Señor dice: Tu salvación soy yo (Sal XXXIV, 3), con el corazón en suspenso, con temor y temblor espera el auxilio del Señor también a través de la caridad de tu Veneración.

Pues hemos oído que hay en la ciudad de Roma, donde él vivió mucho tiempo, algunos que le favorecen por diversas causas: unos, por cierto, porque se dice que les ha persuadido de tales cosas; pero muchos más, que no creen que él sienta tales cosas, especialmente porque se jactan de que en Oriente, donde reside, se han realizado Actas eclesiásticas por las cuales se piensa que ha sido purificado. Allí, por cierto, si los obispos lo declararon católico, no debe creerse que se hizo por otra cosa sino porque dijo que confesaba la gracia de Dios, y que el hombre podía vivir justamente por su propio trabajo y voluntad de tal manera que no negaba ser ayudado por la gracia de Dios para esto.

His enim auditis verbis, catholici antistites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in Libris Dei legere, et populis Dei praedicare consueverunt: eam utique de qua dicit Apostolus, Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per Legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est (Galat. II, 21); sine dubio gratiam qua justificamur ab iniquitate, et qua salvamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi episcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impiis habemus, cum quibus homines sumus; negare vero eam qua christiani et filii Dei sumus; quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt judices, quia ecclesiastica consuetudine nomen gratiae audierunt, nescientes quid hujusmodi homines vel in suae doctrinae libris, vel in suorum solent auribus spargere.

Non agitur de uno Pelagio, qui jam forte correctus est, quod utinam ita sit; sed de tam multis, quibus loquaciter contendentibus, et infirmas atque ineruditas animas velut vinctas trahentibus, firmas autem et in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus, usquequaque jam plena sunt omnia. Aut ergo a tua Veneratione acciendus est Romam, et diligenter interrogandus quam dicat gratiam, qua fateatur, si tamen jam fateatur, ad non peccandum justeque vivendum homines adjuvari; aut hoc ipsum cum eo per litteras agendum. et cum inventus fuerit hanc dicere quam docet ecclesiastica et apostolica veritas, tunc sine ullo scrupulo Ecclesiae, sine latibulo ambiguitatis ullius absolvendus est, tunc est revera de ejus purgatione gaudendum.

Sive enim gratiam dixerit esse liberum arbitrium, sive gratiam esse remissionem peccatorum, sive gratiam esse legis praeceptum; nihil eorum dicit, quae per subministrationem Spiritus sancti pertinent ad concupiscentias tentationesque vincendas, quem ditissime effudit in nos (Tit. III, 6), qui ascendit in coelum, et captivans captivitatem dedit dona hominibus (Eph. IV, 8). Hinc enim oramus ut peccatorum tentationem superare possimus, ut Spiritus Dei, unde pignus accepimus (II Cor. II, 22), adjuvet infirmitatem nostram (Rom. VIII, 26). Qui autem orat et dicit, Ne nos inferas in tentationem, non utique id orat ut homo sit, quod est natura; neque id orat ut habeat liberum arbitrium, quod jam accepit, cum crearetur ipsa natura; neque orat remissionem peccatorum, quia hoc superius dicitur, Dimitte nobis debita nostra (Matth. VI, 13, 12); neque orat ut accipiat mandatum: sed plane orat ut faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit utique peccatum quod est contra mandatum.

Al oír estas palabras, los prelados católicos no pudieron entender otra gracia de Dios sino la que han solido leer en los Libros de Dios y predicar a los pueblos de Dios: aquella, ciertamente, de la que dice el Apóstol: "No anulo la gracia de Dios." Pues si por la Ley es la justicia, entonces Cristo murió en vano (Gál II, 21); sin duda la gracia por la que somos justificados de la iniquidad y por la que somos salvados de la enfermedad, no aquella por la que fuimos creados con nuestra propia voluntad. Pues si aquellos obispos hubieran entendido que él llamaba gracia a la que tenemos incluso con los impíos, con los que somos hombres, pero negaba aquella por la que somos cristianos e hijos de Dios, ¿quién de los sacerdotes católicos lo escucharía —no decimos ya con paciencia—, sino que incluso lo soportaría ante sus ojos? Por lo cual no se debe culpar a los jueces, porque por costumbre eclesiástica oyeron el nombre de gracia, ignorando lo que hombres de esta clase suelen esparcir tanto en los libros de su doctrina como en los oídos de los suyos.

No se trata de un solo Pelagio, que quizá ya ha sido corregido —¡ojalá sea así!—, sino de tantos otros que, contendiendo con locuacidad y arrastrando como atadas a las almas débiles e ignorantes, y fatigando con la misma contienda a las almas firmes y estables en la fe, ya lo han llenado todo por todas partes. Por tanto, o debe ser llamado a Roma por tu Veneración e interrogado diligentemente sobre qué gracia dice por la cual confiesa —si es que ya lo confiesa— que los hombres son ayudados para no pecar y vivir justamente; o debe tratarse este mismo asunto con él por carta. Y cuando se descubra que dice esta que enseña la verdad eclesiástica y apostólica, entonces debe ser absuelto sin escrúpulo alguno de la Iglesia, sin el escondrijo de ambigüedad alguna; entonces es cuando realmente hay que alegrarse de su purificación.

Pues aunque diga que la gracia es el libre albedrío, o que la gracia es la remisión de los pecados, o que la gracia es el precepto de la ley, no dice nada de aquello que, por el suministro del Espíritu Santo, pertenece a vencer las concupiscencias y las tentaciones, el cual derramó abundantemente sobre nosotros (Tit III, 6), aquel que subió al cielo y, llevando cautiva la cautividad, dio dones a los hombres (Ef IV, 8). Pues por esto oramos para que podamos superar la tentación de los pecados, para que el Espíritu de Dios, del cual recibimos una prenda (II Cor II, 22), ayude nuestra debilidad (Rom VIII, 26). Pues el que ora y dice: "No nos metas en tentación", no ora ciertamente para ser hombre, que lo es por naturaleza; ni ora para tener libre albedrío, que ya lo recibió cuando fue creada la naturaleza misma; ni ora por la remisión de los pecados, porque esto se dice antes: "Perdónanos nuestras deudas" (Mt VI, 13, 12); ni ora para recibir el mandato, sino que claramente ora para cumplir el mandato. Pues si fuera inducido a la tentación, esto es, si desfalleciera en la tentación, cometería ciertamente el pecado que es contra el mandato.

Orat ergo ut non peccet, hoc est ne quid faciat mali, quod pro Corinthiis orat apostolus Paulus, dicens: Oramus autem ad Dominum ne quid faciatis mali (II Cor. XIII, 7). Unde satis apparet quod ad non peccandum, id est, ad non male faciendum, quamvis esse non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen ejus potestas non sufficiat, nisi adjuvetur infirmitas. Ipsa igitur oratio, clarissima est gratiae testificatio: hanc ille confiteatur, et eum gaudebimus sive rectum, sive correctum.

Distinguenda est lex, et gratia. Lex jubere novit, gratia juvare. Nec lex juberet, nisi esset voluntas; nec gratia juvaret, si sat esset voluntas. Jubetur ut habeamus intellectum, ubi dicitur, Nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus (Psal. XXXI, 9); et tamen oramus ut habeamus intellectum, ubi dicitur, Da mihi intellectum ut discam mandata tua (Psal. CXVIII, 125). Jubetur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur, Stulti aliquando sapite (Psal. XCIII, 8); et tamen oratur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur, Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat; et dabitur ei (Jacobi I, 5). Jubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur, Sint lumbi vestri praecincti (Luc. XII, 35); et tamen oramus ut habeamus continentiam, ubi dicitur, Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cujus esset hoc donum; adii Dominum, et deprecatus sum (Sap. VIII, 21). Postremo ne nimium longum sit cuncta percurrere, jubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur, Declina a malo; et tamen oratur ut non faciamus malum, ubi dicitur, Oramus autem ad Dominum ne quid faciatis mali. Jubetur ut faciamus bonum, ubi dicitur, Declina a malo, et fac bonum (Psal. XXXVI, 27); et tamen oratur ut faciamus bonum, ubi dicitur, Non cessamus pro vobis orantes et postulantes: atque inter caetera, quae pro illis orat, dicit, Ut ambuletis digne Deo in omne beneplacitum, in omni opere et sermone bono (Coloss. I, 9, 10). Sicut ergo agnoscimus voluntatem, cum haec praecipiuntur; sic et ipse agnoscat gratiam, cum petuntur.

Misimus Reverentiae tuae librum, quem dederunt quidam religiosi et honesti adolescentes servi Dei, quorum etiam nomina non tacemus; nam Timasius et Jacobus vocantur: qui, sicut audivimus, et etiam nosse dignaris, ipsius Pelagii exhortatione spem quam habebant in saeculo reliquerunt, et nunc continentes Deo serviunt. Qui cum eodem errore tandem aliquando per qualemcumque operam nostram Domino inspirante caruissent, protulerunt eumdem librum, Pelagii esse dicentes, et ut ei responderetur impendio rogaverunt. Factum est; ad eosdem rescripta est ipsa responsio: agentes gratias rescripserunt.

Ora, pues, para no pecar, esto es, para no hacer nada malo, lo cual pide el apóstol Pablo por los corintios diciendo: "Oramos al Señor para que no hagáis nada malo" (II Cor XIII, 7). De donde aparece suficientemente que para no pecar, es decir, para no obrar mal, aunque no se dude que existe el albedrío de la voluntad, sin embargo su potestad no basta si no es ayudada su debilidad. Por tanto, la oración misma es el clarísimo testimonio de la gracia: confiese él esta, y nos alegraremos de él, sea porque es recto o porque ha sido corregido.

Hay que distinguir entre la ley y la gracia. La ley sabe mandar, la gracia ayudar. Ni la ley mandaría si no existiera la voluntad, ni la gracia ayudaría si bastara la voluntad. Se manda que tengamos entendimiento donde se dice: "No seáis como el caballo y el mulo, que no tienen entendimiento" (Sal XXXI, 9); y sin embargo oramos para tener entendimiento donde se dice: "Dame entendimiento para que aprenda tus mandatos" (Sal CXVIII, 125). Se manda que tengamos sabiduría donde se dice: "Necios, sed sabios alguna vez" (Sal XCIII, 8); y sin embargo se ora para que tengamos sabiduría donde se dice: "Si alguno de vosotros tiene falta de sabiduría, pídala a Dios, el cual da a todos abundantemente y no echa en cara; y le será dada" (Sant I, 5). Se manda que tengamos continencia donde se dice: "Estén vuestros lomos ceñidos" (Lc XII, 35); y sin embargo oramos para tener continencia donde se dice: "Como supiera que nadie puede ser continente si Dios no se lo da, y esto mismo era de sabiduría, saber de quién era este don; acudí al Señor y le supliqué" (Sab VIII, 21). Por último, para no recorrerlo todo por ser muy largo, se manda que no hagamos el mal donde se dice: "Apártate del mal"; y sin embargo se ora para que no hagamos el mal donde se dice: "Oramos al Señor para que no hagáis nada malo". Se manda que hagamos el bien donde se dice: "Apártate del mal y haz el bien" (Sal XXXVI, 27); y sin embargo se ora para que hagamos el bien donde se dice: "No cesamos de orar y pedir por vosotros"; y entre otras cosas que pide por ellos, dice: "Para que caminéis dignamente ante Dios en todo agrado, en toda obra y palabra buena" (Col I, 9, 10). Así pues, como reconocemos la voluntad cuando se prescriben estas cosas, así también reconozca él la gracia cuando se piden.

Hemos enviado a tu Reverencia el libro que nos dieron ciertos jóvenes religiosos y honestos, siervos de Dios, cuyos nombres tampoco callamos, pues se llaman Timasio y Jacobo; los cuales, según hemos oído y tú mismo te dignas saber, por exhortación del mismo Pelagio abandonaron la esperanza que tenían en el siglo y ahora sirven a Dios en continencia. Habiendo carecido estos finalmente de aquel mismo error por alguna obra nuestra, inspirándoles el Señor, presentaron el mismo libro, diciendo que era de Pelagio, y rogaron encarecidamente que se le respondiera. Se hizo; se escribió la respuesta a los mismos; ellos respondieron dando las gracias.

Utrumque misimus, et cui responsum est, et quod responsum est: et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis ubi petimus inspicere non graveris, quemadmodum sibi objecta quaestione quod gratiam Dei negaret, ita respondit, ut eam esse non diceret nisi naturam in qua nos condidit Deus.

Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus; anathemet ea, et illam confiteatur apertissime gratiam quam doctrina christiana demonstrat et praedicat esse propriam Christianorum, quae non est natura, sed qua salvatur natura. quae naturam non auribus sonante doctrina vel aliquo adjumento visibili fovet, sicut plantator quodammodo et irrigator extrinsecus; sed subministratione spiritus, et occulta misericordia, sicut facit ille qui dat incrementum Deus (I Cor. III, 7). Etsi enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus, ut nonnihil essemus, nec ita essemus aliquid ut cadaver quod non vivit, aut arbor quae non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed homines, qui et essemus, et viveremus, et sentiremus, et intelligeremus, et de hoc tanto beneficio Creatori nostro gratias agere valeamus; unde merito et ista gratia dici potest, quia non praecedentium aliquorum bonorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est. alia est tamen qua praedestinati vocamur, justificamur, glorificamur, ut dicere possimus, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum (Rom. VIII, 31, 32).

De hac gratia quaestio vertebatur, quando ab iis quos Pelagius graviter offendebat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret non solum ad facienda, verum etiam ad perficienda mandata divina, per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam. Hanc apostolica doctrine gratiam non immerito isto nomine appellat, qua salvamur et justificamur ex fide Christi. De hac scriptum est, Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per Legem justitia; ergo Christus gratis mortuus est (Galat. II, 21): de hac scriptum est, Evacuati estis a Christo, qui in Lege justificamini; a gratia excidistis (Id. V, 4): de hac scriptum est, Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia (Rom. XI, 6): de hac scriptum est, Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam (Id. IV, 4, 5); et multa alia, quae melius potes ipse meminisse, et intelligere prudentius, et illustrius praedicare. Illam vero gratiam qua creati sumus homines, etiamsi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamen si ita appellatam in ullis legitimis propheticis, evangelicis, apostolicisque Litteris legimus.

Hemos enviado ambas cosas: aquello a lo que se respondió y lo que se respondió; y para no ser demasiado gravosos, hemos hecho señales en los lugares donde pedimos que no te pese inspeccionar cómo, ante la cuestión que se le objetaba de que negaba la gracia de Dios, respondió de tal modo que no decía que fuese otra cosa sino la naturaleza en la que nos fundó Dios.

Pero si él niega que este sea su libro, o los mismos lugares del libro, no contendemos; que los anatematice y confiese clarísimamente aquella gracia que la doctrina cristiana demuestra y predica ser propia de los cristianos, la cual no es naturaleza, sino por la que se salva la naturaleza. la cual no fomenta la naturaleza con una doctrina que suena en los oídos o con algún auxilio visible, como el que planta e irriga de algún modo desde fuera; sino por el suministro del espíritu y la oculta misericordia, como hace Dios que da el incremento (I Cor III, 7). Pues aunque por una razón no desechable se llame gracia de Dios a aquella por la que fuimos creados, para que no fuéramos nada, ni fuéramos algo así como un cadáver que no vive, o un árbol que no siente, o una fiera que no entiende, sino hombres, que existiéramos, viviéramos, sintiéramos y entendiéramos, y pudiéramos dar gracias a nuestro Creador por tan gran beneficio; de donde merecidamente también aquella puede llamarse gracia, porque no fue dada por los méritos de algunas obras buenas precedentes, sino por la gratuita bondad de Dios. sin embargo, otra es aquella por la que, habiendo sido predestinados, somos llamados, justificados y glorificados, para que podamos decir: "Si Dios por nosotros, ¿quién contra nosotros? El cual no perdonó a su propio Hijo, sino que lo entregó por todos nosotros" (Rom VIII, 31, 32).

Sobre esta gracia versaba la cuestión cuando, por aquellos a quienes Pelagio ofendía y turbaba gravemente, se le decía que la impugnaba con sus disputas, en las cuales afirmaba que la naturaleza humana se bastaba a sí misma por el libre albedrío, no solo para cumplir, sino incluso para perfeccionar los mandatos divinos. La doctrina apostólica no sin razón llama con ese nombre a la gracia por la que somos salvados y justificados por la fe de Cristo. De esta se ha escrito: "No anulo la gracia de Dios. Pues si por la Ley es la justicia, entonces Cristo murió en vano" (Gál II, 21): de esta se ha escrito: "Habéis quedado evacuados de Cristo, los que en la Ley os justificáis; habéis caído de la gracia" (Id. V, 4): de esta se ha escrito: "Y si por gracia, ya no por las obras; de otro modo la gracia ya no es gracia" (Rom XI, 6): de esta se ha escrito: "Al que trabaja no se le imputa el salario según la gracia, sino según la deuda; pero al que no trabaja, sino que cree en aquel que justifica al impío, se le reputa su fe para la justicia" (Id. IV, 4, 5); y otras muchas cosas que tú mismo puedes recordar mejor, entender más prudentemente y predicar más ilustremente. Pero aquella gracia por la que fuimos creados hombres, aunque entendemos que no sin razón deba ser llamada así, es de admirar sin embargo si la leemos llamada así en algunas Letras legítimas proféticas, evangélicas y apostólicas.

Cum itaque de hac gratia Christianis fidelibus catholicisque notissima, illi objiceretur quaestio, ut eam oppugnare desineret; quid est quod cum haec sibi in libro suo velut adversante persona idem ipse objecisset, ut se respondendo purgaret, nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referre gratiam Creatoris; atque ita se dicere, sine peccato impleri posse justitiam per liberum arbitrium cum adjutorio divinae gratiae, quod Deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturae? Cui merito respondetur, Ergo evacuatum est scandalum crucis (Galat. V, 11). Ergo Christus gratis mortuus est. Num enim si non moreretur propter delicta nostra, et resurgeret propter justificationem nostram (Rom. IV, 25), nec ascendisset in altum, et captivans captivitatem daret dona hominibus, ista naturae possibilitas quam defendit, in hominibus non esset?

An forte Dei mandatum deerat, et ideo Christus mortuus est? Imo jam et hoc erat sanctum, et justum, et bonum (Id. VII, 12): jam dictum fuerat, Non concupisces (Exod. XX, 17): jam dictum fuerat, Diliges proximum tuum tanquam teipsum (Levit. XIX, 18), in quo sermone Apostolus omnem legem dicit impleri (Rom. XIII, 9). Et quoniam nisi diligat Deum, nemo diligit seipsum, ideo Dominus in iis duobus praeceptis totam Legem Prophetasque dicit pendere (Matth. XXII, 37-40): quae duo praecepta jam erant hominibus divinitus data. An aeternum praemium justitiae promissum nondam erat? Hoc ipse non dicit qui in suis Litteris posuit etiam in Vetere Testamento regnum coelorum esse promissum (Hebr. XI). Si ergo ad faciendam perficiendamque justitiam, jam erat naturae possibilitas per liberum arbitrium, jam erat Legis Dei sanctum et justum bonumque mandatum, jam erat promissum praemium sempiternum; ergo Christus gratis mortuus est.

Ergo neque per Legem justitia, neque per naturae possibilitatem, sed ex fide et dono Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, unum mediatorem Dei et hominum (I Tim. II, 5): qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, et resurrexisset propter justificationem nostram, profecto et antiquorum fides evacuaretur et nostra. Fide vero evacuata, quae homini justitia remaneat, cum justus ex fide vivat (Habac. II, 4)? Ex quo enim per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt (Rom. V, 12): procul dubio a corpore mortis hujus, ubi alia lex repugnat legi mentis, neminem liberavit aut liberat sua possibilitas, quae perdita Redemptore indiget, saucia Salvatore; sed gratia Dei per fidem unius mediatoris Dei et hominum, hominis Christi Jesu (Id. VII, 21-25): qui et Deus cum esset, hominem fecit; et manens Deus, homo factus refecit ipse quod fecit.

Así pues, cuando sobre esta gracia conocidísima por los fieles cristianos y católicos se le planteaba la cuestión para que dejara de impugnarla, ¿por qué cuando él mismo se había objetado estas cosas en su libro como si fuera una persona contraria, para purificarse respondiendo, no respondió otra cosa sino que la naturaleza del hombre creado refiere la gracia del Creador? ¿Y que por eso dice él que se puede cumplir la justicia sin pecado por el libre albedrío con el auxilio de la gracia divina, porque Dios dio esto al hombre en la misma posibilidad de la naturaleza? A lo cual se responde con razón: "Luego se ha evacuado el escándalo de la cruz" (Gál V, 11). "Luego Cristo murió en vano". Pues si no muriera por nuestros delitos y resucitara por nuestra justificación (Rom IV, 25), ni hubiera subido a lo alto y, llevando cautiva la cautividad, diera dones a los hombres, ¿acaso esa posibilidad de la naturaleza que él defiende no estaría en los hombres?

¿O es que acaso faltaba el mandato de Dios y por eso murió Cristo? Al contrario, ya esto era santo, justo y bueno (Id. VII, 12): ya se había dicho: "No codiciarás" (Exod XX, 17): ya se había dicho: "Amarás a tu prójimo como a ti mismo" (Levit XIX, 18), en cuya palabra dice el Apóstol que se cumple toda la ley (Rom XIII, 9). Y puesto que si no ama a Dios, nadie se ama a sí mismo, por eso el Señor dice que en esos dos preceptos pende toda la Ley y los Profetas (Mt XXII, 37-40): los cuales dos preceptos ya habían sido dados a los hombres por Dios. ¿O es que el premio eterno de la justicia no había sido prometido todavía? Él mismo no dice esto, quien puso en sus Letras que incluso en el Antiguo Testamento se había prometido el reino de los cielos (Heb XI). Si pues para obrar y perfeccionar la justicia ya existía la posibilidad de la naturaleza por el libre albedrío, ya existía el mandato santo, justo y bueno de la Ley de Dios, ya existía el premio sempiterno prometido; luego Cristo murió en vano.

Luego ni por la Ley es la justicia, ni por la posibilidad de la naturaleza, sino por la fe y el don de Dios por Jesucristo nuestro Señor, el único mediador entre Dios y los hombres (I Tim II, 5): el cual, si no hubiera muerto en la plenitud de los tiempos por nuestros delitos y resucitado por nuestra justificación, ciertamente se evacuaría tanto la fe de los antiguos como la nuestra. Pues evacuada la fe, ¿qué justicia le quedaría al hombre, siendo así que el justo vive de la fe (Hab II, 4)? Pues desde que por un solo hombre el pecado entró en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en el cual todos pecaron (Rom V, 12): sin duda alguna del cuerpo de esta muerte, donde otra ley lucha contra la ley de la mente, a nadie libró ni libra su propia posibilidad, la cual, perdida, necesita del Redentor, y herida, del Salvador; sino la gracia de Dios por la fe del único mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús (Id. VII, 21-25): quien, siendo Dios, hizo al hombre; y permaneciendo Dios, hecho hombre, rehizo él mismo lo que hizo.

Puto autem quod eum lateat, fidem Christi, quae postea in revelationem venit, in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum; per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt, quicumque omnibus humani generis temporibus liberari potuerunt, occulto judicio Dei, non tamen vituperabili. Unde dicit Apostolus, Habentes autem spiritum fidei, utique eumdem quem et illi, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod et locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur (II Cor. IV, 13): inde est quod ait ipse Mediator, Abraham pater vester concupivit videre diem meum; et vidit, et gavisus est (Joan. VIII, 56): inde Melchisedech prolato sacramento mensae dominicae, novit aeternum ejus sacerdotium figurare (Gen. XIV, 18).

Jam vero data in Litteris Lege, quam dicit Apostolus subintrasse ut abundaret delictum, et de qua dicit, Si ergo ex Lege haereditas, jam non ex promissione. Abrahae autem per repromissionem donavit Deus. Quid autem lex? Transgressionis gratia proposita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositum per Angelos in manu Mediatoris. Mediator autem unius non est; Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex Lege esset justitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus (Galat. III, 18-22); nonne satis ostenditur hoc actum esse per Legem, ut peccatum agnosceretur, et praevaricatione augeretur (Ubi enim lex non est, nec praevaricatio (Rom. IV, 15); et sic adversus victoriam peccati ad divinam gratiam, quae in promissionibus est, confugeretur: atque ita Lex non esset adversus promissa Dei; quia ideo per illam fit cognitio peccati, et ex praevaricatione Legis abundantia peccati, ut ad liberationem quaerantur promissiones Dei, quod est gratia Dei; et incipiat esse in homine justitia, non sua, sed Dei, hoc est data dono Dei?

Quam etiam nunc quidam ignorantes Dei justitiam, sicut et tunc de Judaeis dictum est, et suam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Id. X, 3). Per Legem quippe et illi justificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est, justitia sua prolata ex natura humana; non donata ex gratia divina, propter quod justitia Dei dicitur. Unde item scriptum est: Per Legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine Lege justitia Dei manifestata est, testificata per Legem et Prophetas (Id. III, 20, 21).

Pienso, además, que se le oculta que la fe de Cristo, que después vino a la revelación, estuvo oculta en los tiempos de nuestros padres; por la cual, sin embargo, también ellos fueron liberados por la gracia de Dios, cuantos en todos los tiempos del género humano pudieron ser liberados, por el juicio oculto de Dios, aunque no vituperable. Por lo cual dice el Apóstol: "Teniendo, pues, el espíritu de fe", ciertamente el mismo que también ellos tenían, "según lo que está escrito: Creí, por lo cual también hablé; nosotros también creemos, por lo cual también hablamos" (II Cor IV, 13): de ahí es que dice el mismo Mediador: "Abraham, vuestro padre, deseó ver mi día; y lo vio y se alegró" (Jn VIII, 56): de ahí Melquisedec, sacado el sacramento de la mesa del Señor, supo prefigurar su sacerdocio eterno (Gen XIV, 18).

Ya pues, dada la Ley en las Letras, de la cual dice el Apóstol que subentró para que abundara el delito, y de la cual dice: "Si pues de la Ley es la herencia, ya no es de la promesa. Pero a Abraham se la dio Dios por la promesa." ¿Qué, pues, la ley? Fue puesta por causa de la transgresión, hasta que viniera la semilla a quien se había hecho la promesa, dispuesta por los ángeles en la mano del Mediador. El mediador, empero, no lo es de uno solo; pero Dios es uno. ¿Luego la Ley es contra las promesas de Dios? En ninguna manera. Pues si se hubiera dado una ley que pudiera vivificar, de todo punto la justicia sería de la Ley. Pero la Escritura lo encerró todo bajo el pecado, para que la promesa por la fe de Jesucristo se diera a los creyentes (Gál III, 18-22); ¿no se muestra suficientemente que esto se hizo por la Ley, para que el pecado fuera reconocido y aumentara por la prevaricación (pues donde no hay ley, no hay prevaricación (Rom IV, 15), y así, contra la victoria del pecado, se acudiera a la gracia divina que está en las promesas? ¿Y de ese modo la Ley no fuera contra las promesas de Dios, porque por ella se hace el conocimiento del pecado, y por la prevaricación de la Ley la abundancia del pecado, para que para la liberación se busquen las promesas de Dios, que es la gracia de Dios, y comience a haber en el hombre justicia, no la suya, sino la de Dios, esto es, la dada por don de Dios?

La cual también ahora algunos, ignorando la justicia de Dios, como también se dijo entonces de los judíos, y queriendo establecer la suya, no están sujetos a la justicia de Dios (Id. X, 3). Pues ellos también piensan que se justifican por la Ley, bastándoles el libre albedrío para guardarla, esto es, su propia justicia sacada de la naturaleza humana; no dada por la gracia divina, por lo cual se llama justicia de Dios. De donde también está escrito: "Pues por la Ley es el conocimiento del pecado. Pero ahora, sin la Ley, se ha manifestado la justicia de Dios, testificada por la Ley y los Profetas" (Id. III, 20, 21).

Cum dicit, manifestata est; ostendit quia et tunc erat, sed tanquam illa pluvia quam Gedeon impetravit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area, manifesta (Judic. VI, 36-40). Cum ergo Lex sine gratia non mors peccati potuisset esse, sed virtus; sic enim dictum est, Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati Lex (I Cor. XV, 56): sicut confugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam velut in area nunc patentem, ita pauci ad eam confugiebant velut in vellere tunc latentem. Haec vero temporum distributio refertur ad altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, de qua dictum est: Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus (Rom. XI, 33)!

Quapropter si et ante tempus Legis, et tempore ipso Legis justos patres ex fide viventes, non possibilitas naturae infirmae et indigae ac vitiatae et sub peccato venundatae, sed Dei gratia per fidem justificabat; et nunc eadem in apertum jam veniens revelata justificat: anathemet ergo Pelagius scripta sua, ubi contra eam, etsi non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo naturae ad vincenda peccata, et implenda mandata; aut si ea sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa quae sua esse negat, anathemet ea tamen et damnet paterna exhortatione et auctoritate Sanctimoniae tuae. Si vult ergo, onerosum sibi et perniciosum Ecclesiae discat scandalum auferre; quod scandalum auditores et in perversum dilectores ejus usquequaque spargere non quiescunt. Si enim cognoverint eumdem librum, quem illius vel putant esse vel norunt, episcoporum catholicorum auctoritate, et maxime Sanctitatis tuae, quam apud eum esse majoris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso anathematum atque damnatum, non eos ulterius existimamus ausuros, loquendo contra gratiam Dei, quae revelata est per passionem et resurrectionem Christi, pectora fidelia et simpliciter christiana turbare; sed potius adjuvante misericordia Domini, concertantibus nobiscum charitate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, non solum ut in aeternum beati, verum etiam justi et sancti sint, non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Unde et ad ipsum scriptam ab uno nostrum epistolam, ad quem per quemdam orientalem diaconum, civem autem Hipponensem, tanquam purgationis suae quaedam scripta transmisit, tuae Beatitudini potius credidimus dirigendam, melius judicantes et petentes ut eam ei mittere ipse digneris: sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit attendens.

Illud vero quod dicunt posse hominem esse sine peccato, et mandata Dei facile custodire si velit, quamvis cum hoc per adjutorium gratiae, quae tamen per incarnationem Unigeniti ejus revelata atque donata est, dicitur, tolerabilius dici videatur:

Al decir "se ha manifestado", muestra que también entonces existía, pero como aquella lluvia que Gedeón impetró, entonces como oculta en el vellocino, pero ahora como manifiesta en la era (Jueces VI, 36-40). Como pues la Ley sin la gracia no hubiera podido ser la muerte del pecado, sino su fuerza (pues así se dijo: "El aguijón de la muerte es el pecado, y la fuerza del pecado es la Ley" [I Cor XV, 56]): así como muchos huyen de la faz del pecado reinante hacia la gracia ahora patente en la era, así pocos acudían a ella entonces cuando estaba latente en el vellocino. Esta distribución de los tiempos se refiere ciertamente a la profundidad de las riquezas de la sabiduría y del conocimiento de Dios, de la cual se dijo: "¡Cuán inescrutables son sus juicios e investigables sus caminos!" (Rom XI, 33).

Por lo cual, si tanto antes del tiempo de la Ley como en el tiempo mismo de la Ley, no la posibilidad de la naturaleza enferma, indigente, viciada y vendida bajo el pecado, sino la gracia de Dios por la fe justificaba a los padres justos que vivían de la fe; y ahora la misma, viniendo ya a lo abierto y revelada, justifica; anatematice pues Pelagio sus escritos, donde disputa contra ella, si no por contumacia, al menos por ignorancia, defendiendo la posibilidad de la naturaleza para vencer los pecados y cumplir los mandatos; o si niega que esos sean suyos, o dice que fueron introducidos por sus enemigos en sus escritos cosas que él niega ser suyas, anatematícelas de todos modos y condénelas por la exhortación paterna y la autoridad de tu Santidad. Si quiere, pues, aprenda a quitar de en medio el escándalo gravoso para él y pernicioso para la Iglesia, el cual sus oyentes y perversos amantes no cesan de esparcir por todas partes. Pues si llegaran a saber que aquel mismo libro, que o piensan que es suyo o saben que lo es, ha sido anatematizado y condenado por él mismo por la autoridad de los obispos católicos y, sobre todo, de tu Santidad, que no dudamos que ha de tener para él un peso mayor, no creemos que se atrevan en adelante a turbar los pechos fieles y sencillamente cristianos hablando contra la gracia de Dios, que se reveló por la pasión y resurrección de Cristo; sino que más bien, ayudando la misericordia del Señor y luchando con nosotros tus oraciones ardientes en caridad y piedad, han de confiar, no en su propia virtud, sino en la misma gracia, para que no solo sean bienaventurados eternamente, sino también justos y santos. Por lo cual también la carta escrita a él por uno de nosotros, al cual envió por un cierto diácono oriental, ciudadano además de Hipona, unos ciertos escritos como de su purificación, hemos creído que debía ser dirigida más bien a tu Beatitud, juzgando mejor y pidiendo que tú mismo te dignes enviársela: pues así no se dignará más bien leerla, atendiendo en ella más al que la envió que al que la escribió.

Aquello que dicen de que el hombre puede estar sin pecado y guardar fácilmente los mandamientos de Dios si quiere, aunque se diga con el auxilio de la gracia, la cual sin embargo fue revelada y dada por la encarnación de su Unigénito, parece decirse de modo más tolerable;

tamen quoniam non immerito movere potest, ubi et quando per eamdem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine ullo prorsus peccato simus; utrum in hac vita quando caro concupiscit adversus spiritum (Galat. V, 17), an vero in illa cum fiet sermo qui scriptus est, Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum (I Cor. XV, 54-56); diligentius pertractandum propter alios quosdam qui senserunt, atque in suis litteris memoriae mandaverunt, etiam in hac vita esse posse hominem sine peccato, non ab initio nativitatis suae, sed conversione a peccatis ad justitiam, et a vita reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia et Elisabeth scriptum est, ambulasse eos in omnibus justificationibus Domini sine querela. Hoc quod dictum est, sine querela; sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam, quod aliis locis in litteris eorum invenitur, pie confitentes adjutorium gratiae Domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem Spiritum Dei (Ambros. in Luc. I, 6). Qui parum videntur considerasse ipsum Zachariam fuisse utique sacerdotem; omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege Dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populi (Levit. IX, 7, et Hebr. VII, 27). Sicut ergo nunc per orationis sacrificium convincimur non esse sine peccato, quoniam jussi sumus dicere, Dimitte nobis debita nostra; ita et tunc per sacrificia victimarum animalium convincebantur sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis jubebantur offerre.

Quod si res ita se habet, ut per gratiam Salvatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, crescente charitate; perficiamur autem in illa vita, cupiditate exstincta, charitate completa: profecto illud quod scriptum est, Qui natus est ex Deo, non peccat (I Joan. III, 9), secundum ipsam charitatem dictum est, quae sola non peccat. Ad nativitatem quippe quae ex Deo est, augenda et perficienda pertinet charitas; non ea quae minuenda est et consumenda cupiditas: quae tamen quamdiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis; sed natus ex Deo, nec obediens desideriis ejus, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere, Jam non ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatum (Rom. VII, 20).

Sed quoquo modo se habeat ista quaestio, quia etsi non invenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adjutorium gratiae et Spiritus Dei, quod ut fiat conandum atque poscendum est, tolerabiliter in eo quisque fallitur; nec diabolica impietas, sed error humanus est elaboranda et optanda affirmare, etiamsi quod affirmat non possit ostendere: id enim credit fieri posse, quod certe laudabile est velle.

sin embargo, puesto que no sin razón puede movernos el saber dónde y cuándo se efectúa en nosotros por la misma gracia el que estemos sin pecado alguno en absoluto; si en esta vida, cuando la carne codicia contra el espíritu (Gál V, 17), o bien en aquella vida cuando se cumpla la palabra que está escrita: "¿Dónde está, muerte, tu victoria? ¿dónde está, muerte, tu aguijón? Pues el aguijón de la muerte es el pecado" (I Cor XV, 54-56); debe ser tratado más diligentemente por causa de otros algunos que sintieron y dejaron por escrito en sus cartas que incluso en esta vida puede estar el hombre sin pecado, no desde el inicio de su nacimiento, sino por la conversión de los pecados a la justicia y de una vida réproba a una vida buena. Pues así entendieron lo que se escribió de Zacarías e Isabel, que caminaron en todas las justificaciones del Señor sin queja. Esto que se dijo "sin queja", lo tomaron como dicho "sin pecado", no negando ciertamente —antes bien, lo que en otros lugares de sus cartas se encuentra, confesando piadosamente— el auxilio de la gracia de nuestro Señor, no por el espíritu natural del hombre, sino por el Espíritu principal de Dios (Ambrose en Luc I, 6). Los cuales parecen haber considerado poco que el mismo Zacarías era ciertamente sacerdote; y todos los sacerdotes entonces tenían necesidad por la ley de Dios de ofrecer sacrificio primeramente por sus propios pecados y después por los del pueblo (Lev IX, 7, y Heb VII, 27). Como pues ahora por el sacrificio de la oración somos convencidos de que no estamos sin pecado, puesto que se nos manda decir: "Perdónanos nuestras deudas"; así también entonces por los sacrificios de víctimas animales se convencía a los sacerdotes de que no estaban sin pecado, pues se les mandaba ofrecer por sus propios pecados.

Que si la cosa es así, que por la gracia del Salvador ciertamente aprovechemos en esta vida, desfalleciendo la concupiscencia y creciendo la caridad; pero seamos perfeccionados en aquella vida, extinguida la concupiscencia y completada la caridad; ciertamente aquello que está escrito: "El que ha nacido de Dios no peca" (I Jn III, 9), se dijo según la misma caridad, que es la única que no peca. Pues al nacimiento que es de Dios pertenece el aumento y el perfeccionamiento de la caridad; no aquella concupiscencia que debe ser disminuida y consumida, la cual, sin embargo, mientras está en nuestros miembros, por una cierta ley suya lucha contra la ley de la mente; pero el nacido de Dios, ni obedeciendo a sus deseos, ni ofreciendo sus miembros como armas de iniquidad al pecado, puede decir: "Ya no soy yo quien lo hace, sino el pecado que habita en mí" (Rom VII, 20).

Pero de cualquier modo que se tenga esa cuestión, porque aunque no se encuentre hombre en esta vida sin pecado, sin embargo se dice que puede hacerse por el auxilio de la gracia y del Espíritu de Dios, lo cual para que se haga debe ser intentado y pedido, tolerablemente se engaña cualquiera en ello; ni es impiedad diabólica, sino error humano afirmar cosas que deben ser elaboradas y deseadas, aunque no pueda mostrar lo que afirma: pues cree que puede hacerse lo que ciertamente es laudable querer.

Nobis autem sufficit quod nullus in Ecclesia Dei fidelium reperitur in quolibet provectu excellentiaque justitiae, qui sibi audeat dicere non necessariam precationem orationis dominicae, Dimitte nobis debita nostra; et dicat se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, et veritas in eo non sit (I Joan. I, 8), quamvis jam sine querela vivat. Non enim qualecumque etiam tentationis humanae, sed grave peccatum est quod in querelam venit.

Caetera quae illi objecta sunt, sicut Gestis defensa perviderit, ita de his procul dubio tua Beatitudo judicabit. Dabit sane nobis veniam suavitas mitissima cordis tui, quod prolixiorem epistolam fortassis quam velles tuae misimus Sanctitati. Non enim rivulum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus; sed in hac non tamen parva tentatione temporis, unde nos liberet cui dicimus, Ne nos inferas in tentationem, utrum etiam noster, licet exiguus, ex eodem quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus tuisque rescriptis de communi participatione unius gratiae consolari.

Epistola CLXXVIII.

Augustinus Hilario, de Pelagiana haeresi duobus in Africa conciliis damnata.

Domino beatissimo, et in Christi veritate venerando fratri et consacerdoti HILARIO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

Honorabilis filius noster Palladius cum de nostro littore navigaret, beneficium poscendo magis dedit, ut non solum eum Benignitati tuae, verum etiam meipsum tuis orationibus commendarem, domine beatissime, et in Christi charitate venerande frater. Quod cum facio, profecto et Sanctitas tua faciet quod de re ambo praesumimus. Quae autem circa nos sint, quoniam scio dilectionem vestram pro nobis, sicut et nostram pro vobis esse sollicitam, a memorato perlatore audiet Sanctitas tua. Verumtamen quod maxime necessarium est breviter dicam. Nova quaedam haeresis inimica gratiae Christi contra Ecclesiam Christi conatur exsurgere; sed nondum evidenter ab Ecclesia separata est: hominum scilicet qui tantum audent infirmitati humanae tribuere potestatis, ut hoc solum ad Dei gratiam pertinere contendant, quod cum libero arbitrio et non peccandi possibilitate creati sumus, et Dei mandata quae a nobis implerentur accepimus; caeterum ad eadem mandata servanda et implenda nullo divino adjutorio nos egere. Necessariam vero nobis esse remissionem peccatorum, quia ea quae a nobis in praeteritum malefacta sunt, infecta facere non valemus.

A nosotros, empero, nos basta que ningún fiel se encuentra en la Iglesia de Dios en cualquier progreso y excelencia de justicia que se atreva a decirse a sí mismo que no es necesaria la petición de la oración dominical: "Perdónanos nuestras deudas"; y diga que no tiene pecado, para no engañarse a sí mismo y que la verdad no esté en él (I Jn I, 8), aunque ya viva sin queja. Pues no cualquier clase de tentación incluso humana, sino el pecado grave es lo que viene a ser queja.

Las demás cosas que se le han objetado, según tu Beatitud vea que han sido defendidas en las Actas, así sin duda juzgará de ellas. Ciertamente la suavidad mitísima de tu corazón nos perdonará que hayamos enviado a tu Santidad una carta tal vez más prolija de lo que quisieras. Pues no refundimos nuestro riachuelo para aumentar tu fuente caudalosa; sino que en esta no pequeña tentación del tiempo, de la cual nos libre aquel a quien decimos: "No nos metas en tentación", queremos que sea aprobado por ti si también el nuestro, aunque exiguo, emana de la misma cabeza de las aguas de donde emana también el tuyo abundante, y ser consolados por tus respuestas sobre la común participación de una misma gracia.

Carta CLXXVIII.

Agustín a Hilario, sobre la herejía pelagiana condenada en dos concilios en África.

Al señor beatísimo y venerable hermano y consacerdote en la verdad de Cristo, HILARIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

Nuestro honorable hijo Paladio, al navegar desde nuestra costa, más bien dio un beneficio al pedirlo, para que no solo lo encomendara a él a tu Benignidad, sino también a mí mismo a tus oraciones, señor beatísimo y venerable hermano en la caridad de Cristo. Al hacer yo esto, ciertamente tu Santidad hará lo que ambos presumimos sobre el asunto. Las cosas que hay entre nosotros, puesto que sé que vuestra dilección está solícita por nosotros, como la nuestra por vosotros, las oirá tu Santidad del mencionado portador. Sin embargo, diré brevemente lo que es más necesario. Una cierta nueva herejía enemiga de la gracia de Cristo intenta levantarse contra la Iglesia de Cristo; pero aún no está evidentemente separada de la Iglesia: a saber, de hombres que se atreven a atribuir tanta potestad a la debilidad humana, que sostienen que esto solo pertenece a la gracia de Dios: que fuimos creados con libre albedrío y con la posibilidad de no pecar, y que recibimos los mandatos de Dios que debían ser cumplidos por nosotros; pero que para el resto, para guardar y cumplir los mismos mandatos, no necesitamos de ningún auxilio divino. Que nos es necesaria, ciertamente, la remisión de los pecados, porque las cosas que por nosotros han sido mal hechas en el pasado, no somos capaces de hacer que no hayan sido hechas.

Cavendis autem futuris vincendisque peccatis, omnibusque tentationibus virtute superandis, sine ullo deinceps adjutorio gratiae Dei naturali possibilitate humanam sufficere voluntatem. Nec parvulos indigere gratia Salvatoris, qua per ejus baptismum a perditione liberentur, eo quod nullum ex Adam contagium damnationis attraxerint.

Quam sint haec inimica gratiae Dei, quae per Jesum Christum Dominum nostrum humano generi indulta est, et quemadmodum totius fidei christianae fundamenta evertere moliantur, pervidet nobiscum Venerabilitas vestra. Neque apud vos tacere debuimus, ut ejusmodi homines, quos quidem sanari in Ecclesia, quam ex illa resecari magis volumus et optamus, cura pastorali caveatis. Jam enim cum ista scriberem, cognoveramus in ecclesia Carthaginensi adversus eos episcopalis concilii conditum fuisse decretum, per epistolam sancto et venerabili Papae Innocentio dirigendum; et nos de concilio Numidiae ad eamdem apostolicam Sedem jam similiter scripseramus.

3. Omnes enim qui spem habemus in Christo, huic pestiferae impietati resistere, eamque concorditer damnare et anathemare debemus: quae contradicit etiam orationibus nostris, concedens quidem ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. VI, 12); et hoc ita concedens, ut asserat hominem in hoc corruptibili corpore quod aggravat animam, posse suis viribus ad tantam justitiam pervenire, ut neque hoc illi sit dicere necessarium, Dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod sequitur, Ne nos inferas in tentationem (Ib. 12, 13), non sic accipiunt tanquam Deus orandus sit quo nos ad superandas tentationes adjuvet peccatorum, sed ne quisquam irruens corporaliter nos humanus casus affligat; quoniam peccatorum tentationes vincere ita sit jam in nostra positum potestate, possibilitate naturae, ut hoc inaniter impetrandum orationibus arbitremur. Non possumus una epistola brevi omnia vel plurima tantae impietatis argumenta colligere, praesertim quia cum ista conscriberem, perlatores navigaturi me immorari diutius non sinebant. Puto autem onerosum me non fuisse sanctis sensibus tuis, quod de tanto malo, omnique vigilantia, Domino adjuvante, vitando, tacere non potui.

EPISTOLA CLXXIX . Augustinus Joanni episcopo Jerosolymitano, retegens Pelagii haeresim contentam in ejus libro, quem ipsi transmittit una cum libro de Natura et Gratia a se contra istum elaborato; petens vicissim ut mittat Gesta ecclesiastica Diospolitanae synodi, quibus Pelagius purgatus esse perhibetur.

Domino beatissimo, ac merito venerabili fratri et coepiscopo JOANNI, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

Pero que para evitar los pecados futuros y vencerlos, y para superar con la virtud todas las tentaciones, basta la voluntad humana por su posibilidad natural sin ningún auxilio sucesivo de la gracia de Dios. Y que los párvulos no necesitan de la gracia del Salvador por la cual, mediante su bautismo, sean librados de la perdición, por el hecho de que no han contraído ningún contagio de condenación de Adán.

Cuán enemigas sean estas cosas de la gracia de Dios, que por Jesucristo nuestro Señor ha sido concedida al género humano, y de qué modo se esfuerzan por subvertir los fundamentos de toda la fe cristiana, lo ve con nosotros vuestra Venerabilidad. Ni debimos callar ante vosotros, para que con cuidado pastoral os guardéis de hombres de esta clase, a los cuales más bien deseamos y optamos que sanen en la Iglesia que no que sean cortados de ella. Pues ya cuando escribía esto, habíamos sabido que en la iglesia de Cartago se había promulgado un decreto de un concilio episcopal contra ellos, para ser dirigido por carta al santo y venerable Papa Inocencio; y nosotros ya habíamos escrito de modo similar del concilio de Numidia a la misma Sede Apostólica.

3. Pues todos los que tenemos esperanza en Cristo, debemos resistir a esta impiedad pestífera, y condenarla y anatematizarla unánimemente: la cual contradice incluso nuestras oraciones, concediendo ciertamente que usamos: Perdónanos nuestras deudas, como también nosotros perdonamos a nuestros deudores (Mat. VI, 12); y concediendo esto de tal modo, que afirma que el hombre, en este cuerpo corruptible que agrava el alma, puede llegar por sus propias fuerzas a tan gran justicia, que ni siquiera le sea necesario decir esto: Perdónanos nuestras deudas. Pero aquello que sigue: No nos metas en tentación (Ib. 12, 13), no lo aceptan como si se debiera orar a Dios para que nos ayude a superar las tentaciones de los pecados, sino para que no nos aflija algún caso humano que irrumpa corporalmente; puesto que vencer las tentaciones de los pecados estaría ya de tal modo puesto en nuestra potestad, por la posibilidad de la naturaleza, que juzguemos que esto se ha de impetrar vanamente con oraciones. No podemos en una sola carta breve reunir todos o muchísimos argumentos de tan gran impiedad, especialmente porque cuando escribía esto, los portadores que iban a navegar no me permitían demorarme más tiempo. Pero pienso que no he sido gravoso a tus santos sentidos, porque no pude callar sobre tan gran mal, que se ha de evitar con toda vigilancia, con la ayuda del Señor.

CARTA CLXXIX. Agustín al obispo Juan de Jerusalén, descubriendo la herejía de Pelagio contenida en su libro, el cual le envía junto con el libro sobre la Naturaleza y la Gracia elaborado por él mismo contra aquel; pidiendo a su vez que envíe las Actas eclesiásticas del sínodo de Dióspolis, por las cuales se dice que Pelagio ha sido purificado.

Al señor beatísimo y merecidamente venerable hermano y coepiscopo JUAN, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Quod tuae Sanctitatis scripta non merui, nihil audeo succensere: melius enim perlatorem credo defuisse, quam me suspicor a tua Veneratione contemptum, domine beatissime, et merito venerabilis frater. Nunc vero quoniam servum Dei Lucam, per quem ista direxi, cito comperi esse rediturum, agam Domino, et tuae benignitati uberes gratias, si me litteris fueris visitare dignatus. Pelagium vero fratrem nostrum, filium tuum, quem audio quod multum diligis, hanc illi suggero exhibeas dilectionem, ut homines qui eum noverunt et diligenter audierunt, non ab eo tuam Sanctitatem existiment falli.

2. Nam quidam ex discipulis ejus adolescentes honestissime nati, et institutis liberalibus eruditi, spem quam habebant in saeculo, ejus exhortatione dimiserunt , et se ad Dei servitium contulerunt. In quibus tamen cum apparuissent quaedam sanae doctrinae adversantia, quae Salvatoris Evangelio continetur, et apostolicis sermonibus declaratur, id est cum invenirentur contra Dei gratiam disputare, propter quam christiani sumus, et in qua spiritu ex fide spem justitiae exspectamus, et admonitionibus nostris inciperent emendari; dederunt mihi librum, quem ejusdem Pelagii esse dixerunt, rogantes ut ei potius responderem: quod posteaquam vidi me facere debere, ut eo modo error ipse nefarius de cordibus eorum perfectius auferretur, legi atque respondi.

3. In hoc libro ille Dei gratiam non appellat nisi naturam, qua libero arbitrio conditi sumus. Illam vero, quam innumerabilibus testimoniis sancta Scriptura commendat, ea nos justificari, hoc est, justos fieri docens, et in omni opere bono, sive agendo, sive perficiendo, Dei misericordia juvari; quod etiam orationes sanctorum apertissime ostendunt, quibus ea petuntur a Domino, quae praecipiuntur a Domino: hanc ergo gratiam non solum tacet, sed ei contraria multa loquitur. Affirmat enim, vehementerque contendit, per solum liberum arbitrium sibi humanam sufficere posse naturam ad operandam justitiam et omnia Dei mandata servanda. Unde quis non videat, cum eumdem libro legerit, quemadmodum oppugnetur gratia Dei, de qua dicit Apostolus, Miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Dominum nostrum Jesum Christum (Rom VII, 24, 25); et nullus locus divino adjutorio relinquatur, propter quod orantes dicere debeamus, Ne nos inferas in tentationem (Matth. VI, 13); sine causa etiam Dominus apostolo Petro dixisse videatur, Rogavi pro te, ne deficiat fides tua (Luc. XXII, 32), si hoc totum in nobis nullo auxilio Dei, sed potestate voluntatis impletur?

1. Que no haya merecido los escritos de tu Santidad, no me atrevo a indignarme por nada: pues creo que más bien faltó el portador, que sospechar que soy despreciado por tu Veneración, señor beatísimo y merecidamente venerable hermano. Pero ahora, puesto que pronto he sabido que el siervo de Dios Lucas, por quien envié estas cosas, ha de volver, daré copiosas gracias al Señor y a tu benignidad, si te dignares visitarme con tus letras. En cuanto a Pelagio, nuestro hermano, hijo tuyo, a quien oigo que amas mucho, le sugiero esto: que le muestres tal dilección, que los hombres que lo han conocido y escuchado diligentemente, no piensen que tu Santidad es engañada por él.

2. Pues algunos de sus discípulos, jóvenes nacidos muy honestamente y eruditos en las instituciones liberales, por su exhortación dejaron la esperanza que tenían en el siglo, y se entregaron al servicio de Dios. En los cuales, sin embargo, habiendo aparecido algunas cosas contrarias a la sana doctrina, que se contiene en el Evangelio del Salvador y se declara por los sermones apostólicos, es decir, cuando se les encontraba disputando contra la gracia de Dios, por la cual somos cristianos, y en la cual en espíritu por la fe esperamos la esperanza de la justicia, y comenzaban a ser enmendados por nuestras amonestaciones; me dieron un libro, que dijeron que era del mismo Pelagio, rogando que más bien yo le respondiera: lo cual, después que vi que debía hacerlo, para que de ese modo el mismo error nefando fuera quitado más perfectamente de sus corazones, lo leí y respondió.

3. En este libro él no llama gracia de Dios sino a la naturaleza con la que fuimos creados con libre albedrío. Pero aquella gracia que la sagrada Escritura recomienda con innumerables testimonios, enseñando que por ella somos justificados, esto es, hechos justos, y que somos ayudados en toda obra buena, ya sea al actuar o al perfeccionar, por la misericordia de Dios; lo cual también muestran muy abiertamente las oraciones de los santos, con las que se piden al Señor aquellas cosas que son mandadas por el Señor: a esta gracia, por tanto, no solo la silencia, sino que dice muchas cosas contrarias a ella. Pues afirma, y sostiene vehementemente, que por el solo libre albedrío la naturaleza humana puede bastarse a sí misma para obrar la justicia y guardar todos los mandamientos de Dios. Por lo cual, ¿quién no verá, cuando lea el mismo libro, de qué modo es atacada la gracia de Dios, de la cual dice el Apóstol: ¡Infeliz de mí! ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por nuestro Señor Jesucristo (Rom VII, 24, 25); y que no se deja ningún lugar al auxilio divino, por el cual orando debemos decir: No nos metas en tentación (Mat. VI, 13); y que incluso el Señor parecería haber dicho sin causa al apóstol Pedro: He rogado por ti, para que no falte tu fe (Lc. XXII, 32), si todo esto se cumple en nosotros por ningún auxilio de Dios, sino por la potestad de la voluntad?

4. His itaque disputationibus perversis et impiis, non solum contradicitur orationibus nostris, quibus a Domino petimus quidquid sanctos petiisse legimus et tenemus; verum etiam benedictionibus nostris resistitur, quando super populum dicimus, optantes eis et poscentes a Domino, ut eos abundare faciat in charitate invicem, et in omnes (I Thess. III, 12), et det eis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per Spiritum ejus (Ephes. III, 16); et impleat eos omni gaudio, et pace in credendo, et abundent in spe, et potentia Spiritus sancti (Rom. XV, 13). Utquid eis ista petimus, quae populis a Domino petiisse Apostolum novimus, si jam natura nostra, creata cum libero arbitrio, omnia haec sibi potest sua voluntate praestare? utquid etiam dicit idem ipse Apostolus, Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei; si spiritu naturae nostrae agimur, ut efficiamur filii Dei? utquid dicit similiter, Spiritus adjuvat infirmitatem nostram (Id. VIII, 14, 26); si natura nostra sic creata est, ut Spiritu ad opera justitiae non indigeat adjuvari? utquid scriptum est, Fidelis autem Deus, qui non permittet vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere (I Cor. X, 13); si jam ita conditi sumus, ut viribus liberi arbitrii universas tentationes sustinendo superare possimus?

5. Quid pluribus agam apud Sanctitatem vestram? quandoquidem me onerosum sentio; maxime quia per interpretem audis litteras meas. Si diligitis Pelagium, diligat vos etiam ipse, imo magis seipsum; et non vos fallat. Cum enim auditis eum confiteri gratiam Dei et adjutorium Dei, putatis hoc eum dicere quod et vos qui catholica regula sapitis, quoniam quid in libro suo scripserit ignoratis. Propter hoc, ipsum librum misi, et meum quo ei respondi; unde perspiciat Venerabilitas vestra, quam gratiam vel adjutorium Dei dicat, quando illi objicitur quod gratiae Dei et adjutorio contradicat. Proinde ostende illi docendo, et hortando, et pro ejus salute, quae in Christo esse debet, orando, ut eam Dei gratiam confiteatur, quam probantur sancti Dei fuisse confessi, cum a Domino ea ipsi peterent quae illis jubebat ut facerent: quoniam neque juberentur, nisi ut nostra voluntas ostenderetur; neque peterentur, nisi ut voluntatis infirmitas ab illo qui jusserat, juvaretur.

4. Por tanto, con estas disputas perversas e impías, no solo se contradice a nuestras oraciones, con las que pedimos al Señor todo lo que leemos y sostenemos que los santos han pedido; sino que incluso se resiste a nuestras bendiciones, cuando hablamos sobre el pueblo, deseándoles y pidiendo al Señor que los haga abundar en la caridad mutua y para con todos (1 Tes. III, 12), y les dé según las riquezas de su gloria ser fortalecidos con la virtud por su Espíritu (Ef. III, 16); y los llene de todo gozo y paz en el creer, y abunden en la esperanza y en la potencia del Espíritu Santo (Rom. XV, 13). ¿Para qué les pedimos estas cosas, que sabemos que el Apóstol pidió al Señor para los pueblos, si ya nuestra naturaleza, creada con libre albedrío, puede prestarse todas estas cosas a sí misma por su voluntad? ¿Para qué también dice el mismo Apóstol: Pues cuantos son guiados por el Espíritu de Dios, estos son hijos de Dios; si somos guiados por el espíritu de nuestra naturaleza para que seamos hechos hijos de Dios? ¿Para qué dice de igual modo: El Espíritu ayuda nuestra flaqueza (Id. VIII, 14, 26); si nuestra naturaleza fue de tal modo creada que no necesita ser ayudada por el Espíritu para las obras de justicia? ¿Para qué está escrito: Pero fiel es Dios, que no permitirá que seáis tentados sobre lo que podéis, sino que hará con la tentación también la salida, para que podáis sostenerla (1 Cor. X, 13); si ya fuimos de tal modo creados que con las fuerzas del libre albedrío podemos superar todas las tentaciones sosteniéndolas?

5. ¿Para qué trataré más con vuestra Santidad? puesto que me siento gravoso; especialmente porque oyes mis letras por medio de un intérprete. Si amáis a Pelagio, que os ame también él a vosotros, o mejor aún, más a sí mismo; y no os engañe. Pues cuando le oís confesar la gracia de Dios y el auxilio de Dios, pensáis que él dice esto que también vosotros, que sentís según la regla católica, puesto que ignoráis qué escribió en su libro. Por esto, envié el libro mismo, y el mío con el que le respondí; por donde perciba vuestra Venerabilidad qué gracia o auxilio de Dios dice él, cuando se le objeta que contradice la gracia de Dios y el auxilio de Dios. Por tanto, muéstrale enseñando, y exhortando, y orando por su salud, que debe estar en Cristo, que confiese aquella gracia de Dios que se prueba que los santos de Dios confesaron, cuando ellos mismos pedían al Señor aquellas cosas que les mandaba que hicieran: puesto que ni se mandaría sino para que se mostrase nuestra voluntad, ni se pediría sino para que la flaqueza de la voluntad fuera ayudada por aquel que había mandado.

6. Aperte interrogetur utrum ei placeat orandum esse a Domino ne peccemus. Quod si ei displicet, legatur in auribus ejus Apostolus dicens, Oramus autem ad Deum, ne quid faciatis mali (II Cor. XIII, 7): si autem placet, aperte praedicet gratiam qua juvamur, ne ipse faciat multum mali. Hac enim gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum omnes liberantur, quicumque liberantur: quoniam nemo, praeter ipsam, quolibet alio modo liberari potest. Propter hoc scriptum est, Sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur (I Cor. XV, 22): non quia nemo damnabitur; sed quia nemo aliter liberabitur . Quia sicut nulli nisi per Adam filii hominis, ita nulli nisi per Christum filii Dei. Omnes itaque filii hominis nonnisi per Adam, et omnes ex eis filii Dei nonnisi per Christum fieri possunt. Aperte itaque etiam hinc exprimat quid sentiat; utrum placeat ei etiam parvulos qui nondum justitiam possunt velle vel nolle, tamen propter unum hominem, per quem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt (Rom. V, 12), per Christi gratiam liberari: utrum etiam pro ipsis fusum credat sanguinem Christi propter originale peccatum, qui utique in remissionem fusus est peccatorum (Matth. XVI, 28). De his maxime ab illo volumus nosse quid credat, quid teneat, quid certe confiteatur et praedicet. In aliis autem quae illi objiciuntur, etiamsi errare convincitur, tamen donec corrigatur, tolerabilius sustinetur.

7. Peto etiam nobis transmittere, quibus perhibetur esse purgatus, ecclesiastica Gesta digneris. Quod ex multorum episcoporum desiderio peto, quos mecum de hac re fama incerta perturbat: sed ideo solus hoc scripsi, quia occasionem perlatoris festinantis a nobis, quem cito ad nos audivi posse remeare, praetermittere nolui. Pro quibus Gestis jam nobis misit non quidem ullam partem Gestorum, sed quamdam a se conscriptam velut defensionem suam, qua se dixit objectis respondisse Gallorum . In qua, ut alia omittam, cum ad illud responderet, quod ei objectum est, eum dixisse posse hominem esse sine peccato, et mandata Dei custodire si velit, Diximus, inquit; hanc enim illi Deus possibilitatem dedit. Non diximus, quoniam inveniatur quis ab infantia usque ad senectam, qui nunquam peccaverit; sed quoniam a peccatis conversus labore proprio, et gratia Dei adjutus potest absque peccato esse, nec propter hoc in posterum erit inconvertibilis.

6. Pregúntesele abiertamente si le agrada que se deba orar al Señor para que no pequemos. Pues si esto le desagrada, léase en sus oídos al Apóstol diciendo: Pero rogamos a Dios que no hagáis nada malo (2 Cor. XIII, 7): pero si le agrada, predique abiertamente la gracia por la cual somos ayudados, para que él mismo no haga mucho mal. Pues por esta gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor son librados todos los que son librados: puesto que nadie, fuera de ella, puede ser librado de cualquier otro modo. Por esto está escrito: Como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados (1 Cor. XV, 22): no porque nadie será condenado, sino porque nadie será librado de otro modo. Porque como nadie sino por Adán es hijo de hombre, así nadie sino por Cristo es hijo de Dios. Todos los hijos de hombre, por tanto, no pueden hacerse sino por Adán, y todos los que de ellos son hijos de Dios no pueden hacerse sino por Cristo. Exprese abiertamente, pues, también de aquí qué siente; si le agrada que incluso los párvulos, que aún no pueden querer o no querer la justicia, sin embargo, por causa de un solo hombre por el cual entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en el cual todos pecaron (Rom. V, 12), sean librados por la gracia de Cristo: si cree que también por ellos fue derramada la sangre de Cristo por causa del pecado original, la cual ciertamente fue derramada para la remisión de los pecados (Mat. XVI, 28). De estas cosas queremos saber especialmente de él qué cree, qué sostiene, qué confiesa y predica ciertamente. En cuanto a las otras cosas que se le objetan, aunque se le convenza de errar, sin embargo, mientras se corrija, se le soporta más tolerablemente.

7. Pido también que te dignes transmitirnos las Actas eclesiásticas por las cuales se dice que ha sido purificado. Lo cual pido por el deseo de muchos obispos, a quienes conmigo perturba sobre este asunto una fama incierta: pero por eso solo yo escribí esto, porque no quise dejar pasar la ocasión del portador que se apresuraba de nosotros, de quien oí que pronto puede regresar a nosotros. Sobre las cuales Actas ya nos envió, no ciertamente ninguna parte de las Actas, sino una cierta defensa escrita por él mismo, como suya, con la que dijo haber respondido a las objeciones de los galos. En la cual, para omitir otras cosas, cuando respondía a aquello que se le objetó, que él había dicho que el hombre puede estar sin pecado y guardar los mandatos de Dios si quiere, dijo: "Dijimos; pues Dios le dio esta posibilidad. No dijimos que se encuentre alguien desde la infancia hasta la senectud que nunca haya pecado; sino que convertido de los pecados por el propio trabajo, y ayudado por la gracia de Dios, puede estar sin pecado, ni por esto será en el futuro inconvertible".

8. In hac Pelagii responsione cernit Reverentia tua hoc eum fuisse confessum, priorem hominis vitam, quae est ab infantia, sine peccato non esse, sed eum ad vitam quae sine peccato sit, labore proprio et adjuto per gratiam Dei posse converti. Cur ergo in hoc libro, cui respondi, vel ita hic vixisse dicit, ut nihil omnino peccaverit? Nam ejus de hac re ista sunt verba: Hoc, inquit, recte dici potest de his quorum neque bonorum, neque malorum Scriptura sit memor: de illis vero quorum justitiae meminit, et peccatorum sine dubio meminisset, si qua eos peccasse sensisset. Sed esto, inquit, aliis temporibus turbae numerositate omnium dissimulaverit peccata contexere; in ipso statim mundi primordio, ubi nonnisi quatuor homines erant, quid, inquit, dicimus, cur non omnium voluerit dicta memorare? Utrumne ingentis multitudinis causa, quae nondum erat? an quia illorum tantum, qui commiserant, meminit, illius vero qui nulla commiserat, meminisse non potuit? Certe, inquit, primo in tempore Adam et Eva, ex quibus Cain et Abel nati sunt, quatuor homines tantum fuisse referuntur. Peccavit Eva; Scriptura hoc prodidit: Adam quoque deliquit; eadem Scriptura non tacuit: sed et Cain peccasse ipsa quoque Scriptura testata est. Quorum non modo peccata, verum etiam peccatorum indicat qualitatem. Quod si et Abel peccasset, inquit, et hoc sine dubio Scriptura dixisset: si non dixit, ergo nec ille peccavit.

9. Haec verba de libro ejus decerpsi, quae in ipso quoque volumine tua Sanctitas poterit invenire; ut intelligatis quemadmodum et caetera neganti credere debeatis. Nisi forte dicat ipsum Abel nihil peccasse; sed ideo non fuisse sine peccato, et ideo non posse Domino comparari, qui in carne mortali solus sine peccato fuit, quia erat in Abel originale peccatum, quod de Adam traxerat, non in seipso ipse commiserat: utinam saltem hoc dicat, ut interim ejus de baptismo parvulorum certam sententiam tenere possimus! Aut si forte, quoniam dixit ab infantia usque ad senectutem, ideo dicat Abel non peccasse, quia nec senuisse monstratur. Non hoc indicant verba ejus: ab initio priorem vitam dixit peccatricem; posteriorem vero posse esse sine peccato. Ait enim non se dixisse, quoniam inveniatur quis ab infantia usque ad senectutem, qui non peccaverit; sed quoniam a peccatis conversus labore proprio, et gratia Dei adjutus potest absque peccato esse. Cum enim dicit, a peccatis conversus, ostendit priorem vitam in peccatis agi. Fateatur ergo quod peccaverit Abel, cujus prima vita fuit in saeculo, quam fatetur non carere peccatis, et respiciat librum suum, ubi eum dixisse constat, quod ait in hac defensione, Non diximus.

8. En esta respuesta de Pelagio ve vuestra Reverencia que él confesó esto: que la vida anterior del hombre, que es desde la infancia, no está sin pecado, pero que él puede convertirse a la vida que esté sin pecado, por el propio trabajo y ayudado por la gracia de Dios. ¿Por qué, pues, en este libro al que respondí, dice que vivieron aquí incluso de modo que no pecaron en absoluto? Pues sus palabras sobre este asunto son estas: "Esto", dice, "puede decirse rectamente de aquellos de cuyos hechos ni buenos ni malos hace mención la Escritura: pero de aquellos de cuya justicia hace memoria, sin duda habría hecho memoria también de sus pecados, si hubiera sentido que habían pecado en algo. Pero sea", dice, "que en otros tiempos, por la numerosidad de la muchedumbre, haya disimulado entretejer los pecados de todos; en el mismo inicio del mundo, donde no había sino cuatro hombres, ¿qué decimos?", dice, "¿por qué no habría querido recordar los dichos de todos? ¿Acaso por causa de la ingente multitud, que aún no existía? ¿o porque solo recordó a aquellos que habían cometido pecados, pero de aquel que no había cometido ninguno, no pudo recordarlo? Ciertamente", dice, "en el primer tiempo Adán y Eva, de los cuales nacieron Caín y Abel, se refiere que fueron solo cuatro hombres. Pecó Eva; la Escritura lo manifestó: también Adán delinquió; la misma Escritura no calló: pero también que Caín pecó la misma Escritura lo testificó. De los cuales no solo indica los pecados, sino incluso la calidad de los pecados. Pero si también Abel hubiera pecado", dice, "sin duda la Escritura también habría dicho esto: si no lo dijo, por tanto tampoco él pecó".

9. Estas palabras las he entresacado de su libro, las cuales podrá encontrar vuestra Santidad también en el volumen mismo; para que entendáis de qué modo debéis creerle en lo demás que niega. A no ser que tal vez diga que el mismo Abel no pecó en nada; pero que por eso no estuvo sin pecado, y por eso no puede compararse al Señor, quien solo estuvo sin pecado en la carne mortal, porque había en Abel pecado original, el cual había contraído de Adán, no que él mismo hubiera cometido en sí mismo: ¡ojalá al menos diga esto, para que entretanto podamos tener su sentencia cierta sobre el bautismo de los párvulos! O si tal vez, porque dijo "desde la infancia hasta la senectud", por eso diga que Abel no pecó, porque no se muestra que haya envejecido. No indican esto sus palabras: desde el principio dijo que la vida anterior era pecadora; pero que la posterior puede estar sin pecado. Pues afirma que él no dijo: "que se encuentre alguien desde la infancia hasta la senectud que no haya pecado; sino que convertido de los pecados por el propio trabajo, y ayudado por la gracia de Dios, puede estar sin pecado". Pues cuando dice "convertido de los pecados", muestra que la vida anterior se pasó en pecados. Confiese, pues, que Abel pecó, cuya primera vida fue en el siglo, la cual confiesa que no carece de pecados, y mire hacia su libro, donde consta que él dijo lo que afirma en esta defensa: "No dijimos".

10. Si autem et hunc librum, vel hunc in eo libro locum esse negaverit suum; ego quidem idoneos testes habeo honestos et fideles viros, et ejus sine dubio dilectores, quibus attestantibus purgare me possum, quod eumdem librum ipsi mihi dederint, et ibi hoc legatur, eumque Pelagii esse dixerint, ut saltem hoc mihi sufficiat, ne dicat a me fuisse sive conscriptum, sive falsatum. Jam inter illos eligat quisque cui credat; meum non est de hac re diutius disputare. Rogamus ut certe transmittas ipsi, si negaverit se ista sentire, quae illi objiciuntur inimica gratiae Christi. Tam quippe operta est ejus defensio, ut si vestram sanctam prudentiam, qui ejus alia scripta non nostis, nulla verborum ambiguitate fefellerit, magno gaudio gratulabimur; non multum curantes utrum illa perversa et impia nunquam senserit, an se ab eis aliquando correxerit.

Epistola CLXXX.

Augustinus Oceano, rescribens paucis de animae origine, et de officioso mendacio, petensque ut mittat Hieronymi librum de Resurrectione carnis.

Domino merito charissimo, et in Christi membris honorando fratri OCEANO, AUGUSTINUS, salutem.

1. Duas accepi simul epistolas Dilectionis tuae, quarum in una facis tertiae mentionem, et eam te prius misisse commemoras; quam accepisse non recolo, imo bene mihi recolere videor quod non acceperim. De iis tamen quas accepi, ago uberes gratias benignitati erga nos tuae. Quibus ut non continuo responderem, in alia atque alia diversarum occupationum tempestate direptus sum Unde nunc stillam vacantis temporis nactus, respondere aliquid malui, quam ad tuam sincerissimam charitatem diuturnum habere silentium, et fieri taciturnitate, quam loquacitate importunior.

2. De origine animarum quid sanctus Hieronymus sentiat, jam sciebam, et haec ipsa quae ex libro ejus in epistola tua posuisti verba jam legeram. Verum non hoc quaestionem molestam facit, quod movet quosdam, quomodo Deus adulterinis etiam conceptibus juste animas largiatur; cum bene viventibus, et ad Deum fide ac pietate conversis, ne propria quidem, quanto minus parentum, possint obesse peccata. Sed merito quaeritur, si verum est novas ex nihilo animas singulas singulis nascentibus fieri, quomodo tam innumerabiles animae parvulorum, quas Deo certum est, ante rationales annos, antequam quidquam justum injustumve sapere vel capere possint, sine Baptismo de corporibus exituras, juste in damnationem dentur, ab illo utique apud quem non est iniquitas (Rom. IX, 14). Non opus est de hac re plura dicere, cum scias quid velim, vel potius quid nolim dicere; satis existimo sapienti esse quod dixi.

10. Pero si negara que incluso este libro, o este lugar en ese libro, es suyo; yo ciertamente tengo testigos idóneos, hombres honestos y fieles, y sin duda amantes de él, con cuyo atestiguamiento puedo purificarme de que ellos mismos me dieron el mismo libro, y allí se lee esto, y dijeron que era de Pelagio, para que al menos esto me baste, no sea que diga que fue o escrito o falseado por mí. Ya elija cada uno entre ellos a quién creer; no es cosa mía disputar más tiempo sobre este asunto. Rogamos que ciertamente le transmitas a él mismo, si negara que siente esas cosas que se le objetan como enemigas de la gracia de Cristo. Tan cubierta es su defensa que, si no hubiera engañado con ninguna ambigüedad de palabras a vuestra santa prudencia, que no conocéis sus otros escritos, nos felicitaremos con gran gozo; no cuidando mucho si nunca sintió aquellas cosas perversas e impías, o si alguna vez se corrigió de ellas.

Carta CLXXX.

Agustín a Océano, respondiendo en pocas palabras sobre el origen del alma y sobre la mentira oficiosa, y pidiendo que envíe el libro de Jerónimo sobre la Resurrección de la carne.

Al señor merecidamente carísimo y hermano honorable en los miembros de Cristo, OCÉANO, AGUSTÍN, salud.

1. Recibí a la vez dos cartas de tu Dilección, en una de las cuales haces mención de una tercera, y recuerdas haberla enviado antes; la cual no recuerdo haber recibido, es más, me parece recordar bien que no la recibí. Sin embargo, por esas que recibí, doy copiosas gracias a tu benignidad para con nosotros. A las cuales, para no responder continuamente, fui arrebatado en una y otra tempestad de diversas ocupaciones. Por lo cual ahora, habiendo hallado una gota de tiempo vacante, preferí responder algo, antes que tener un prolongado silencio para con tu sincerísima caridad, y hacerme más importuno por el silencio que por la locuacidad.

2. Sobre el origen de las almas, qué siente el santo Jerónimo, ya lo sabía, y estas mismas palabras que pusiste en tu carta de su libro ya las había leído. Pero no es esto lo que hace molesta la cuestión, lo cual mueve a algunos: cómo Dios otorga justamente las almas incluso a los conceptos adulterinos; puesto que a los que viven bien, y se convierten a Dios por la fe y la piedad, no pueden obstaculizarles ni siquiera los propios pecados, cuánto menos los de los padres. Pero se pregunta con razón, si es verdad que se hacen nuevas almas de la nada, una para cada uno de los que nacen, cómo tantas innumerables almas de párvulos, de las cuales es cierto para Dios que han de salir de los cuerpos sin el Bautismo antes de los años racionales, antes de que puedan saber o captar algo justo o injusto, son dadas justamente a la condenación por aquel ante quien ciertamente no hay iniquidad (Rom. IX, 14). No es necesario decir más sobre este asunto, pues sabes qué quiero, o mejor dicho, qué no quiero decir; juzgo que es suficiente para un sabio lo que he dicho.

Verumtamen si aliquid hinc, quo ista quaestio solvi queat, vel legisti, vel ex ore ejus audisti, vel tibi ipsi Dominus cogitanti donavit ut noveris; impartire, obsecro, mihi, ut gratias uberiores agam.

3. Illud vero de officioso utilique mendacio, quod exemplo Domini de die et hora hujus saeculi finiendi nec Filium scire dicentis (Marc. XIII, 32), putasti esse solvendum; conatu quidem ingenii tui, cum legerem, delectabar, sed nullo modo mihi videtur tropicam locutionem recte dici posse mendacium. Non enim mendacium est, cum diem laetum dicimus, quod laetos faciat; aut tristem lupinum, quod gustantis vultum amaro sapore contristet; sicut Deum scire, cum cognoscentem hominem facit; hoc enim dictum ad Abraham (Gen. XXII, 12) ipse commemorasti. Nequaquam sunt ista mendacia; quod ipse facillime advertis. Proinde beatus Hilarius, cum obscuram quaestionem obscuro hoc genere tropicae locutionis aperuit, ut intelligeremus in eo se nimirum dixisse nescientem, in quo alios facit occultando nescientes, non excusavit mendacium, sed mendacium non esse monstravit; non solum in his usitatioribus tropis, verum in illa etiam, quae appellatur metaphora, quae loquendi consuetudine omnibus nota est (Hilar. de Trinitate, lib. 9). Nam gemmare vites, fluctuare segetes, florere juvenes, contendet quispiam esse mendacium, quod in his rebus nec undas, nec lapides, nec herbas, nec arbores videt, ubi proprie ista verba dicuntur?

4. Porro autem pro tuo ingenio atque eruditione facillime perspicis quantum ab his differat quod ait Apostolus: Cum viderem quia non recte ingrediuntur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus, Si tu, cum sis Judaeus, gentiliter et non judaice vivis, quemadmodum Gentes cogis judaizare (Galat. II, 14)? Nulla est hic tropica obscuritas, verba sunt propria apertae locutionis. Hoc profecto Doctor Gentium, his quos parturiebat donec Christus formaretur in eis (Id. IV, 19), et quibus sub divina attestatione praedixerat, Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior (Id. I, 20), aut verum dixit, aut falsum: si falsum, quod absit, quae sequantur advertis; et ambo ista exhorrescas admonet veritatis indicium, et in apostolo Petro mirabilis humilitatis exemplum.

5. Sed quid hinc diutius? cum de hac quaestione inter nos, ego et praedictus venerabilis frater Hieronymus satis litteris egerimus; et in hoc opere recentissimo, quod sub nomine Critobuli adversus Pelagium modo edidit (Lib. 1 adversus Pelag.), eamdem de ista re gesta dictisque apostolicis sententiam tenuit, quam beatissimi Cypriani etiam nos secuti sumus (Epist. 71 ad Quintum).

Sin embargo, si has leído algo de aquí por lo cual esta cuestión pueda resolverse, o lo has oído de su boca, o el Señor te ha concedido saberlo a ti mismo al pensar; investígamelo, te ruego, para que yo dé gracias más copiosas.

3. Pero aquello sobre la mentira oficiosa y útil, que pensaste que debía resolverse por el ejemplo del Señor, que dijo que ni el Hijo sabe el día y la hora del fin de este siglo (Mc. XIII, 32); me deleitaba ciertamente con el esfuerzo de tu ingenio cuando lo leía, pero de ningún modo me parece que una locución trópica pueda llamarse rectamente mentira. Pues no es mentira cuando decimos que un día es alegre, porque hace alegres a los hombres; o que el altramuz es triste, porque entristece el rostro del que lo gusta con su sabor amargo; así como que Dios sabe, cuando hace conocedor al hombre; pues tú mismo recordaste que esto se dijo a Abraham (Gén. XXII, 12). De ningún modo son esas cosas mentiras; lo cual tú mismo adviertes muy fácilmente. Por tanto, el bienaventurado Hilario, cuando abrió una cuestión oscura con este género oscuro de locución trópica, para que entendiéramos que él sin duda se dijo ignorante en aquello en lo que hace ignorantes a otros ocultándolo, no excusó la mentira, sino que mostró que no era mentira; no solo en estos tropos más usuales, sino incluso en aquella que se llama metáfora, la cual es conocida por todos por la costumbre de hablar (Hilar. de Trinitate, lib. 9). Pues ¿sostendrá alguien que es mentira que las vides germinen, que las mieses ondeen, que los jóvenes florezcan, porque en estas cosas no ve ni gemas, ni ondas, ni hierbas, ni árboles, donde propiamente se dicen esas palabras?

4. Por lo demás, por tu ingenio y erudición percibes muy fácilmente cuánto difiere de estas cosas lo que dice el Apóstol: Cuando vi que no caminaban rectamente según la verdad del Evangelio, dije a Pedro ante todos: Si tú, siendo judío, vives como los gentiles y no como los judíos, ¿cómo obligas a los gentiles a judaizar? (Gál. II, 14). No hay aquí ninguna oscuridad trópica, las palabras son propias de una locución abierta. Esto ciertamente el Doctor de las Gentes, a aquellos por quienes estaba de parto hasta que Cristo se formara en ellos (Id. IV, 19), y a quienes había predicho bajo atestiguación divina: Pero las cosas que os escribo, he aquí ante Dios que no miento (Id. I, 20), o dijo la verdad, o dijo falsedad: si dijo falsedad, lo cual no suceda, adviertes qué cosas siguen; y el indicio de la verdad te amonesta a horrorizarte de ambas cosas, y el ejemplo de admirable humildad en el apóstol Pedro.

5. Pero ¿para qué más sobre esto? puesto que sobre esta cuestión hemos tratado bastante por cartas entre nosotros, yo y el predicho venerable hermano Jerónimo; y en esta obra recientísima que acaba de editar bajo el nombre de Critóbulo contra Pelagio (Lib. 1 contra Pelagio), sostuvo la misma sentencia sobre aquel hecho y las palabras apostólicas, la cual nosotros también hemos seguido tras el beatísimo Cipriano (Ep. 71 a Quinto).

Illud potius de origine animarum, non propter partus adulterinos, sed propter innocentium, quod absit, damnationem, quod, opinor, non stulte quaeritur; si quid a tali ac tanto didicisti viro, quod recte responderi ambigentibus possit, quaeso nobiscum communicare non abnuas. Ita quippe mihi in epistolis tuis eruditus et suavis apparuisti, ut operae pretium sit tecum litteris colloqui. Nescio sane quem librum ejusdem hominis Dei, quem presbyter Orosius attulit, tuaeque Dilectioni describendum dedit, ubi de resurrectione carnis praeclare disputasse laudatur, jam nobis peto non differas mittere. Ideo quippe non eum cito poposcimus, quia et describendum et emendandum utique cogitavimus; cui utrique operi largissimum jam putamus tempus indultum. Memor nostri Deo vivas.

Epistola CLXXXI.

Innocentius, Carthaginensis concilii Patribus, confirmans ipsorum doctrinam ac sententiam adversus Pelagianos.

INNOCENTIUS, AURELIO, NUMIDIO , RUSTICIANO, RIDENTIANO, EVAGRIO, ANTONIO, PALATINO, ADEODATO, VINCENTIO, PUBLIANO, THEASIO, TUTO, PANNONIO, VICTORI, RESTITUTO, alteri RESTITUTO, RUSTICO, FORTUNATIANO, AMPELIO, AMBIVIO, FELICI, DONATIANO, ADEODATO, OCTAVIO, SEROTINO, MAJORINO, POSTHUMIANO, CRISPULO, VICTORI, alteri VICTORI, LEUCIO, MARIANO, FRUCTUOSO, FAUSTINIANO, QUODVULTDEO, CANDORIO, MAXIMO, MEGASIO, RUSTICO, RUFINIANO, PROCULO, SEVERO, THOMAE, JANUARIO, OCTAVIANO, PRAETEXTATO, SIXTO, QUODVULTDEO, PENTADIO, QUODVULTDEO, CYPRIANO, SERVILIO, PELAGIANO, MARCELLO, VENANTIO, DIDYMO, SATURNINO, BIZACENO, GERMANO, GERMANIANO, INVENTIO, MAJORINO, INVENTIO, CANDIDO, CYPRIANO, ROMANIANO, EMILIANO, AFRICANO, MARCELLINO et caeteris qui in Carthaginensi concilio affuerunt dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

1. In requirendo de his rebus, quas omni cum sollicitudine decet a sacerdotibus, maximeque a vero justoque et catholico tractari concilio, antiquae traditionis exempla servantes, et ecclesiasticae memores disciplinae, nostrae religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronuntiaretis, vera ratione firmastis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium, scientes quid apostolicae Sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus apostolum, debeatur, a quo ipse episcopatus et tota auctoritas nominis hujus emersit.

Aquello más bien sobre el origen de las almas, no por causa de los partos adulterinos, sino por causa de la condenación, que no suceda, de los inocentes, lo cual, opino, no se pregunta neciamente; si algo has aprendido de tal y tan grande varón, que pueda responderse rectamente a los que dudan, te ruego que no te niegues a comunicárnoslo. Pues tan erudito y suave me has parecido en tus cartas, que vale la pena conversar contigo por carta. Ciertamente pido que no difieras ya en enviarnos un cierto libro del mismo hombre de Dios, el cual trajo el presbítero Orosio y dio a tu Dilección para ser transcrito, donde se le alaba por haber disputado preclaramente sobre la resurrección de la carne. Pues por eso no lo pedimos pronto, porque ciertamente pensamos que debía ser tanto transcrito como enmendado; para cada una de cuyas obras pensamos que ya se ha concedido un tiempo larguísimo. Acuérdate de nosotros, vive para Dios.

Carta CLXXXI.

Inocencio a los Padres del concilio de Cartago, confirmando su doctrina y sentencia contra los pelagianos.

INOCENCIO a AURELIO, NUMIDIO, RUSTICIANO, RIDENCIANO, EVAGRIO, ANTONIO, PALATINO, ADEODATO, VICENCIO, PUBLIANO, TEASIO, TUTO, PANONIO, VICTOR, RESTITUTO, al otro RESTITUTO, RÚSTICO, FORTUNACIANO, AMPELIO, AMBIVIO, FÉLIX, DONACIANO, ADEODATO, OCTAVIO, SEROTINO, MAYORINO, POSTUMIANO, CRÍSPULO, VICTOR, al otro VICTOR, LEUCIO, MARIANO, FRUCTUOSO, FAUSTINIANO, QUODVULTDEO, CANDORIO, MÁXIMO, MEGASIO, RÚSTICO, RUFINIANO, PRÓCULO, SEVERO, TOMÁS, JANUARIO, OCTAVIANO, PRETEXTATO, SIXTO, QUODVULTDEO, PENTADIO, QUODVULTDEO, CIPRIANO, SERVILIO, PELAGIANO, MARCELO, VENANCIO, DÍDIMO, SATURNINO, BIZACENO, GERMÁN, GERMANIANO, INVENCIO, MAYORINO, INVENCIO, CÁNDIDO, CIPRIANO, ROMANIANO, EMILIANO, AFRICANO, MARCELINO y a los demás dilectísimos hermanos que estuvieron presentes en el concilio cartaginense, salud en el Señor.

1. Al inquirir sobre estas cosas, que conviene que sean tratadas con toda solicitud por los sacerdotes, y especialmente por un concilio verdadero, justo y católico, guardando los ejemplos de la antigua tradición y siendo memoriosos de la disciplina eclesiástica, habéis afirmado el vigor de nuestra religión con verdadera razón no menos ahora al consultar que antes al pronunciaros, los que habéis aprobado que el juicio debe ser referido al nuestro, sabiendo qué se debe a la Sede apostólica, puesto que todos los que estamos puestos en este lugar deseamos seguir al mismo apóstol, de quien surgió el mismo episcopado y toda la autoridad de este nombre.

Quem sequentes, tam mala damnare novimus quam probare laudanda. Vel id vero quod patrum instituta sacerdotali custodientes officio non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid quamvis in disjunctis remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus Sedis notitiam perveniret: ut tota hujus auctoritate justa quae fuerit pronuntiatio firmaretur, indeque sumerent caeterae Ecclesiae (velut de natali suo fonte aquae cunctae procederent, et per diversas totius mundi regiones puri latices capitis incorrupti manarent) quid praeciperent, quos abluerent, quos velut coeno inemundabili sordidatos mundis digna corporibus unda vitaret.

2. Gratulor igitur, fratres charissimi, quod per fratrem et coepiscopum nostrum Julium litteras ad nos destinastis, et cum illis curam geritis quibus praesidetis Ecclesiis, sollicitudinem vestram pro omnium utilitate monstratis, et per cunctas totius orbis Ecclesias omnibus una quod prosit decernendum esse deposcitis: ut suis constabilita regulis Ecclesia, et hoc, quo illos caveat, pronuntiationis justae firmata decreto talibus pavere non possit qui perversis instructi, imo destructi verborum argutiis, sub imagine catholicae fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus, ut hominum recte sentientium in deteriorem partem corda corrumpant, totam veri dogmatis quaerunt evertere disciplinam.

EPÍSTOLA 184 bis. Alabando el estudio de Pedro y Abraham, nota de paso a los pelagianos y prueba que los párvulos que mueren sin el bautismo, como sembrados en la concupiscencia, son condenados; en cambio, los infieles, de los que hay múltiple género, no se corrigen por la autoridad de la sagrada Escritura, sino que se convierten con súplicas oraciones. Institución y orden de los libros de la Ciudad de Dios.

A los señores dilectísimos y santos hijos PEDRO y ABRAHAM, AGUSTÍN, salud en el Señor.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Sanctum quidem studium vestrum, quo a me multa putatis esse quaerenda ut contentiosis impietatibus non inermes resistere valeatis, nec debet justitia spernere, nec charitas potest. Sed diligentem ad omnia responsionem una epistola, quamlibet sit prolixa, non capit. Plurimis autem opusculis nostris aut ad omnia, aut pene ad omnia, quae requiritis, jam me respondisse, quantum potui, noveritis. Quae si legatis, quoniam sic vos audio instituisso vitam qua Deo servitis, ut vobis ad legendum vacet, aut omnis vobis patebit instructio, aut non multum existimo defuturum, praesertim quia inest vobis Doctor interior, cujus gratia tales estis. Nam quid hominem ad aliquid discendum adjuvat homo, si non simus docibiles Domini (Joan. VI, 45)? et in hac tamen epistola nequaquam exspectationem vestram, sicut Dominus adjuvat, brevi saltem responsione fraudabo.

2. Dominus ait: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur (Marc. XVI, 16). Si ergo parvuli cum baptizantur, non inaniter dicitur, sed veraciter agitur, ut inter credentes habeantur, unde etiam nova proles ore Christianorum omnium nuncupantur; profecto si non crediderint, condemnabuntur: ac per hoc, quia nihil ipsi male vivendo addiderunt ad originale peccatum, potest eorum merito dici in illa damnatione minima poena, non tamen nulla. Quisquis autem putat diversitatem futuram non esse poenarum, legat quod scriptum est: Tolerabilius erit Sodomae in die judicii, quam illi civitati (Matth. X, 15). Non ergo a deceptoribus inter regnum et supplicium medius locus quaeratur infantibus; sed transeant a diabolo ad Christum, hoc est, a morte ad vitam, ne ira Dei maneat super eos: ab hac quippe ira Dei non liberat nisi gratia Dei. Quid est autem ira Dei, nisi a Deo justo poena debita atque vindicta? neque enim Deus aliqua commotione turbatur, sicut irascitur mutabilis animus; sed ea quae dicitur ira Dei, nihil est aliud, quam justa poena peccati, quae non mirum, quod transit in posteros.

3. Concupiscentia quippe carnalis, qua seminantur et concipiuntur, non erat ante peccatum, nec fuisset omnino, nisi hominis inobedientiam poena reciproca etiam suae carnis inobedientia sequeretur. Quo malo quamvis bene utatur nuptiarum bonum, non tamen sine illo fieri potest etiam nuptialis, id est liberorum procurandorum causa licitus honestusque concubitus. Sine illo autem fieri posset, si humana in eo statu in quo condita est, non peccando natura mansisset. Possent enim membra etiam genitalia, sicut caetera, ad opus proprium peragendum nutu voluntatis moveri, non aestu libidinis excitari.

1. Vuestro santo estudio ciertamente, por el cual pensáis que debéis pedirme muchas cosas para que podáis resistir no inermes a las impiedades contenciosas, ni la justicia debe despreciarlo, ni la caridad puede. Pero una sola epístola, por más prolixa que sea, no cabe una diligente respuesta a todo. Pero sabed que en muchísimos opúsculos nuestros ya he respondido, en cuanto pude, a todo, o casi a todo lo que requerís. Las cuales cosas si leéis, puesto que así oigo que habéis instituido la vida con que servís a Dios, de modo que tengáis tiempo para leer, o bien os quedará patente toda la instrucción, o bien pienso que no faltará mucho, especialmente porque en vosotros está el Doctor interior, por cuya gracia sois tales. Pues, ¿en qué ayuda el hombre al hombre para aprender algo, si no somos enseñables por el Señor (Jn 6, 45)? Y, sin embargo, en esta epístola de ningún modo defraudaré vuestra expectativa, según el Señor ayude, al menos con una breve respuesta.

2. El Señor dice: «El que creyere y fuere bautizado, será salvo; pero el que no creyere, será condenado» (Mc 16, 16). Si, por tanto, los párvulos cuando son bautizados no se dice en vano, sino que se actúa en verdad para que sean tenidos entre los creyentes, de donde también son llamados nueva prole por boca de todos los cristianos; ciertamente si no creyeren, serán condenados: y por esto, porque ellos mismos, viviendo mal, nada añadieron al pecado original, puede decirse con razón de ellos que en aquella condenación hay una pena mínima, pero no ninguna. Quienquiera, en cambio, que piense que no ha de haber diversidad de penas, lea lo que está escrito: «Más tolerable será para Sodoma en el día del juicio que para aquella ciudad» (Mt 10, 15). No se busque, por tanto, por los engañadores un lugar medio para los infantes entre el reino y el suplicio; sino que pasen del diablo a Cristo, esto es, de la muerte a la vida, no sea que la ira de Dios permanezca sobre ellos: de esta ira de Dios ciertamente no libera sino la gracia de Dios. ¿Qué es, pues, la ira de Dios, sino la pena y venganza debida por parte de Dios justo? Pues Dios no se turba por conmoción alguna, como se airea el ánimo mudable; sino que aquello que se llama ira de Dios no es otra cosa que la justa pena del pecado, la cual no es de admirar que pase a los pósteros.

3. Ciertamente la concupiscencia carnal por la que son sembrados y concebidos no existía antes del pecado, ni existiría en absoluto si no siguiera a la desobediencia del hombre, como pena recíproca, la desobediencia también de su propia carne. De cuyo mal, aunque use bien el bien del matrimonio, sin embargo no puede hacerse sin él incluso el lícito y honesto concúbito por causa de procurar hijos, esto es, el nupcial. Pero sin él podría hacerse si la naturaleza humana hubiera permanecido sin pecar en aquel estado en que fue fundada. Pues podrían también los miembros genitales, como los demás, moverse al arbitrio de la voluntad para realizar la obra propia, no excitarse por el ardor de la libido.

Nam quis neget illa Dei verba, Crescite et multiplicamini (Gen. I, 22), non maledictionem peccatorum, sed benedictionem fuisse nuptiarum? Per hanc ergo concupiscentiam quia neque seminatus, neque conceptus est Christus (quoniam se longe aliter habuit Virginis partus); per hanc, inquam, concupiscentiam quidquid hominum seminatur, concipitur, et nascitur, ne puniatur, opus est renascatur. Quia, etsi de renatis parentibus nascitur, non potest huic praestare generatio carnalis, quod illis non praestitit nisi regeneratio spiritualis. Sicut non solum de oleastri, sed etiam de olivae semine non nascitur nisi oleaster, quamvis olea non sit oleaster . Multa de his etiam in aliis nostris litteris diximus, quae volo potius ut legatis quam nos eadem repetere cogatis.

CAPUT II.

4. Infidelibus vero, qui nulla tenentur Christianorum auctoritate Librorum, operosius respondetur. Neque eorum pravitas potest divinae Scripturae pondere corrigi, adversus quos potius ipsa, quae ab eis apertius accusatur, debet utique Scriptura defendi. Quod si et vos Dominus, ut valeatis, adjuverit, parum tamen agitis apud eos, quos cupitis esse christianos, si eorum infidelitatem veracibus disputationibus vincitis; nisi eis et fidem supplicibus orationibus poscatis. Et ipsa quippe, ut scitis, fides munus est Dei, qui unicuique partitur mensuram fidei et tale munus, quod intellectum necessarium est ut praecedat. Non enim propheta fallitur dicens: Nisi credideritis, non intelligetis (Isai. VII, 9). Et quia nisi ut crederent non pro jam fidelibus, sed adhuc pro infidelibus Judaeis orabat Apostolus, quando dicebat: Fratres, bona voluntas quidem cordis mei, et deprecatio ad Deum fit pro illis in salutem (Rom. X, 1); pro illis scilicet, qui occiderant Christum, qui profecto istum quoque, si potestas daretur, occiderent. Pro qualibus et Dominus, cum pendens irrideretur (Luc. XXIII, 34), et beatus Stephanus, cum lapidaretur (Act. VII, 59), oravit.

CAPUT III.

5. Istorum sane infidelium, quos vel Gentiles, vel jam vulgo usitato vocabulo Paganos appellare consuevimus, quoniam duo sunt genera; unum eorum, qui superstitiones, quas putant, Christianae religioni anteponunt; alterum eorum, qui nullo religionis nomine obstricti sunt;

Pues, ¿quién negará que aquellas palabras de Dios: «Crecid y multiplicaos» (Gén 1, 22), no fueron maldición de los pecadores, sino bendición de las nupcias? Por esta concupiscencia, por tanto, puesto que Cristo ni fue sembrado ni concebido (puesto que el parto de la Virgen se tuvo de modo muy diferente); por esta concupiscencia, digo, cualquier cosa que de los hombres es sembrada, concebida y nacida, es necesario que renazca para no ser castigada. Porque, aunque nazca de padres renacidos, la generación carnal no puede prestar a este lo que la regeneración espiritual no prestó sino a ellos. Como no solo de la semilla del acebuche, sino también de la de la oliva no nace sino acebuche, aunque la oliva no sea acebuche. Muchas cosas sobre estas hemos dicho también en nuestras otras letras, las cuales quiero más bien que leáis que el que nos obliguéis a repetir lo mismo.

CAPÍTULO II.

4. A los infieles, ciertamente, que no se rigen por ninguna autoridad de los Libros de los cristianos, se les responde con más trabajo. Ni puede su perversidad ser corregida por el peso de la divina Escritura, contra quienes más bien debe ser defendida la misma Escritura que por ellos es más abiertamente acusada. Lo cual, si el Señor también os ayudara para que podáis, poco hacéis, sin embargo, ante aquellos que deseáis que sean cristianos, si vencéis su infidelidad con veraces discusiones, a no ser que también les pidáis la fe con súplicas oraciones. Y la misma fe, como sabéis, es don de Dios, que reparte a cada uno la medida de la fe, y tal don que es necesario que preceda al entendimiento. Pues no se engaña el profeta diciendo: «Si no creyereis, no entenderéis» (Is 7, 9). Y porque, a no ser para que creyeran, no oraba el Apóstol por los ya fieles, sino por los judíos todavía infieles, cuando decía: «Hermanos, la buena voluntad ciertamente de mi corazón y la oración a Dios se hace por ellos para la salud» (Rom 10, 1); por aquellos, a saber, que habían matado a Cristo, los cuales ciertamente también matarían a este si se les diera potestad. Por tales oró también el Señor cuando pendiente era burlado (Lc 23, 34) y el beato Esteban cuando era apedreado (Hech 7, 59).

CAPÍTULO III.

5. De estos infieles, ciertamente, a los que solemos llamar o bien gentiles o bien con el vocablo ya vulgarmente usado de paganos, puesto que hay dos géneros: uno de aquellos que anteponen las supersticiones que piensan a la religión cristiana; otro de aquellos que no están ligados a ningún nombre de religión;

ego in quibusdam libris, quos de Civitate Dei praenotavi, quorum ad vos existimo jam pervenisse notitiam, et quorum adhuc reliquos, si Dominus voluerit, absolvendos in mediis meis occupationibus molior, adversus primum istorum genre, quod Apostolus notat, ubi dicit, Quae immolant gentes, daemoniis, et non Deo immolant (I Cor. X, 20); vel certe, ubi dicit, Coluerunt et servierunt creaturae potius quam Creatori (Rom. I, 25); decem volumina non parva confeci, quorum priora quinque illos redarguunt, qui propter adipiscendam vel retinendam humanarum rerum istam terrenam temporalemque felicitatem, non unius summi et veri, sed multorum deorum cultum necessarium esse contendunt. Posteriora vero alia quinque contra illos sunt, qui se adversus salutarem doctrinam tumidius et inflatius extollentes, ad beatitudinem, quae post hanc vitam speratur, etiam per daemonum multorumque deorum cultum existimant pervenire. Ubi et nobiles eorum philosophi in tribus his quinque, sed ultimis libris, refelluntur a nobis. Caeteri ab undecimo quot esse potuerint, quorum jam tres absolvi, quartum in manibus habeo, ea quae nos de Civitate Dei tenemus et credimus, continebunt; ne aliena tantummodo refutare, non etiam nostra in hoc opere asserere voluisse videamur. Iste autem post decem quartus, idemque totius operis quartus decimus liber, si Dominus voluerit, enodatas habebit omnes, quas mihi proposuistis in vestra epistola, quaestiones.

6. Porro cum altero infidelium genere, qui vel vim nullam esse divinam credunt, vel ad eam res humanas pertinere non credunt, nescio utrum sermo sit habendus de aliqua quaestione pietatis; quamvis non fere quisquam nostris temporibus reperiatur ita stultus, qui vel in corde suo dicere audeat: Non est Deus (Psal. XIII, 1). Illi autem alii stulti non desunt qui dixerint, Non videbit Dominus (Psal. XCIII, 7); id est, providentiam suam in haec terrena non tendit . Verumtamen in his libris, quos volo ut legat Charitas vestra, dum asserit Civitas Dei, non solum esse Deum, quod natura insitum vix ulla unquam exstirpat impietas; sed etiam rerum humanarum curam gerere ab ipsa institutione hominum usque ad beatificandos justos cum Angelis sanctis, et damnandos impios cum angelis malignis, si Deus voluerit, et quibus voluerit credibile fiet.

7. Non itaque ulterius oneranda est haec epistola, dilectissimi. Ubi enim speretis per ministerium nostrum nosse quod vultis, satis diximus; et eosdem libros, si nondum habetis, ut habere possitis, per sanctum fratrem et compresbyterum meum Firmum , qui vos multum diligit, nobisque diligentius intimavit, ut vestrae mutuae dilectioni gratias agat, pro nostrae tenuitatis facultate curavimus.

yo en algunos libros que he titulado sobre la Ciudad de Dios, de los cuales pienso que ya ha llegado a vosotros noticia, y de los cuales todavía intento terminar los restantes en medio de mis ocupaciones si el Señor quisiere, contra el primer género de estos que el Apóstol nota donde dice: «Lo que inmolan las gentes, a los demonios e inmolan, y no a Dios» (1 Cor 10, 20); o ciertamente donde dice: «Cultivaron y sirvieron a la criatura más bien que al Creador» (Rom 1, 25); he compuesto diez volúmenes no pequeños, de los cuales los cinco primeros refutan a aquellos que, por causa de alcanzar o retener esta felicidad terrena y temporal de las cosas humanas, contienden que es necesario el culto no de un solo sumo y verdadero Dios, sino de muchos dioses. En cambio, los otros cinco posteriores son contra aquellos que, ensalzándose más túmida e infladamente contra la doctrina saludable, piensan llegar a la bienaventuranza que se espera tras esta vida incluso por el culto de los demonios y de muchos dioses. Donde también sus nobles filósofos son refutados por nosotros en tres de estos cinco, pero últimos libros. Los demás, desde el undécimo hasta cuantos pudieran ser (de los cuales ya he terminado tres y tengo el cuarto en manos), contendrán aquello que nosotros sentimos y creemos sobre la Ciudad de Dios; no sea que parezca que solo hemos querido refutar lo ajeno y no también aseverar lo nuestro en esta obra. Pero ese libro decimocuarto después de los diez, y el mismo decimocuarto de toda la obra, si el Señor quisiere, tendrá desatadas todas las cuestiones que me propusisteis en vuestra epístola.

6. Por lo demás, con el otro género de infieles, que o bien creen que no hay ninguna fuerza divina o no creen que a ella pertenezcan las cosas humanas, no sé si se deba tener sermón sobre alguna cuestión de piedad; aunque casi nadie se encuentre en nuestros tiempos tan estúpido que se atreva a decir siquiera en su corazón: «No hay Dios» (Sal 13, 1). Pero no faltan aquellos otros estúpidos que dijeron: «No verá el Señor» (Sal 93, 7); esto es, no extiende su providencia a estas cosas terrenas. Sin embargo, en estos libros que quiero que lea vuestra Caridad, al aseverar la Ciudad de Dios no solo que Dios es (lo cual, por estar ínsito por naturaleza, casi ninguna impiedad extirpa nunca), sino también que tiene el cuidado de las cosas humanas desde la misma institución de los hombres hasta bienaventurar a los justos con los ángeles santos y condenar a los impíos con los ángeles malignos, si Dios quisiere y a quienes quisiere se hará creíble.

7. No se debe, por tanto, cargar más esta epístola, dilectísimos. Pues dónde esperéis conocer por nuestro ministerio lo que queréis, ya lo hemos dicho suficientemente; y de que podáis tener los mismos libros, si aún no los tenéis, nos hemos cuidado según la facultad de nuestra pequeñez a través del santo hermano y compresbítero mío Firmo, que mucho os quiere y más diligentemente nos lo ha íntimado, para que dé las gracias a vuestra mutua dilección.

DE EPISTOLA SUBSEQUENTE. (LIB. II RETRACT., CAP. XLVIII.)

Eodem tempore scripsi etiam librum de Correctione Donatistarum, propter eos qui nolebant illos legibus imperialibus corrigi. Hic liber sic incipit: «Laudo, et gratulor, et admiror.»

DE CORRECTIONE DONATISTARUM LIBER, SEU EPISTOLA CLXXXV.

Augustinus Bonifacio (tribuno ac demum comiti in Africa, ex epist. 220), commonstrans illi Donatistarum haeresim nihil habere commune cum Ariana, et qua moderatione per metum legum imperialium haeretici possunt ad Ecclesiae societatem reduci: nonnulla de Donatistarum et Circumcellionum immanitate, ac postremo de peccato in Spiritum sanctum non remittendo. Idem argumentum tractavit in epistola 93.

CAPUT PRIMUM.

1. Laudo, et gratulor, et admiror, fili dilectissime Bonifaci, quod inter curas bellorum et armorum, vehementer desideras ea nosse quae Dei sunt. Vere hinc te apparet etiam de ipsa virtute militari, fidei servire quam habes in Christo. Ut ergo breviter insinuem Dilectioni tuae, inter Arianorum et Donatistarum quid intersit errorem; Ariani Patris, et Filii, et Spiritus sancti diversas substantias esse dicunt: Donatistae autem non hoc dicunt, sed unam Trinitatis substantiam confitentur. Et si aliqui ipsorum minorem Filium esse dixerunt quam Pater est; ejusdem tamen substantiae non negarunt: plurimi vero in eis hoc se dicunt omnino credere de Patre et Filio et Spiritu sancto, quod catholica credit Ecclesia. Nec ipsa cum illis vertitur quaestio; sed de sola communione infeliciter litigant, et contra unitatem Christi rebelles inimicitias perversitate sui erroris exercent. Aliquando autem, sicut audivimus, nonnulli ex ipsis volentes sibi Gothos conciliare, quando eos vident aliquid posse, dicunt hoc se credere quod et illi credunt. Sed majorum suorum auctoritate convincuntur; quia nec Donatus ipse sic credidisse asseritur, de cujus parte se esse gloriantur.

SOBRE LA EPÍSTOLA SUBSIGUIENTE. (LIB. II RETRACT., CAP. XLVIII.)

En el mismo tiempo escribí también un libro sobre la Corrección de los Donatistas, por causa de aquellos que no querían que ellos fueran corregidos por las leyes imperiales. Este libro comienza así: «Laudo, et gratulor, et admiror».

Libro sobre *LA CORRECCIÓN DE LOS DONATISTAS, O EPÍSTOLA 185.*

Agustín a Bonifacio (tribuno y al fin conde en África, de la epíst. 220), mostrándole que la herejía de los donatistas nada tiene en común con la ariana, y con qué moderación, por el miedo a las leyes imperiales, pueden los herejes ser reducidos a la sociedad de la Iglesia: algunas cosas sobre la inmanidad de los donatistas y circumceliones, y finalmente sobre el pecado contra el Espíritu Santo que no se remite. El mismo argumento trató en la epístola 93.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Alabo, y me congratulo, y admiro, hijo dilectísimo Bonifacio, que entre las preocupaciones de las guerras y de las armas, desees vehementemente conocer las cosas que son de Dios. Verdaderamente por esto se te ve que, aun desde la misma virtud militar, sirves a la fe que tienes en Cristo. Por tanto, para insinuar brevemente a tu Caridad qué hay de diferencia entre el error de los arrianos y el de los donatistas; los arrianos dicen que son diversas las substancias del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo; en cambio, los donatistas no dicen esto, sino que confiesan una sola substancia de la Trinidad. Y si algunos de ellos dijeron que el Hijo es menor de lo que es el Padre, sin embargo, no negaron que fuera de la misma substancia; pero la mayoría de ellos dicen que creen esto íntegramente del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, lo que cree la Iglesia católica. Ni se trata con ellos la cuestión misma, sino que litigan infelizmente sobre la sola comunión, y ejercen hostilidades rebeldes contra la unidad de Cristo por la perversidad de su error. Pero a veces, según hemos oído, algunos de ellos, queriendo conciliarse a los godos cuando ven que estos pueden algo, dicen que ellos creen esto que también aquellos creen. Pero son convictos por la autoridad de sus mayores, porque ni de Donato mismo se asevera que haya creído así, de cuya parte se glorían de ser.

2. Non te autem ista conturbent, fili dilectissime. Haereses enim et scandala futura praedicta sunt, ut inter inimicos erudiamur; ac sic et fides et dilectio nostra possit esse probatior: fides utique, ne ab eis decipiamur; dilectio autem, ut etiam ipsis corrigendis, quantum possumus, consulamus; non solum instantes ne infirmis noceant, atque ut ab errore nefario liberentur, sed etiam orantes pro eis, ut aperiat Dominus illis sensum, et intelligant Scripturas. Quia in sanctis Libris ubi manifestatur Dominus Christus, ibi et ejus Ecclesia declaratur: isti autem mirabili caecitate, cum ipsum Christum praeter Scripturas nesciant, ejus tamen Ecclesiam non divinarum Litterarum auctoritate cognoscunt, sed humanarum calumniarum vanitate confingunt.

3. Agnoscunt nobiscum Christum in eo quod legitur, Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem: et nolunt agnoscere Ecclesiam in eo quod post paululum sequitur, Commemorabuntur et convertentur ad Dominum universi fines terrae; et adorabunt in conspectu ejus universae patriae gentium: quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium (Psal. XXI, 17, 18, 19, 28, 29). Agnoscunt nobiscum Christum in eo quod legitur, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: et nolunt agnoscere Ecclesiam in eo quod sequitur, Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae (Psal. II, 7, 8). Agnoscunt nobiscum Christum in eo quod ipse Dominus in Evangelio loquitur, Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die: et nolunt agnoscere Ecclesiam in eo quod sequitur, et praedicari in nomine ejus poenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Jerusalem (Luc. XXIV, 46, 47). Et innumerabilia sunt testimonia Librorum sanctorum, quae in hunc librum coarctare non debui. In quibus sicut apparet Dominus Christus, sive secundum divinitatem qua aequalis est Patri, qui in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; sive secundum susceptae carnis humilitatem, qua Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. I, 1, 14): sic apparet etiam ejus Ecclesia, non in sola Africa, sicut isti impudentissima vanitate delirant, sed toto orbe terrarum diffusa.

4. Testimoniis enim divinis lites suas praeferunt, quia in causa Caeciliani quondam Ecclesiae Carthaginensis episcopi, cui crimina objecerunt quae nec potuerunt probare nec possunt, se ab Ecclesia catholica, hoc est, ab unitate omnium gentium, diviserunt.

2. Pero que estas cosas no te perturben, hijo dilectísimo. Pues han sido predichas futuras herejías y escándalos, para que seamos instruidos entre los enemigos; y así tanto nuestra fe como nuestra dilección puedan ser más probadas: la fe, por cierto, para que no seamos engañados por ellos; la dilección, en cambio, para que miremos incluso por su corrección, en cuanto podamos; no solo insistiendo para que no dañen a los débiles y para que sean liberados del error nefario, sino también orando por ellos, para que el Señor les abra el sentido y entiendan las Escrituras. Porque en los sagrados Libros donde se manifiesta el Señor Cristo, allí también se declara su Iglesia; pero estos, con una admirable ceguera, aunque no conozcan al mismo Cristo sino por las Escrituras, sin embargo, no reconocen su Iglesia por la autoridad de las divinas Letras, sino que la fingen por la vanidad de las calumnias humanas.

3. Reconocen con nosotros a Cristo en aquello que se lee: «Taladraron mis manos y mis pies, contaron todos mis huesos. Ellos por cierto me consideraron y me contemplaron; dividieron para sí mis vestidos y sobre mi vestidura echaron suerte»; y no quieren reconocer a la Iglesia en aquello que sigue un poco después: «Se acordarán y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra, y adorarán en su presencia todas las patrias de las gentes: porque del Señor es el reino, y él dominará a las gentes» (Sal 21, 17. 18. 19. 28. 29). Reconocen con nosotros a Cristo en aquello que se lee: «El Señor me dijo: Mi Hijo eres tú, yo hoy te he engendrado»; y no quieren reconocer a la Iglesia en aquello que sigue: «Pídeme, y te daré las gentes por tu heredad, y por tu posesión los términos de la tierra» (Sal 2, 7. 8). Reconocen con nosotros a Cristo en aquello que el mismo Señor habla en el Evangelio: «Convenía que el Cristo padeciera y resucitara de entre los muertos al tercer día»; y no quieren reconocer a la Iglesia en aquello que sigue: «y que se predicara en su nombre la penitencia y la remisión de los pecados por todas las gentes, comenzando desde Jerusalén» (Lc 24, 46. 47). E innumerables son los testimonios de los Libros santos que no debí amontonar en este libro. En los cuales, así como aparece el Señor Cristo, ya sea según la divinidad por la que es igual al Padre, el cual «en el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y Dios era el Verbo»; ya sea según la humildad de la carne asumida, por la que «el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros» (Jn 1, 1. 14): así aparece también su Iglesia, no en la sola África, como estos deliran con impudentísima vanidad, sino difundida por todo el orbe de la tierra.

4. Pues anteponen sus litigios a los testimonios divinos, porque en la causa de Ceciliano, otrora obispo de la iglesia de Cartago, a quien objetaron crímenes que ni pudieron probar ni pueden, se dividieron de la Iglesia católica, esto es, de la unidad de todas las gentes.

Quamvis et si vera essent quae ab eis objecta sunt Caeciliano, et nobis possent aliquando monstrari, ipsum jam mortuum anathematizaremus : sed tamen Ecclesiam Christi, quae non litigiosis opinionibus fingitur, sed divinis attestationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus; quia bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine (Psal. CXVII, 8). Neque enim, quod sine injuria innocentiae illius dixerim, si peccavit Caecilianus, ideo haereditatem suam perdidit Christus. Facile est homini, seu vera, seu falsa de altero homine credere; sed sceleratae impudentiae est, propter crimina hominis, quae orbi terrarum non possis ostendere, communionem orbis terrarum velle damnare.

5. Utrum Caecilianus a traditoribus divinorum Codicum fuerit ordinatus, nescio; non vidi, ab inimicis ejus audivi: non mihi de Lege Dei, non de praeconio Prophetarum, non de sanctitate Psalmorum, non de Apostolo Christi, non de Christi eloquio recitatur. Ecclesiam vero toto terrarum orbe diffusam, cui non communicat pars Donati, universarum Scripturarum testimonia consona voce proclamant. In semine tuo benedicentur omnes gentes, Lex Dei dixit (Gen. XXVI, 4). Ab ortu solis usque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo; quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus, per Prophetam Dominus dixit (Malach. I, 11). Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, per Psalmum Dominus dixit (Psal. LXXI, 8). Fructificans et crescens in universo mundo, per Apostolum Dominus dixit (Coloss. I, 6). Eritis mihi testes in Jerusalem, et in tota Judaea, et in Samaria, et usque in fines terrae, Filius Dei ore suo dixit (Act. I, 8). Caecilianus Ecclesiae Carthaginensis episcopus humanis litibus accusatur: Ecclesia Christi in omnibus gentibus constituta, divinis vocibus commendatur. Ipsa pietas, veritas, charitas, nos non permittit contra Caecilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in Ecclesia non videmus cui Deus perhibet testimonium: qui enim divina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonii perdiderunt.

CAPUT II.

6. Addo quod Caeciliani causam, ipsi ad imperatoris Constantini judicium accusando miserunt; imo vero ipsum Caecilianum post episcopalia judicia , ubi eum opprimere non potuerunt, ad supradicti imperatoris examen, pertinacissimis persecutionibus perduxerunt. Et quod in nobis modo reprehendunt, ut decipiant imperitos, dicentes non debere christianos contra inimicos Christi aliquid a christianis imperatoribus postulare, ipsi priores fecerunt.

Aunque aun si fueran verdad las cosas que por ellos fueron objetadas a Ceciliano, y se nos pudieran mostrar alguna vez, lo anatematizaríamos ya muerto; pero, sin embargo, no debemos abandonar la Iglesia de Cristo, que no se finge por opiniones litigiosas, sino que se comprueba por atestaciones divinas, por causa de cualquier hombre; porque «bueno es confiar en el Señor, más que confiar en el hombre» (Sal 117, 8). Pues tampoco (cosa que haya dicho sin injuria de aquella inocencia suya) si pecó Ceciliano, por eso perdió Cristo su heredad. Es fácil al hombre creer o cosas verdaderas o falsas sobre otro hombre; pero es de una criminal impudencia, por causa de los crímenes de un hombre que no puedas mostrar al orbe de la tierra, querer condenar la comunión del orbe de la tierra.

5. Si Ceciliano fue ordenado por traidores de los Códices divinos, no lo sé; no lo vi, lo oí de sus enemigos: no se me recita de la Ley de Dios, ni del pregón de los profetas, ni de la santidad de los Salmos, ni del Apóstol de Cristo, ni del elocuio de Cristo. En cambio, los testimonios de todas las Escrituras con voz consona proclaman a la Iglesia difundida por todo el orbe de la tierra, con la cual no comunica la parte de Donato. «En tu descendencia serán bendecidas todas las gentes», dijo la Ley de Dios (Gén 26, 4). «Desde el orto del sol hasta el ocaso, se ofrece a mi nombre un sacrificio limpio; porque ha sido glorificado mi nombre entre las gentes», dijo el Señor por el profeta (Mal 1, 11). «Dominará de mar a mar, y desde el río hasta los términos del orbe de la tierra», dijo el Señor por el Salmo (Sal 71, 8). «Fructificando y creciendo en todo el mundo», dijo el Señor por el Apóstol (Col 1, 6). «Me seréis testigos en Jerusalén, y en toda Judea, y en Samaria, y hasta los confines de la tierra», dijo el Hijo de Dios por su boca (Hch 1, 8). Ceciliano, obispo de la iglesia de Cartago, es acusado por litigios humanos; la Iglesia de Cristo, constituida en todas las gentes, es encomendada por voces divinas. La misma piedad, verdad, caridad, no nos permite recibir contra Ceciliano el testimonio de aquellos hombres a quienes no vemos en la Iglesia a la que Dios ofrece testimonio; pues quienes no siguen los testimonios divinos, perdieron el peso del testimonio humano.

CAPÍTULO II.

6. Añado que ellos mismos, acusando, enviaron la causa de Ceciliano al juicio del emperador Constantino; más aún, al mismo Ceciliano, tras los juicios episcopales donde no pudieron oprimirlo, lo llevaron al examen del sobredicho emperador con pertinacísimas persecuciones. Y lo que ahora reprenden en nosotros para engañar a los inexpertos, diciendo que los cristianos no deben pedir nada a los emperadores cristianos contra los enemigos de Cristo, ellos mismos lo hicieron primero.

Quod etiam in collatione quam simul apud Carthaginem habuimus, negare non ausi sunt: imo et gloriari ausi sunt quod apud Imperatorem majores eorum criminaliter Caecilianum fuerint insecuti; insuper addentes mendacium, quod eum illic vicerint fecerintque damnari. Quomodo ergo ipsi non sunt persecutores, qui cum accusando persecuti sint Caecilianum, et ab eo fuerint superati, falsam sibi gloriam impudentissimo mendacio arrogare voluerunt; non solum culpam non putantes, verum etiam pro sua laude jactantes, si probarent Caecilianum majoribus suis accusantibus fuisse damnatum? Quemadmodum autem in ipsa collatione modis omnibus victi sint, quoniam valde prolixa sunt Gesta, et tibi aliis rebus Romanae paci necessariis occupato, multum est ut legantur, Breviarium eorum tibi legi forsitan poterit, quod credo habere fratrem et coepiscopum meum Optatum; aut si non habet, potest facillime accipere de Ecclesia Sitifensi : quando quidem etiam liber iste jam sua prolixitate curis tuis forsitan onerosus est.

7. Hoc enim contigit Donatistis, quod accusatoribus sancti Danielis. Sicut enim in illos leones (Dan. VI, 24), sic in istos conversae sunt leges quibus innocentem opprimere voluerunt; nisi quod propter misericordiam Christi, magis pro eis sunt istae leges, quae illis videntur adversae: quoniam multi per illas correcti sunt, et quotidie corriguntur; et se esse correctos, atque ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. Et qui oderant diligunt, molestasque sibi fuisse saluberrimas leges, quantum in insania detestabantur, tantum recepta sanitate gratulantur; et in residuos, cum quibus fuerant perituri, jam simili dilectione nobiscum, ut pariter instemus ne illi pereant, excitantur. Molestus est enim et medicus furenti phrenetico, et pater indisciplinato filio; ille ligando, iste caedendo; sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, et perire permittant, ista potius mansuetudo falsa crudelis est. Si enim equus et mulus, quibus non est intellectus, morsibus et calcibus resistunt hominibus a quibus eorum curanda vulnera contrectantur; et cum inter dentes eorum et calces saepe homines periclitentur, et aliquando vexentur, non tamen eos deserunt, donec per dolores et molestias medicinales revocent ad salutem: quanto magis homo ab homine, et frater a fratre, ne in aeternum pereat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest quantum sibi praestabatur beneficium, quando se persecutionem perpeti querebatur!

8. Sicut ergo Apostolus dicit, Infatigabiles, cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes (Galat. VI, 10): qui possunt, catholicorum praedicatorum sermonibus; qui possunt, catholicorum principum legibus; partim per eos qui divinis admonitionibus, partim per eos qui jussis imperialibus parent, omnes ad salutem vocentur, omnes a pernicie revocentur.

Lo cual, incluso en la conferencia que tuvimos juntos en Cartago, no se atrevieron a negar; es más, se atrevieron a gloriarse de que sus mayores persiguieron criminalmente a Ceciliano ante el emperador, añadiendo además la mentira de que allí lo vencieron e hicieron condenar. ¿Cómo, pues, no son ellos perseguidores, quienes habiendo perseguido a Ceciliano acusándolo y habiendo sido superados por él, quisieron arrogarse para sí una falsa gloria con una impudentísima mentira, no solo no pensando que fuera culpa, sino incluso jactándose para su propia alabanza si probaran que Ceciliano fue condenado por la acusación de sus mayores? Pero cómo en esa misma conferencia fueron vencidos de todos modos (puesto que las Actas son muy prolixas y para ti, ocupado en otras cosas necesarias para la paz romana, es mucho que se lean), tal vez se te podrá leer un Breviario de ellas, que creo que tiene mi hermano y coepíscopo Optato; o si no lo tiene, puede recibirlo muy fácilmente de la Iglesia de Sétif: puesto que incluso este libro, por su propia prolixidad, tal vez es ya oneroso para tus preocupaciones.

7. Pues esto les sucedió a los donatistas como a los acusadores del santo Daniel. Pues así como contra aquellos los leones (Dan 6, 24), así contra estos se volvieron las leyes con las que quisieron oprimir al inocente; salvo que, por la misericordia de Cristo, más bien son para ellos estas leyes que les parecen adversas: puesto que muchos han sido corregidos por ellas y diariamente se corrigen; y dan gracias por haber sido corregidos y por haber sido liberados de aquella furiosa perdición. Y los que odiaban, aman; y cuanto detestaban en su locura que les fueran molestas las leyes salubérrimas, tanto se congratulan recobrada la sanidad; y contra los restantes, con quienes habrían de perecer, se excitan ya con similar dilección con nosotros para que igualmente insistamos en que aquellos no perezcan. Pues molesto es también el médico para el frenético furioso, y el padre para el hijo indisciplinado; aquel ligando, este azotando; pero ambos amando. En cambio, si los descuidaran y permitieran perecer, esta falsa mansedumbre es más bien cruel. Pues si el caballo y el mulo, que no tienen entendimiento, resisten con mordiscos y coces a los hombres por quienes son tocadas sus heridas para ser curadas; y aunque entre los dientes y las coces de ellos a menudo peligren los hombres y a veces sean vejados, no por eso los abandonan hasta que por dolores y molestias medicinales los devuelven a la salud: ¡cuánto más el hombre por el hombre, y el hermano por el hermano, para que no perezca eternamente, no debe ser abandonado, el cual, corregido, puede entender cuán gran beneficio se le prestaba cuando se quejaba de padecer persecución!

8. Como dice, pues, el Apóstol: «Incansables, mientras tenemos tiempo, obremos el bien para con todos» (Gál 6, 10): unos por los sermones de los predicadores católicos; otros por las leyes de los príncipes católicos; parte por quienes obedecen a las amonestaciones divinas, parte por quienes obedecen a los mandatos imperiales, sean todos llamados a la salud, sean todos retirados de la perdición.

Quia et imperatores quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes, et coronantur perseverantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur saevientes, et corriguntur intelligentes. Quicumque ergo legibus imperatorum, quae contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande praemium: quicumque autem legibus imperatorum, quae pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Nam et temporibus Prophetarum omnes reges qui in populo Dei non prohibuerunt nec everterunt quae contra Dei praecepta fuerant instituta, culpantur; et qui prohibuerunt et everterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonozor, cum servus esset idolorum, constituit sacrilegam legem ut simulacrum adoraretur; sed ejus impiae constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterque fecerunt: idem tamen rex, divino correctus miraculo, piam et laudabilem legem pro veritate constituit, ut quicumque diceret blasphemiam in Deum verum Sidrac, Misac, et Abdenago, cum domo sua penitus interiret (Dan. III, 5, 96). Hanc legem si qui contempserunt, et id quod fuerat constitutum merito perpessi sunt, debuerunt dicere quod isti dicunt, se justos esse, quia ex lege regis persecutionem patiebantur: quod utique dicerent, si ita insanirent, sicuti isti insaniunt qui dividunt membra Christi, et exsufflant Sacramenta Christi, et de persecutione gloriantur; quia prohibentur ista facere legibus imperatorum, quas constituerunt pro unitate Christi; et jactant fallaciter innocentiam suam, et quam non possunt a Domino accipere, ab hominibus quaerunt martyrum gloriam.

9. Veri autem martyres illi sunt, de quibus Dominus ait, Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (Matth. V, 10). Non ergo qui propter iniquitatem, et propter christianae unitatis impiam divisionem, sed qui propter justitiam persecutionem patiuntur, hi martyres veri sunt. Nam et Agar passa est persecutionem a Sara (Genes. XVI, 6); et illa erat sancta quae faciebat, illa iniqua quae patiebatur. Numquid huic persecutioni quam passa est Agar, comparandus est sanctus David quem persecutus est iniquus Saül (I Reg. XVIII, XIX, et sqq.)? Valde utique distat, non quia patiebatur, sed quia propter justitiam patiebatur. Et ipse Dominus cum latronibus crucifixus est (Luc. XXIII, 33): sed quos passio jungebat, causa separabat. Ideo in Psalmo vox illa intelligenda est verorum martyrum, volentium se discerni a martyribus falsis, Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta (Psal. XLII, 1): non dixit, Discerne poenam meam; sed, discerne causam meam.

Porque también los emperadores, cuando establecen leyes malas en favor de la falsedad contra la verdad, son probados los que creen bien y son coronados los que perseveran; en cambio, cuando establecen leyes buenas en favor de la verdad contra la falsedad, son aterrados los que se ensañan y son corregidos los que entienden. Por tanto, cualquiera que no quiera obedecer a las leyes de los emperadores que se dan contra la verdad de Dios, adquiere un gran premio; pero cualquiera que no quiera obedecer a las leyes de los emperadores que se dan en favor de la verdad de Dios, adquiere un gran suplicio. Pues también en los tiempos de los profetas todos los reyes que en el pueblo de Dios no prohibieron ni destruyeron lo que se había instituido contra los preceptos de Dios, son culpados; y los que prohibieron y destruyeron son alabados sobre los méritos de los demás. Y el rey Nabucodonosor, siendo siervo de los ídolos, estableció una ley sacrílega para que se adorara un simulacro; pero quienes no quisieron obedecer a su impía constitución obraron piadosa y fielmente. Sin embargo, el mismo rey, corregido por un milagro divino, estableció una ley piadosa y laudable en favor de la verdad: que cualquiera que dijera una blasfemia contra el Dios verdadero de Sedrac, Misac y Abdénago, pereciera íntegramente con su casa (Dan 3, 5. 96). Si algunos despreciaron esta ley y padecieron merecidamente lo que se había establecido, debieron decir lo que estos dicen: que ellos son justos porque padecían persecución por la ley del rey; lo cual ciertamente dirían si estuvieran tan locos como están locos estos que dividen los miembros de Cristo, y soplan contra los sacramentos de Cristo, y se glorían de la persecución; porque se les prohíbe hacer estas cosas por las leyes de los emperadores que establecieron para la unidad de Cristo; y jactan falazmente su inocencia, y buscan de los hombres la gloria de los mártires que no pueden recibir del Señor.

9. Pero verdaderos mártires son aquellos de quienes dice el Señor: «Bienaventurados los que padecen persecución por causa de la justicia» (Mt 5, 10). Por tanto, no quienes padecen persecución por causa de la iniquidad y por causa de la impía división de la unidad cristiana, sino los que la padecen por causa de la justicia, estos son verdaderos mártires. Pues también Agar padeció persecución de Sara (Gén 16, 6); y aquella era santa la que la hacía, aquella inicua la que la padecía. ¿Acaso a esta persecución que padeció Agar se ha de comparar el santo David a quien persiguió el inicuo Saúl (1 Sam 18. 19 y ss.)? Ciertamente dista mucho, no porque padeciera, sino porque padecía por causa de la justicia. Y el mismo Señor fue crucificado con los ladrones (Lc 23, 33); pero a quienes la pasión unía, la causa separaba. Por eso en el Salmo se ha de entender aquella voz de los verdaderos mártires que quieren ser discernidos de los falsos mártires: «Júzgame, Dios, y discierne mi causa de la gente no santa» (Sal 41, 1); no dijo: «Discierne mi pena», sino «discierne mi causa».

Potest enim esse impiorum similis poena, sed dissimilis est martyrum causa; quorum et illa vox est, Injuste persecuti sunt me, adjuva me (Psal. CXVIII, 86): ideo se dignum existimavit qui adjuvaretur juste, quia illi persequebantur injuste; nam si juste illi persequerentur, non fuerat adjuvandus, sed corrigendus.

10. Si autem putant, quod nemo possit juste aliquem persequi, sicut in collatione dixerunt, illam esse veram Ecclesiam quae persecutionem patitur, non quae facit; omitto dicere quod superius commemoravi, quia si ita est ut dicunt, Caecilianus ad veram Ecclesiam pertinebat, quando eum majores illorum usque ad Imperatoris judicium accusando persequebantur. Nos enim dicimus ideo illum ad veram Ecclesiam pertinuisse, non quia persecutionem patiebatur, sed quia propter justitiam patiebatur; illos autem ideo fuisse abalienatos ab Ecclesia, non quia persequebantur, sed quia injuste persequebantur: nos itaque hoc dicimus. Illi vero si non quaerunt causas quare quisque faciat persecutionem, vel quare patiatur, sed hoc putant esse signum veri Christiani, si persecutionem non faciat, sed patiatur; sine dubio Caecilianum in ea definitione constituunt, qui non faciebat, sed patiebatur: majores autem suos ab ea definitione foras mittunt, qui faciebant, non patiebantur.

11. Sed hoc, ut dixi, omitto; illud dico: si Ecclesia vera ipsa est quae persecutionem patitur, non quae facit; quaerant ab Apostolo quam Ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancillae. Liberam quippe matrem nostram, coelestem Jerusalem, id est veram Dei Ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quae affligebat ancillam (Galat. IV, 22-31). Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo, quam illam Sara coercendo: illa enim dominae faciebat injuriam, ista imponebat superbae disciplinam. Deinde quaero, si boni et sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cujus putant esse in Psalmo vocem, ubi legitur, Persequar inimicos meos, et comprehendam illos, et non convertar donec deficiant (Psal. XVII, 38). Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio injusta, quam faciunt impii Ecclesiae Christi; et est justa persecutio, quam faciunt impiis Ecclesiae Christi. Ista itaque beata est quae persecutionem patitur propter justitiam; illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter injustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi saeviendo; ista ut corrigat, illi ut evertant; ista ut revocet ab errore, illi ut praecipitent in errorem: denique ista persequitur inimicos et comprehendit, donec deficiant in vanitate, ut in veritate proficiant; illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad aeternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre, sic amantes homicidia, ut in seipsis ea perficiant, quando in aliis perpetrare non possunt.

Pues puede ser similar la pena de los impíos, pero es disímil la causa de los mártires; cuya voz es también aquella: «Injustamente me persiguieron, ayúdame» (Sal 118, 86); por eso se juzgó digno de ser ayudado justamente, porque aquellos lo perseguían injustamente; pues si aquellos lo persiguieran justamente, no habría de ser ayudado, sino corregido.

10. Pero si piensan que nadie puede perseguir justamente a otro, como dijeron en la conferencia (que aquella es la verdadera Iglesia la que padece persecución, no la que la hace), omito decir lo que arriba conmemoré: que si es así como dicen, Ceciliano pertenecía a la verdadera Iglesia cuando los mayores de ellos lo perseguían acusándolo hasta el juicio del emperador. Pues nosotros decimos que por eso pertenecía él a la verdadera Iglesia, no porque padeciera persecución, sino porque la padecía por causa de la justicia; y que aquellos fueron enajenados de la Iglesia no porque persiguieran, sino porque perseguían injustamente: esto es lo que decimos nosotros. En cambio, si ellos no buscan las causas por las que cada uno haga persecución o por las que la padezca, sino que piensan que este es el signo del verdadero cristiano (si no hace persecución, sino que la padece), sin duda constituyen a Ceciliano en esa definición, el cual no la hacía, sino que la padecía; pero a sus mayores los echan fuera de esa definición, los cuales la hacían y no la padecían.

11. Pero esto, como dije, lo omito; digo aquello: si la Iglesia verdadera es ella misma la que padece persecución, no la que la hace, pregunten al Apóstol qué Iglesia significaba Sara cuando hacía persecución a la esclava. Pues dice que nuestra madre libre, la Jerusalén celestial (esto es, la verdadera Iglesia de Dios), fue figurada en aquella mujer que afligía a la esclava (Gál 4, 22-31). En cambio, si lo discutimos mejor, más perseguía aquella a Sara ensoberbeciéndose, que Sara a ella coercitándola; pues aquella hacía injuria a la señora, esta imponía disciplina a la soberbia. Luego pregunto: si los buenos y santos no hacen persecución a nadie, sino que solamente la padecen, ¿de quién piensan que es la voz en el Salmo donde se lee: «Perseguiré a mis enemigos, y los comprenderé, y no me volveré hasta que desfallezcan» (Sal 17, 38)? Por tanto, si queremos decir o reconocer lo verdadero, hay una persecución injusta que hacen los impíos a la Iglesia de Cristo, y hay una persecución justa que hacen a los impíos las iglesias de Cristo. Aquella, pues, es bienaventurada la que padece persecución por causa de la justicia; pero aquellos miserables que padecen persecución por causa de la injusticia. Por consiguiente, aquella persigue amando, ellos ensañándose; aquella para corregir, ellos para destruir; aquella para retirar del error, ellos para precipitar en el error. En fin, aquella persigue a los enemigos y los comprende hasta que desfallezcan en la vanidad para que aprovechen en la verdad; ellos, en cambio, retribuyendo males por bienes, porque miramos por ellos para la salud eterna, intentan quitarnos incluso la temporal, amando de tal modo los homicidios que en sí mismos los consuman cuando no pueden perpetrarlos en otros.

Sicut enim charitas laborat Ecclesiae sic eos ab illa perditione liberare, ut eorum nemo moriatur; sic eorum laborat furor aut nos occidere, ut suae crudelitatis pascant libidinem, aut etiam seipsos, ne perdidisse videantur occidendorum hominum potestatem.

CAPUT III.

12. Qui autem nesciunt consuetudinem illorum, putant eos modo seipsos occidere, quando ab eorum insanissima dominatione, per occasionem legum istarum quae pro unitate sunt constitutae, tanti populi liberantur. Qui autem sciunt et ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordantur mores; maxime quando adhuc cultus fuerat idolorum, ad Paganorum celeberrimas solemnitates ingentia turbarum agmina veniebant, non ut idola frangerent, sed ut interficerentur a cultoribus idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere vellent, si quid eis accidisset, possent habere qualemcumque umbram nominis martyrum; sed ad hoc solum veniebant, ut integris idolis ipsi perimerentur: nam singuli quique valentissimi juvenes cultores idolorum, quis quot occideret ipsis idolis vovere consueverant. Quidam etiam se trucidandos armatis viatoribus ingerebant, percussuros eos se, nisi ab eis perimerentur, terribiliter comminantes. Nonnunquam et a judicibus transeuntibus extorquebant violenter, ut a carnificibus vel ab officio ferirentur. Unde quidam illos sic illusisse perhibetur, ut eos tanquam percutiendos ligari et dimitti juberet, atque ita eorum impetum incruentus et illaesus evaderet. Jamvero per abrupta praecipitia, per aquas et flammas occidere seipsos, quotidianus illis ludus fuit. Haec enim eos tria mortis genera diabolus docuit, ut mori volentes, quando non inveniebant quem terrerent, ut ejus gladio ferirentur, per saxa se mitterent, aut ignibus gurgitibusque donarent. Quis autem illos haec docuisse credendus est, possidens cor eorum, nisi ille qui et Salvatori nostro, ut se de pinna templi praecipitaret, tanquam de Lege suggessit (Luc. IV, 9)? Cujus suggestionem a se utique prohiberent, si magistrum Christum in corde portarent. Sed quia in se diabolo potius dederunt locum, aut sic pereunt quemadmodum grex ille porcorum, quem de monte in mare turba daemonum dejecit (Marc. V, 13); aut illis mortibus erepti, et pio matris Catholicae gremio collecti, ita liberantur, quemadmodum est a Domino liberatus, quem pater ejus a daemonio sanandum obtulit, dicens quod aliquando cadere in aquam, aliquando in ignem soleret (Matth. XVII, 14).

Pues así como la caridad de la Iglesia trabaja para liberarlos así de aquella perdición para que ninguno de ellos muera, así el furor de ellos trabaja o para matarnos (para saciar la libido de su crueldad) o incluso para matarse a sí mismos, no sea que parezcan haber perdido la potestad de matar hombres.

CAPÍTULO III.

12. Quienes, en cambio, no conocen la costumbre de aquellos, piensan que ellos se matan a sí mismos solo ahora, cuando de su insanísima dominación, por la ocasión de estas leyes que han sido establecidas para la unidad, son liberados tantos pueblos. Pero quienes saben qué solían hacer incluso antes de las mismas leyes, no se admiran de sus muertes, sino que recuerdan sus costumbres; máxime cuando todavía existía el culto de los ídolos, a las celebérrimas solemnidades de los paganos venían ingentes hileras de turbas, no para romper los ídolos, sino para ser matados por los cultores de los ídolos. Pues si quisieran hacer aquello habiendo recibido legítima potestad, si algo les hubiera sucedido, podrían tener alguna sombra del nombre de mártires; pero a esto solo venían: a ser ellos mismos quitados de en medio quedando íntegros los ídolos; pues cada uno de los jóvenes más valientes cultores de los ídolos solía votar a los mismos ídolos cuántos mataría. Algunos también se arrojaban a los viajeros armados para ser degollados, amenazándoles terriblemente con que los herirían si no eran matados por ellos. No pocas veces también extorsionaban violentamente a los jueces que pasaban para que fueran heridos por los verdugos o por el oficio. Por lo cual se dice que cierto [juez] se burló de ellos de tal modo que mandó que fueran atados como para ser heridos y que luego fueran soltados, y así evitó su ímpetu incruento e ileso. Ya de hecho, por abruptos precipicios, por aguas y llamas, matarse a sí mismos fue para ellos un juego cotidiano. Pues el diablo les enseñó estos tres géneros de muerte: para que queriendo morir, cuando no encontraban a quién aterrar para ser heridos por su espada, se lanzaran por las rocas o se entregaran a los fuegos y a los remolinos. Pero ¿quién se ha de creer que les enseñó estas cosas, poseyendo el corazón de ellos, sino aquel que también a nuestro Salvador le sugirió, como de la Ley, que se precipitara desde el pináculo del templo (Lc 4, 9)? Cuya sugerencia ciertamente prohibirían de sí si llevaran en el corazón al maestro Cristo. Pero porque dieron lugar al diablo en sí mismos más bien, o perecen del mismo modo que aquella piara de puercos que la turba de demonios arrojó del monte al mar (Mc 5, 13); o arrebatados de aquellas muertes y recogidos en el piadoso seno de la madre Católica, son así liberados, del mismo modo que fue liberado por el Señor aquel a quien su padre ofreció para ser sanado del demonio, diciendo que solía caer unas veces en el agua y otras en el fuego (Mt 17, 14).

13. Unde magna in eos fit misericordia, cum etiam per istas imperatorum leges, ab illa secta, ubi per doctrinas daemoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt, prius eripiuntur inviti, ut in Catholica postea bonis praeceptis et moribus sanentur assueti. Nam multi eorum quorum jam in unitate Christi, pium fidei fervorem charitatemque miramur, cum magna laetitia Deo gratias agunt quod illo errore caruerunt, ubi mala ista bona putaverunt: quas gratias modo volentes non agerent, nisi prius etiam nolentes ab illa nefaria societate discederent. Quid de illis dicamus, qui nobis quotidie confitentur quod jam olim volebant esse catholici; sed inter eos habitabant, inter quos id quod volebant esse non poterant per infirmitatem timoris, ubi si unum verbum pro Catholica dicerent, et ipsi et domus eorum funditus everterentur? Quis est tam demens, qui neget istis debuisse per jussa imperialia subveniri, ut de tanto eruerentur malo, dum illi quos timebant timere coguntur, et eodem timore aut etiam ipsi corriguntur, aut certe cum se correctos esse confingunt, correctis parcunt, a quibus antea timebantur?

14. Si autem seipsos occidere voluerint, ne illi qui liberandi sunt liberentur, et eo modo liberantium terrere pietatem, ut dum timetur ne quidam perditi pereant, non eruantur perditioni, qui vel jam nolebant perire, vel coerciti poterant non perire; quid hic agit charitas christiana, praesertim cum illi qui suas mortes voluntarias et furiosas minantur, in populorum liberandorum comparatione perpauci sint? Quid agit ergo fraterna dilectio? utrum dum paucis transitorios ignes metuit caminorum, dimittit omnes aeternis ignibus gehennarum; et tam multos vel jam volentes, vel postea non valentes per catholicam pacem ad vitam venire perpetuam, relinquit in interitum sempiternum, cavendo ne quidam voluntario moriantur interitu, qui vivunt ad impedimentum salutis aliorum, quos non permittunt secundum Christi doctrinam vivere, ut eos doceant quocumque tempore secundum consuetudinem doctrinae diabolicae ad eas, quae in illis modo timentur, mortes voluntarias festinare? an potius conservat quos potest, etsi sponte pereant quos conservare non potest? Ut enim omnes vivant, ardenter exoptat; sed omnes ne pereant, plus laborat. Gratias autem Domino, quod et apud nos, non quidem in omnibus, sed valde in pluribus locis, et per alias Africae partes, sine ullis istorum insanorum mortibus, pax catholica cucurrit, et currit. Ibi autem illa funesta contingunt, ubi est tam furiosum et inutile hominum genus, qui et aliis temporibus eadem facere consueverunt.

13. Por lo cual se hace con ellos una gran misericordia cuando, incluso por estas leyes de los emperadores, de aquella secta donde por las doctrinas de los demonios mentirosos aprendieron estos males, son arrebatados primero contra su voluntad, para que en la Católica después sean sanados ya habituados a los buenos preceptos y costumbres. Pues muchos de ellos, cuyo piadoso fervor de fe y caridad ya admiramos en la unidad de Cristo, con gran alegría dan gracias a Dios por haber carecido de aquel error donde pensaron que estos males eran bienes; cuyas gracias no darían ahora voluntariamente si no se hubieran apartado primero, incluso sin querer, de aquella nefaria sociedad. ¿Qué diremos de aquellos que diariamente nos confiesan que ya desde hace tiempo querían ser católicos, pero habitaban entre aquellos entre quienes no podían ser lo que querían por la flaqueza del temor, donde si decían una sola palabra en favor de la Católica, tanto ellos como sus casas serían destruidos desde los cimientos? ¿Quién es tan demente que niegue que a estos se les debió socorrer por los mandatos imperiales para que fueran rescatados de tan gran mal, mientras aquellos a quienes temían son obligados a temer, y por ese mismo temor o incluso ellos mismos son corregidos, o ciertamente, cuando fingen estar corregidos, perdonan a los corregidos por quienes antes eran temidos?

14. Pero si quisieran matarse a sí mismos para que no sean liberados aquellos que han de serlo, y de ese modo aterrar la piedad de los que liberan (para que, mientras se teme que mueran algunos perdidos, no sean rescatados de la perdición quienes o bien ya no querían perecer, o bien coercitados podían no perecer), ¿qué hace aquí la caridad cristiana, máxime cuando quienes amenazan con sus muertes voluntarias y furiosas son poquísimos en comparación con los pueblos que han de ser liberados? ¿Qué hace, pues, la dilección fraterna? ¿Acaso, mientras teme para unos pocos los fuegos transitorios de los hornos, deja a todos para los fuegos eternos de las gehenas; y a tantos (o bien ya queriendo, o bien después no pudiendo por la paz católica llegar a la vida perpetua) los abandona a la perdición sempiterna, cavilando para que no mueran algunos por muerte voluntaria, quienes viven para impedimento de la salud de otros, a los que no permiten vivir según la doctrina de Cristo, para enseñarles en cualquier tiempo, según la costumbre de la doctrina diabólica, a apresurarse a esas muertes voluntarias que ahora se temen en ellos? ¿O más bien conserva a quienes puede, aunque perezcan espontáneamente quienes no puede conservar? Pues para que todos vivan, ardientemente lo desea; pero para que todos no perezcan, más trabaja. Gracias, empero, al Señor, porque también entre nosotros (no ciertamente en todos, pero sí en muchos lugares, y por otras partes de África), sin ninguna muerte de estos locos, la paz católica ha corrido y corre. Pero allí ocurren aquellas cosas funestas donde existe tal furioso e inútil género de hombres, que también en otros tiempos solieron hacer lo mismo.

CAPUT IV.

15. Et prius quidem quam istae leges a catholicis imperatoribus mitterentur, pacis atque unitatis Christi paulatim doctrina crescebat, et in eam quisque sicut discebat, et volebat, et poterat, ex ipsa parte transibat; cum tamen apud illos perditorum hominum dementissimi greges in diversis causis quietem innocentium perturbarent. Quis non dominus servum suum timere compulsus est, si ad illorum patrocinium confugisset? quis eversori minari saltem audebat ? quis consumptorem apothecarum, quis quemlibet poterat exigere debitorem, auxilium eorum defensionemque poscentem? Timore fustium et incendiorum mortisque praesentis, pessimorum servorum, ut liberi abscederent, tabulae frangebantur. Extorta debitoribus chirographa reddebantur. Quicumque dura illorum verba contempserant, durioribus verberibus, quod jubebant, facere cogebantur. Innocentium qui eos offenderant, domus aut deponebantur ad solum, aut ignibus cremabantur. Quidam patresfamilias honesto loco nati, et generoso cultu educati, vix vivi post eorum caedes ablati sunt, vel vincti ad molam, et eam in gyrum ducere, tanquam jumenta contemptibilia, verbere adacti sunt. Quod enim de legibus auxilium a civilibus potestatibus adversus eos aliquid valuit? quis in praesentia eorum officialis anhelavit? quis, quod illi noluissent, exactor exegit? quis eos qui eorum caedibus exstincti sunt, vindicare tentavit, nisi quod propria de illis poenas poscebat insania, cum alii provocandis in se gladiis hominum, quos, ut ab eis ferirentur, morte terrebant, alii per varia praecipitia, alii per aquas, alii per ignes se in mortes voluntarias usquequaque mittebant, et animas ferales a se sibi illatis suppliciis projiciebant?

16. Horrebant ista plurimi in ipsa superstitione haeretica constituti; et cum innocentiae suae sufficere arbitrarentur quod sibi talia displicerent, dicebatur eis a catholicis: Si innocentiam vestram mala ista non polluunt, quomodo dicitis orbem christianum vel falsis, vel certe ignotis Caeciliani peccatis esse pollutum? quomodo vos nefario scelere, ab unitate catholica, tanquam ab area dominica separatis, quae usque ad tempus ventilationis necesse est ut habeat et frumentum in horreo recondendum, et paleam ignibus consumendam (Matth. III, 12)? Atque ita quibusdam ratio reddebatur, ut aliqui ad unitatem catholicam, etiam inimicitias perditorum parati sustinere, transirent; sed plures, quamvis id vellent, eos tamen homines, quibus tanta fuerat licentia saeviendi, inimicos facere non audebant: nonnulli quippe illos, cum ad nos transissent, crudelissimos passi sunt.

CAPÍTULO IV.

15. Y ciertamente antes de que aquellas leyes fuesen enviadas por los emperadores católicos, crecía paulatinamente la doctrina de la paz y de la unidad de Cristo, y a ella pasaba cada cual desde la misma facción según aprendía, quería y podía; mientras, no obstante, entre ellos gremios dementísimos de hombres perdidos perturbaban en diversas causas la quietud de los inocentes. ¿Qué señor no se vio obligado a temer a su propio siervo, si este se hubiera acogido al patrocinio de aquellos? ¿Quién se atrevía siquiera a amenazar a un destructor? ¿Quién podía exigir a un consumidor de almacenes, quién a cualquier deudor, pidiendo el auxilio y la defensa de aquellos? Por el temor a los palos, a los incendios y a la muerte presente, se rompían las tablillas de los peores siervos para que se marcharan libres. Se devolvían a los deudores los quirógrafos extorsionados. Quienes habían despreciado sus duras palabras, se veían obligados por golpes más duros a hacer lo que mandaban. Las casas de los inocentes que los habían ofendido, o bien eran derribadas hasta el suelo, o bien eran cremadas por el fuego. Algunos padres de familia nacidos en lugar honroso y educados en una generosa cultura, apenas fueron retirados vivos tras las matanzas de aquellos, o bien atados a la muela, y obligados por el látigo a llevarla en giro, como jumentos despreciables. Pues ¿qué auxilio de las leyes por parte de las potestades civiles valió algo contra ellos? ¿Qué oficial jadeó en su presencia? ¿Qué exactor exigió lo que ellos no hubieran querido? ¿Quién intentó vengar a quienes fueron extinguidos por las matanzas de aquellos, sino que su propia locura pedía castigos sobre ellos, mientras unos, provocando contra sí las espadas de los hombres (a quienes aterraban con la muerte para ser heridos por ellos), otros por diversos precipicios, otros por las aguas, otros por el fuego, se lanzaban por doquier a muertes voluntarias, y proyectaban sus almas feroces mediante suplicios infligidos por ellos mismos?

16. Horrorizaban estas cosas a muchísimos constituidos en esa misma superstición herética; y como juzgaran que para su inocencia bastaba que tales cosas les desplacieran, se les decía por parte de los católicos: "Si esos males no polucionan vuestra inocencia, ¿cómo decís que el orbe cristiano está polucionado por los pecados falsos, o ciertamente desconocidos, de Ceciliano? ¿Cómo os separáis por nefario crimen de la unidad católica, como de la era dominica, la cual hasta el tiempo de la bielda es necesario que tenga tanto el trigo que ha de ser guardado en el hórreo, como la paja que ha de ser consumida por el fuego (Mat. III, 12)?" Y así se daba razón a algunos, de modo que algunos pasaran a la unidad católica, dispuestos incluso a sostener las enemistades de los perdidos; pero más, aunque lo quisieran, no se atrevían no obstante a hacer enemigos a aquellos hombres a quienes había sido dada tanta licencia de ensañarse: pues algunos sufrieron cosas crudelísimas de parte de ellos cuando se pasaron a nosotros.

17. Accidit etiam ut apud Carthaginem quemdam diaconum suum, nomine Maximianum, contra episcopum suum superbientem, quidam episcoporum ejusdem partis, facto schismate et in plebe Carthaginis divisa parte Donati ordinarent episcopum contra episcopum. Quod cum eorum pluribus displiceret, eumdem Maximianum cum aliis duodecim qui ejus ordinationi praesentes affuerant, damnaverunt, caeteris autem ad eamdem societatem schismatis pertinentibus, die constituto, facultatem redeundi dederunt. Sed postea ex ipsis duodecim quosdam, et ex illis quibus dilatio data fuerat, post diem positum redeuntes, propter pacem suam in suis honoribus susceperunt; et quoscumque extra ipsorum communionem damnati baptizaverant, rebaptizare non ausi sunt. Coepit hoc eorum factum contra illos pro Catholica multum valere, ut ora eorum penitus clauderentur. Quae res cum (sicut oportebat) ad sanandos ab schismate animos hominum spargeretur instantius, et quaquaversum poterat, catholicorum sermonibus ac disputationibus monstraretur eos pro pace Donati et damnatos suos in honorem suum integrum suscepisse, et baptismum quem damnati vel etiam dilati, foris ab Ecclesia eorum dederant, non ausos fuisse rescindere; et orbi terrarum contra pacem Christi contaminationem, nescio quorum, objicere peccatorum, et evacuare baptismum in illis quoque Ecclesiis datum, unde in Africam venit ipsum Evangelium: plurimi confundebantur, et manifesta veritate erubescentes corrigebantur, solito crebrius, et multo magis ubicumque ab eorum saevitia respirabat aliquanta libertas.

18. Tum vero illi sic exarserunt, et tantis sunt odiorum stimulis incitati, ut contra eorum insidias atque violentias et apertissima latrocinia, vix ullae nostrae communionis Ecclesiae possent esse securae, vix ulla via tuta qua iter agerent quicumque adversus eorum rabiem pacem catholicam praedicarent, eorumque dementiam perspicua veritate convincerent. Usque adeo prorsus non solum laicis, vel quibuslibet clericis, sed ipsis quoque episcopis catholicis quodammodo proponebatur dura conditio. Aut enim tacenda erat veritas, aut eorum immanitas perferenda. Sed si veritas taceretur, non solum nemo fuerat ejus silentio liberandus, sed multi etiam illorum seductione perdendi: si autem veritatis praedicatione furor eorum ad saeviendum provocaretur, aliquibus liberatis nostrisque firmatis, rursus a sequenda veritate formido impediret infirmos. Cum igitur his angustiis affligeretur Ecclesia, quisquis existimat omnia potius sustinenda, quam Dei auxilium, ut per christianos imperatores ferretur, fuisse poscendum, parum attendit non bonam de hac negligentia reddi potuisse rationem.

CAP. V.

17. Sucedió también que en Cartago un cierto diácono de los suyos, de nombre Maximiano, ensoberbeciéndose contra su propio obispo, algunos de los obispos de la misma facción, hecho un cisma y dividida la parte de Donato en el pueblo de Cartago, ordenaron a un obispo contra otro obispo. Como esto desplaciera a muchos de ellos, condenaron a ese mismo Maximiano con otros doce que habían estado presentes en su ordenación, pero a los demás que pertenecían a la misma sociedad del cisma les dieron la facultad de regresar en un día determinado. Pero después recibieron en sus honores, por causa de su propia paz, a algunos de esos mismos doce y de aquellos a quienes se les había dado prórroga, regresando después del día fijado; y no se atrevieron a rebautizar a quienes los condenados habían bautizado fuera de su comunión. Este hecho de ellos empezó a valer mucho contra ellos en favor de la Católica, de modo que sus bocas se cerraran por completo. Como este asunto se divulgara con más instancia (según convenía) para sanar los ánimos de los hombres del cisma, y se mostrara por doquier (según era posible) por los sermones y disputas de los católicos que ellos, por la paz de Donato, habían recibido a sus propios condenados en su íntegro honor, y no se habían atrevido a rescindir el bautismo que los condenados o incluso los prorrogados habían dado fuera de su Iglesia; y que, no obstante, objetaban al orbe de la tierra, contra la paz de Cristo, la contaminación de no sé qué pecados, y evacuaban el bautismo dado también en aquellas Iglesias de donde vino a África el mismo Evangelio: muchísimos se confundían, y avergonzándose ante la manifiesta verdad eran corregidos, con más frecuencia de lo acostumbrado, y mucho más dondequiera que se respiraba alguna libertad frente a la saña de aquellos.

18. Entonces, en verdad, ellos se inflamaron de tal modo y fueron incitados por tantos estímulos de odio, que contra sus asechanzas, violencias y manifiestos latrocinios, apenas algunas Iglesias de nuestra comunión podían estar seguras, apenas era seguro camino alguno por el que hicieran su viaje quienes predicaran la paz católica contra su rabia y convencieran su demencia con la clara verdad. Hasta tal punto se proponía una dura condición, no solo a los laicos o a cualesquiera clérigos, sino incluso a los mismos obispos católicos. Pues o bien había que callar la verdad, o bien había que tolerar la inmanidad de ellos. Pero si se callaba la verdad, no solo nadie había de ser liberado por su silencio, sino que muchos de ellos mismos habrían de perderse por la seducción; si, en cambio, por la predicación de la verdad se provocaba su furor al ensañamiento, aunque algunos fueran liberados y los nuestros confirmados, de nuevo el temor impediría a los débiles seguir la verdad. Cuando, pues, la Iglesia se veía afligida por estas angustias, quienquiera que piense que debieron tolerarse todas las cosas antes que pedir el auxilio de Dios, para que fuera traído por medio de los emperadores cristianos, poco advierte que no podría haberse dado buena razón de esta negligencia.
CAPÍTULO V.

19. Quod enim dicunt qui contra suas impietates leges justas institui nolunt, non petiisse a regibus terrae Apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, et omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc illud propheticum complebatur, Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus: nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem psalmo dicitur, Et nunc reges intelligite; erudimini qui judicatis terram. Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore (Psal. II, 1, 2, 10, 11). Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea quae contra jussa Domini fiunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit, quia homo est; aliter, quia etiam rex est: quia homo est, ei servit vivendo fideliter; quia vero etiam rex est, servit leges justa praecipientes et contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias, lucos et templa idolorum, et illa excelsa quae contra praecepta Dei fuerant constructa destruendo (IV Reg. XVIII, 4): sicut servivit Josias, talia et ipse faciendo (Ibid., XXIII, 4, 5): sicut servivit rex Ninivitarum, universam civitatem ad placandum Dominum compellendo (Jonae III, 6-9): sicut servivit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, et inimicos ejus leonibus ingerendo (Dan. XIV, 21, 41): sicut servivit Nabuchodonosor, de quo jam diximus, omnes in regno suo positos a blasphemando Deo lege terribili prohibendo (Id. III, 96). In hoc ergo serviunt Domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quae non possunt facere nisi reges.

20. Cum itaque nondum reges Domino servirent temporibus Apostolorum, sed adhuc meditarentur inania adversus Dominum et adversus Christum ejus, ut Prophetarum praedicta omnia complerentur, non utique tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporum volvebatur, ut et Judaei occiderent praedicatores Christi, putantes se officium Deo facere, sicut praedixerat Christus (Joan. XVI, 2), et Gentes fremerent adversus Christianos, et omnes patientia martyrum vinceret. Postea vero quam coepit impleri quod scriptum est, Et adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient illi (Psal. LXXI, 11); quis mente sobrius regibus dicat, Nolite curare in regno vestro a quo teneatur vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri; non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit esse sive religiosus, sive sacrilegus: quibus dici non potest, Non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit pudicus esse, quis impudicus? Cur enim cum datum sit divinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, et sacrilegia permittantur?

19. Pues en cuanto a lo que dicen quienes no quieren que se instituyan leyes justas contra sus impiedades, que los Apóstoles no pidieron tales cosas a los reyes de la tierra, no consideran que entonces era otro tiempo, y que todas las cosas se hacen en sus propios tiempos. Pues ¿qué emperador había creído entonces en Cristo, para que le sirviera dando leyes en favor de la piedad contra la impiedad, cuando todavía se cumplía aquello profético: "¿Por qué bramaron las gentes, y los pueblos meditaron cosas vanas? Se presentaron los reyes de la tierra, y los príncipes se reunieron en uno contra el Señor y contra su Cristo"? Pero todavía no se trataba de lo que poco después se dice en el mismo salmo: "Y ahora, reyes, entended; instruíos, los que juzgáis la tierra. Servid al Señor con temor, y exultad ante Él con temblor" (Sal. II, 1, 2, 10, 11). ¿Cómo, pues, sirven los reyes al Señor con temor, sino prohibiendo y castigando con religiosa severidad aquellas cosas que se hacen contra los mandatos del Señor? Pues sirve de un modo porque es hombre; de otro, porque es también rey: porque es hombre, le sirve viviendo fielmente; pero porque es también rey, sirve sancionando con conveniente vigor leyes que mandan lo justo y prohíben lo contrario. Como sirvió Ezequías, destruyendo los bosques y templos de los ídolos, y aquellos lugares excelsos que habían sido construidos contra los preceptos de Dios (IV Rey. XVIII, 4): como sirvió Josías, haciendo él mismo tales cosas (Ibíd., XXIII, 4, 5): como sirvió el rey de los ninivitas, compelando a toda la ciudad a aplacar al Señor (Jonás III, 6-9): como sirvió Darío, dando el ídolo al poder de Daniel para ser roto, y arrojando a sus enemigos a los leones (Dan. XIV, 21, 41): como sirvió Nabucodonosor, de quien ya hemos hablado, prohibiendo con ley terrible a todos los puestos en su reino blasfemar de Dios (Id. III, 96). En esto, pues, sirven los reyes al Señor en cuanto son reyes: cuando hacen para servirle aquellas cosas que no pueden hacer sino los reyes.

20. Como, por tanto, los reyes aún no servían al Señor en tiempos de los Apóstoles, sino que todavía meditaban cosas vanas contra el Señor y contra su Cristo, para que se cumplieran todas las predicciones de los Profetas, no podían ciertamente entonces prohibirse las impiedades por las leyes, sino más bien ejercerse. Pues así giraba el orden de los tiempos, que tanto los judíos mataran a los predicadores de Cristo, pensando que hacían un obsequio a Dios, como Cristo había predicho (Juan XVI, 2), como las Gentes bramaran contra los cristianos, y la paciencia de los mártires venciera a todos. Pero después que empezó a cumplirse lo que está escrito: "Y le adorarán todos los reyes de la tierra; todas las naciones le servirán" (Sal. LXXI, 11); ¿quién con mente sobria diría a los reyes: "No os cuidéis en vuestro reino de por quién es tenida o combatida la Iglesia de vuestro Señor; no os pertenezca quién en vuestro reino quiera ser religioso o sacrílego": a los cuales no se puede decir: "¿No os pertenezca quién en vuestro reino quiera ser pudoroso o impúdico"? Pues ¿por qué, habiéndose dado divinamente al hombre el libre albedrío, se castigan por las leyes los adulterios y se permiten los sacrilegios?

An fidem non servare levius est animam Deo, quam feminam viro? aut si ea quae non contemptu, sed ignorantia religionis committuntur, mitius vindicanda, numquid ideo negligenda sunt?

CAPUT VI.

21. Melius est quidem (quis dubitaverit?) ad Deum colendum doctrina homines duci, quam poenae timore vel dolore compelli: sed non quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit (quod experimentis probavimus et probamus) prius timore vel dolore cogi, ut postea possent doceri, aut quod jam verbis didicerant, opere sectari. Proponunt nobis quidam sententiam cujusdam saecularis auctoris, qui dixit: Pudore et liberalitate liberos Retinere, satius esse credo, quam metu. (Terent. in Adelph. act. 1, scen. 1.) Hoc quidem verum est; sed sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Nam ut de ipso auctore istis respondeatur, apud illum etiam legunt: Tu nisi malo coactus, recte facere nescis. Porro autem Scriptura divina, et propter illos meliores dixit, Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem (I Joan. IV, 18); et propter hos inferiores, qui plures sunt, ait, Verbis non emendabitur servus durus; si enim et intellexerit, non obediet (Prov. XXIX, 19). Cum dixit, verbis eum non emendari, non eum jussit deseri, sed tacite admonuit unde debeat emendari: alloquin non diceret, Verbis non emendabitur; sed tantummodo diceret, Non emendabitur. Alio quippe loco dicit non solum servum, sed etiam filium indisciplinatum plagis esse coercendum; et magno fructu: nam, Tu quidem, inquit, percutis eum virga; animam vero ejus liberabis a morte (Id. XXIII, 14); et alibi dicit, Qui parcit baculo, odit filium suum (Id. XIII, 24). Da enim qui recta fide veroque intellectu, totis animae suae viribus dicat, Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, et apparebo ante faciem Dei (Psal. XLI, 3)? et huic tali, non solum temporalium poenarum, vel imperialium legum, sed nec gehennarum timor est necessarius, cui tam desiderabile bonum est adhaerere Deo, ut non solum ab illa felicitate alienari, tanquam magnum supplicium perhorrescat, verum etiam differri moleste ferat. Sed tamen antequam dicant boni filii, Concupiscentiam habemus dissolvi, et esse cum Christo (Philipp. I, 23); multi prius, tanquam mali servi et quodammodo improbi fugitivi, ad Dominum suum temporalium flagellorum verbere revocantur.

¿Acaso es más leve no guardar la fe del alma para con Dios, que la de la mujer para con el varón? O si aquellas cosas que se cometen no por desprecio, sino por ignorancia de la religión, han de ser vindicadas con más mitigación, ¿acaso por eso han de ser descuidadas?

CAPÍTULO VI.

21. Ciertamente es mejor (¿quién lo dudará?) que los hombres sean conducidos al culto de Dios por la doctrina, que compelidos por el temor del castigo o por el dolor; pero no porque estos sean mejores, han de ser descuidados aquellos que no lo son. Pues a muchos ha aprovechado (lo que hemos probado y probamos por experiencias) ser primero coercitados por el temor o el dolor, para que después pudieran ser enseñados, o seguir con la obra lo que ya habían aprendido con las palabras. Algunos nos proponen la sentencia de cierto autor secular, que dijo: "Retener a los hijos por la vergüenza y la liberalidad, creo que es mejor que por el miedo" (Terencio en Adelph. act. 1, esc. 1). Esto ciertamente es verdad; pero así como son mejores aquellos a quienes dirige el amor, así son más numerosos aquellos a quienes corrige el temor. Pues para responderles con el mismo autor, también leen en él: "Tú, si no es obligado por el mal, no sabes obrar rectamente". Por lo demás, la divina Escritura dijo tanto por causa de aquellos mejores: "El temor no está en la caridad; sino que la perfecta caridad echa fuera el temor" (I Juan IV, 18); como por causa de estos inferiores, que son más numerosos, dice: "Con palabras no se enmendará el siervo duro; pues aunque entienda, no obedecerá" (Prov. XXIX, 19). Cuando dijo que no se enmienda con palabras, no mandó que fuera abandonado, sino que tácitamente amonestó de dónde debe ser enmendado: de otro modo no diría: "Con palabras no se enmendará"; sino que solamente diría: "No se enmendará". Pues en otro lugar dice que no solo el siervo, sino también el hijo indisciplinado debe ser coercitado con azotes; y con gran fruto: pues, "Tú ciertamente", dice, "lo golpeas con la vara; pero librarás su alma de la muerte" (Id. XXIII, 14); y en otra parte dice: "El que perdona el bastón, odia a su hijo" (Id. XIII, 24). Pues dame a quien con recta fe y verdadero entendimiento diga con todas las fuerzas de su alma: "¿Cuándo tuvo sed mi alma del Dios vivo; cuándo vendré y apareceré ante la faz de Dios?" (Sal. XLI, 3); y para este tal, no solo el temor de las penas temporales o de las leyes imperiales, sino ni siquiera el de las gehenas es necesario, para quien es tan deseable bien adherirse a Dios, que no solo aborrece ser alienado de aquella felicidad como un gran suplicio, sino que incluso lleva a mal ser postergado. Pero no obstante, antes de que digan los buenos hijos: "Tenemos deseo de ser disueltos y estar con Cristo" (Filip. I, 23); muchos primero, como malos siervos y en cierto modo prófugos impíos, son revocados a su Señor por el látigo de los flagelos temporales.

22. Quis enim nos potest amplius amare quam Christus, qui animam suam posuit pro ovibus suis (Joan. X, 15)? Et tamen cum Petrum et alios Apostolos solo verbo vocasset, Paulum prius Saulum, Ecclesiae suae postea magnum aedificatorem, sed horrendum antea vastatorem, non solum voce compescuit, verum etiam potestate prostravit, atque ut infidelitatis tenebris saevientem ad desiderandum lumen cordis urgeret prius corporis caecitate percussit. Si poena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur: et quando apertis oculis nihil videbat, si eos salvos haberet, non ad impositionem manus Ananiae, ut eorum aperiretur obtutus, tanquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse Scriptura narraret (Act. IX, 1-18). Ubi est quod isti clamare consueverunt: Liberum est credere, vel non credere? cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum; agnoscant in eo prius cogentem Christum, et postea docentem prius ferientem, et postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui poena corporis ad Evangelium coactus intravit, plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio laboravit (I Cor. XV, 10); et quem major timor compulit ad charitatem, ejus perfecta charitas foras misit timorem.

23. Cur ergo non cogeret Ecclesia perditos filios ut redirent, si perditi filii coegerunt alios ut perirent? Quamvis etiam illos quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles sed salubres leges in ejus gremium revocentur, blandius pia mater amplectitur, et de illis multo amplius quam de his quos nunquam perdiderat, gratulatur. Annon pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oves quae non violenter ereptae, sed blande leniterque seductae, a grege aberraverint, et ab alienis coeperint possideri, inventas ad ovile dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus revocare: praesertim quoniam si apud fugitivos servos et praedones fecunditate multiplicentur, plus habet juris quod in eis dominicus character agnoscitur; qui in eis quos suscipimus, nec tamen rebaptizamus, minime violatur? Sic enim error corrigendus est ovis, ut non in ea corrumpatur signaculum Redemptoris. Neque enim, si quisquam regio charactere a signato desertore signetur, et accipiant indulgentiam, atque ille redeat ad militiam, ille autem esse in militia, in qua nondum erat, incipiat; in aliquo eorum character ille rescinditur, ac non potius in ambobus agnoscitur, et honore debito, quoniam regius est, approbatur. Quia ergo non possunt malum esse ostendere quo eoguntur, nec ad bonum se cogi oportere contendunt. Sed a Christo coactum ostendimus Paulum: imitatur itaque Ecclesia in istis cogendis Dominum suum, quae prius ut neminem cogeret exspectavit, ut de fide regum atque gentium praedicatio prophetica compleretur.

22. Pues ¿quién puede amarnos más que Cristo, que puso su alma por sus ovejas (Juan X, 15)? Y no obstante, habiendo llamado a Pedro y a los demás Apóstoles con la sola palabra, a Pablo (antes Saulo), después gran edificador de su Iglesia, pero antes horrendo vastador, no solo lo contuvo con la voz, sino que también lo postró con su potestad; y para urgir a quien se ensañaba en las tinieblas de la infidelidad hacia la deseada luz del corazón, primero lo hirió con la ceguera del cuerpo. Si aquella pena no existiera, no sería después sanado de ella: y cuando con los ojos abiertos nada veía, si los tuviera sanos, no relataría la Escritura que ante la imposición de la mano de Ananías, para que se abriera su visión, cayeron de allí como escamas, por las cuales había sido cerrado (Hech. IX, 1-18). ¿Dónde está lo que estos suelen clamar: "Es libre creer o no creer? ¿A quién infligió Cristo fuerza? ¿A quién compelió?" He aquí que tienen al apóstol Pablo; reconozcan en él primero a Cristo compelindo, y después enseñando; primero hiriendo, y después consolando. Es admirable, empero, cómo aquel que entró compelido al Evangelio por la pena del cuerpo, trabajó en el Evangelio más que todos aquellos que fueron llamados por la sola palabra (I Cor. XV, 10); y a quien un temor mayor compelió a la caridad, su perfecta caridad echó fuera el temor.

23. ¿Por qué, pues, no habría de compeler la Iglesia a sus hijos perdidos a que regresen, si los hijos perdidos compelieron a otros a que perecieran? Aunque también a aquellos a quienes no compelieron, sino solamente sedujeron, si por leyes terribles pero salubres son revocados a su seno, la piadosa madre los abraza más suavemente, y se congratula de ellos mucho más que de estos que nunca había perdido. ¿Acaso no pertenece a la diligencia pastoral, incluso a aquellas ovejas que no arrebatadas violentamente, sino blanda y suavemente seducidas, se hubieran descarriado del gremio y empezado a ser poseídas por ajenos, una vez encontradas, revocarlas al redil dominico (si quisieran resistir) por los terrores de los flagelos, o incluso por dolores: máxime cuando, si entre los siervos fugitivos y los ladrones se multiplicaran en fecundidad, tiene más de derecho lo que en ellos se reconoce como carácter dominico; el cual en aquellos que recibimos, y sin embargo no rebautizamos, en nada se viola? Pues así debe corregirse el error de la oveja, que no se corrompa en ella el sello del Redentor. Ni tampoco, si alguien fuera marcado con el carácter real por un desertor ya marcado, y recibieran el indulto, y aquel volviera a la milicia, mientras aquel otro empezara a estar en la milicia (en la que todavía no estaba); en ninguno de ellos se rescinde aquel carácter, y no más bien se reconoce en ambos, y se aprueba con el honor debido, puesto que es real. Porque, por tanto, no pueden mostrar que sea malo aquello a lo que se les compele, sostienen que no deben ser compelidos ni siquiera al bien. Pero hemos mostrado que Pablo fue compelido por Cristo: imita, pues, la Iglesia en compeler a estos a su Señor, la cual primero esperó para no compeler a nadie, para que se cumpliera la predicción profética sobre la fe de los reyes y de las gentes.

24. Etiam hinc enim non absurde intelligitur illa apostolica sententia, ubi Paulus beatus dicit: Parati ulcisci omnem inobedientiam, cum completa fuerit prior obedientia vestra (II Cor. X, 6). Unde et ipse Dominus ad magnam coenam suam prius adduci jubet convivas, postea cogi: nam cum ei servi suo respondissent, Domine, factum est quod jussisti, et adhuc est locus; Exite, inquit, in vias et sepes, et quoscumque inveneritis, cogite intrare (Luc. XIV, 22, 23). In illis ergo qui leniter primo adducti sunt, completa est prior obedientia; in istis autem qui coguntur, inobedientia coercetur: nam quid est, cogite intrare, cum primo dictum esset, adducite, et responsum esset, Factum est quod jussisti, et adhuc est locus? Si miraculorum terroribus cogendos voluisset intelligi; magis ad eos qui prius vocati sunt, divina miracula multa facta sunt, maxime ad Judaeos de quibus dictum est Judaei signa petunt (I Cor. I, 22): in ipsis quoque Gentilibus talia temporibus Apostolorum miracula Evangelium commendaverunt, ut si talibus cogi juberentur, priores, ut dixi, potius convivae coacti esse merito crederentur. Quapropter, si potestate quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit, divino munere accepit Ecclesia, hi qui inveniuntur in viis et in sepibus, id est in haeresibus et schismatibus, coguntur intrare; non quia coguntur reprehendant, sed quo cogantur, attendant. Convivium Domini, unitas est corporis Christi, non solum in Sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. De istis sane possumus verissime dicere quod neminem cogant ad bonum: quoscumque enim cogunt, non cogunt nisi ad malum.

CAPUT VII.

25. Verumtamen antequam istae leges quibus ad convivium sanctum coguntur intrare, in Africam mitterentur, nonnullis fratribus videbatur, in quibus et ego eram, quamvis Donatistarum rabies usquequaque saeviret, non esse petendum ab imperatoribus ut ipsam haeresim juberent omnino non esse, poenam constituendo eis qui in illa esse voluissent; sed hoc potius constituerent, ut eorum furiosas violentias non paterentur qui veritatem catholicam vel praedicarent loquendo, vel legerent constituendo. Quod eo modo fieri aliquatenus posse arbitrabamur, si legem piissimae memoriae Theodosii, quam generaliter in omnes haereticos promulgavit, Ut quisquis eorum episcopus vel clericus ubilibet esset inventus, decem libris auri multaretur,

24. Pues también de aquí se entiende no absurdamente aquella sentencia apostólica, donde el bienaventurado Pablo dice: "Estando prestos para vengar toda desobediencia, cuando vuestra previa obediencia haya sido completada" (II Cor. X, 6). De donde también el mismo Señor manda que los invitados sean primero traídos a su gran cena, y después compelidos: pues cuando sus siervos le hubieron respondido: "Señor, hecho está lo que mandaste, y todavía hay lugar"; "Salid", dijo, "por los caminos y los vallados, y a cuantos hallareis, compeledlos a entrar" (Luc. XIV, 22, 23). En aquellos, pues, que fueron traídos suavemente al principio, se completó la previa obediencia; pero en estos que son compelidos, se coercita la desobediencia: pues ¿qué es "compeledlos a entrar", cuando primero se había dicho "traedlos", y se había respondido "hecho está lo que mandaste, y todavía hay lugar"? Si hubiera querido que se entendiera que debían ser compelidos por los terrores de los milagros; muchos milagros divinos se hicieron más bien para aquellos que fueron llamados primero, máxime para los judíos de quienes se dijo: "Los judíos piden señales" (I Cor. I, 22): también entre los mismos Gentiles, en tiempos de los Apóstoles, tales milagros recomendaron el Evangelio, de modo que si se mandara compeler por tales cosas, los primeros invitados, como dije, más bien se creería merecidamente que habían sido compelidos. Por lo cual, si por la potestad que por la religión y fe de los reyes, en el tiempo que debió, recibió la Iglesia por don divino, aquellos que son hallados en los caminos y en los vallados (esto es, en las herejías y los cismas) son compelidos a entrar; no porque son compelidos lo censuren, sino que a qué son compelidos atiendan. El convite del Señor es la unidad del cuerpo de Cristo, no solo en el Sacramento del altar, sino también en el vínculo de la paz. De ellos ciertamente podemos decir con toda verdad que a nadie compelen al bien: pues a cuantos compelen, no los compelen sino al mal.

CAPÍTULO VII.

25. No obstante, antes de que aquellas leyes por las cuales se les compele a entrar al convite santo fuesen enviadas a África, a algunos hermanos (entre los cuales yo también estaba) nos parecía que, aunque la rabia de los donatistas se ensañara por doquier, no debía pedirse a los emperadores que mandaran que esa misma herejía no existiera en absoluto, constituyendo una pena para quienes quisieran estar en ella; sino que más bien constituyeran esto: que no padecieran sus furiosas violencias quienes o bien predicaran la verdad católica hablando, o bien la leyeran estableciéndola. Lo cual pensábamos que podía hacerse en cierta medida de este modo: si la ley de Teodosio de piadosísima memoria, que promulgó en general contra todos los herejes ("Que cualquiera de ellos, obispo o clérigo, que fuera hallado en cualquier lugar, fuera multado con diez libras de oro"),

expressius in Donatistas, qui se negabant haereticos, ita confirmarent, ut non omnes ea multa ferirentur, sed in quorum regionibus aliquas violentias a clericis, vel a Circumcellionibus, vel populis eorum, Ecclesia catholica pateretur: ut scilicet post protestationem Catholicorum qui fuissent ista perpessi, jam cura ordinum ad persolvendam multam episcopi sive ministri caeteri tenerentur. Ita enim existimabamus eis territis, et nihil tale facere audentibus, posse libere doceri et teneri catholicam veritatem, ut ad eam cogeretur nemo, sed eam qui sine formidine vellet, sequeretur, ne falsos et simulatores catholicos haberemus. Et quamvis aliis fratribus aliud videretur, jam aetate gravioribus, vel multarum civitatum et locorum exempla cernentibus , ubi firmam et veram catholicam videbamus, quae tamen ibi talibus beneficiis Dei constituta esset atque firmata, dum per priorum imperatorum leges ad communionem homines catholicam cogerentur; obtinuimus tamen ut illud potius quod dixi, ab imperatoribus peteretur: decretum est in concilio nostro , legati ad Comitatum missi sunt.

26. Sed Dei major misericordia, qui sciret harum legum terror et quaedam medicinalis molestia quam multorum esset pravis vel frigidis animis necessaria, et illi duritiae quae verbis emendari non potest, sed tamen aliquantula severitate disciplinae potest, id egit ut legati nostri quod susceperant, obtinere non possent. Jam enim nos praevenerant ex aliis locis quaedam episcoporum querelae gravissimae, qui mala fuerant ab ipsis multa perpessi, et a suis sedibus exturbati; praecipue horrenda et incredibilis caedes Maximiani episcopi catholici Ecclesiae Bagaiensis effecit ut nostra legatio jam quid ageret non haberet. Jam enim lex fuerat promulgata, ut tantae immanitatis haeresis Donatistarum, cui crudelius parci videbatur quam ipsa saeviebat, non tantum violenta esse, sed omnino esse non sineretur impune: non tamen supplicio capitali, propter servandam etiam circa indignos mansuetudinem christianam, sed pecuniariis damnis propositis, et in episcopos vel ministros eorum exsilio constituto.

27. Supradictum quippe episcopum Bagaiensem, quoniam apud ordinarium judicem, dicta inter partes sententia, obtinuerat basilicam , quam illi, cum catholica esset, invaserant, stantem ad altare irruentes horrendo impetu et furore crudeli, fustibus et cujuscemodi telis, lignis denique ejusdem altaris effracti immaniter ceciderunt; pugione etiam percusserunt in inguine; quo vulnere sanguis effluens eum exanimem redderet, nisi ei ad vitam major saevitia eorum profuisset.

la confirmaran más expresamente contra los donatistas, que negaban ser herejes, de modo que no todos fueran heridos por esa multa, sino aquellos en cuyas regiones la Iglesia católica padeciera algunas violencias de parte de los clérigos, o de los circumceliones, o de sus pueblos: para que, a saber, tras la protesta de los católicos que hubieran padecido tales cosas, ya por el cuidado de los órdenes los obispos o los demás ministros estuvieran obligados a pagar la multa. Pues así estimábamos que, aterrados ellos y no atreviéndose a hacer nada semejante, podría enseñarse y tenerse libremente la verdad católica, de modo que nadie fuera compelido a ella, sino que la siguiera quien quisiera sin temor, para que no tuviéramos católicos falsos y simuladores. And aunque a otros hermanos les parecía otra cosa, ya más graves por la edad o viendo los ejemplos de muchas ciudades y lugares donde veíamos una firme y verdadera Iglesia católica, la cual, sin embargo, se había constituido y afirmado allí por tales beneficios de Dios, mientras por las leyes de los anteriores emperadores se compelía a los hombres a la comunión católica; obtuvimos, no obstante, que se pidiera a los emperadores aquello que dije: se decretó en nuestro concilio, y se enviaron legados a la Corte.

26. Pero la mayor misericordia de Dios, que sabía cuán necesaria era para los ánimos depravados o fríos de muchos el terror de estas leyes y una cierta medicinal molestia, y para aquella dureza que no puede enmendarse con palabras, pero sí no obstante con alguna pequeña severidad de disciplina, hizo que nuestros legados no pudieran obtener lo que habían aceptado. Pues ya nos habían precedido desde otros lugares algunas quejas gravísimas de obispos que habían padecido muchos males de parte de ellos mismos y habían sido expulsados de sus sedes; principalmente la horrenda e increíble matanza de Maximiano, obispo católico de la Iglesia de Bagai, hizo que nuestra legación ya no tuviera qué hacer. Pues ya se había promulgado la ley de que la herejía de los donatistas, de tanta inmanidad (a la cual parecía perdonársele más cruelmente de lo que ella misma se ensañaba), no solo no se permitiera ser violenta, sino que no se permitiera en absoluto existir impunemente: no obstante, no con pena capital, por guardar la mansedumbre cristiana incluso hacia los indignos, sino con daños pecuniarios propuestos y con el exilio establecido para sus obispos o ministros.

27. Pues al sobredicho obispo de Bagai, puesto que ante el juez ordinario, dictada sentencia entre las partes, había obtenido la basílica que aquellos habían invadido siendo católica; estando él de pie ante el altar, irrumpieron ellos con horrendo ímpetu y furor cruel, y lo golpearon inmanemente con palos y proyectiles de toda clase, y finalmente con las maderas del mismo altar destrozado; incluso lo hirieron con un puñal en la ingle, por cuya herida la sangre que fluía le habría dejado sin vida si no le hubiera aprovechado para vivir la mayor crueldad de ellos.

Nam cum graviter sauciatum per terram insuper traherent, exundanti venae pulvis obstrusus sanguinem abstinuit , cujus effusione ibat in mortem. Deinde cum ab eis tandem relictum, nostri cum psalmis auferre tentarent, illi ira ardentiore succensi, eum de portantium manibus abstulerunt, male multatis fugatisque Catholicis, quos ingenti multitudine superabant, et facile saeviendo terrebant. Inde in quamdam turrem levatum, jam defecisse arbitrantes, cum ille adhuc viveret, abjecerunt. Sed quodam molli aggere exceptus, et a quibusdam nocte transeuntibus per lucernam conspectus, agnitus atque collectus, et ad religiosam domum apportatus, adhibita magna cura, post multos dies ab illa desperatione recreatus est: occisum eum tamen fama scelere Donatistarum etiam trans mare nuntiaverat; quo posteaquam venit, et vita ejus inopinatissima apparuit, cicatricibus, suis tam multis, tam ingentibus, tam recentibus, non frustra famam mortuum se nuntiasse monstravit.

28. Auxilium ergo petivit ab imperatore christiano, non tam sui ulciscendi causa, quam tuendae Ecclesiae sibi creditae. Quod si praetermisisset, non ejus fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Neque enim et apostolus Paulus vitae suae transitoriae consulebat, sed Ecclesiae Dei, quando contra illos qui eum occidere conspiraverant, consilium illorum tribuno ut proderetur effecit: unde factum est ut eum ad locum quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias (Act. XXIII, 17-32). Romanas etiam leges implorare minime dubitavit, civem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat (Id. XXII, 25): itemque ne Judaeis eum interimere cupientibus traderetur, Caesaris poposcit auxilium (Id. XXV, 11), Romani quidem principis, sed non christiani. Ubi satis ostendit quid facere postea deberent Christi dispensatores, quando imperatores christianos periclitante Ecclesia reperirent. Hinc ergo factum est ut Imperator religioso et pius, perlatis in notitiam suam talibus causis, mallet piissimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, et eos qui contra Christum Christi signa portarent, ad unitatem catholicam terrendo et coercendo redigere, quam saeviendi tantummodo auferre licentiam, et errandi ac pereundi relinquere.

Pues cuando lo arrastraban por tierra, gravemente herido, el polvo obstruido en la vena que manaba contuvo la sangre, por cuya efusión iba hacia la muerte. Luego, cuando finalmente fue dejado por ellos y los nuestros intentaron retirarlo con salmos, aquellos, encendidos en una ira más ardiente, lo arrebataron de las manos de quienes lo portaban, tras haber maltratado y puesto en fuga a los católicos, a los que superaban en ingente multitud y a los que aterraban fácilmente ensañándose. De allí, subido a una torre, pensando que ya había fallecido, lo arrojaron mientras él aún vivía. Pero habiendo caído sobre un montículo blando, y visto por algunos que pasaban de noche con una lámpara, fue reconocido y recogido, y llevado a una casa religiosa; aplicada una gran cura, tras muchos días fue restablecido de aquella desesperación: la fama, empero, había anunciado incluso al otro lado del mar que había sido muerto por el crimen de los donatistas; a donde, después de que llegó y su vida apareció de lo más inesperada, por sus cicatrices tan numerosas, tan ingentes y tan recientes, mostró que no en vano la fama lo había anunciado muerto.

28. Pidió, pues, auxilio al emperador cristiano, no tanto por causa de vengarse a sí mismo, cuanto por defender la Iglesia que le había sido encomendada. Si lo hubiera omitido, no habría de alabarse su paciencia, sino culparse merecidamente su negligencia. Pues ni siquiera el apóstol Pablo miraba por su vida transitoria, sino por la Iglesia de Dios, cuando contra aquellos que habían conspirado para matarlo, hizo que su plan fuera revelado al tribuno: de donde resultó que un soldado armado lo escoltara al lugar donde debía ser conducido, para que no padeciera sus asechanzas (Hech. XXIII, 17-32). Tampoco dudó en lo más mínimo en implorar las leyes romanas, proclamando que él era ciudadano romano, a quienes entonces no era lícito afligir con azotes (Id. XXII, 25): e igualmente, para no ser entregado a los judíos que deseaban matarlo, pidió el auxilio del César (Id. XXV, 11), príncipe romano ciertamente, pero no cristiano. Donde mostró suficientemente qué debían hacer después los dispensadores de Cristo cuando encontraran emperadores cristianos estando en peligro la Iglesia. De aquí resultó, pues, que el emperador religioso y piadoso, llevadas a su noticia tales causas, prefiriera por leyes piadosísimas corregir del todo el error de aquella impiedad, y reducir a la unidad católica, aterrando y coercitando, a quienes llevaban los signos de Cristo contra Cristo, antes que quitar solamente la licencia de ensañarse y dejarlos errando y pereciendo.

29. Jamvero cum ipsae leges venissent in Africam, praecipue illi qui quaerebant occasionem, aut saevitiam furentium metuebant, aut suos verecundabantur offendere, ad Ecclesiam continuo transierunt. Multi etiam qui sola illic a parentibus tradita consuetudine tenebantur, qualem vero causam ipsa haeresis haberet nunquam antea cogitaverant, nunquam quaerere et considerare voluerant, mox ubi coeperunt advertere, et nihil in ea dignum invenire propter quod tanta damna paterentur, sine ulla difficultate catholici facti sunt: docuit enim eos sollicitudo, quos negligentes securitas fecerat. Istorum autem omnium praecedentium auctoritatem et persuasionem secuti sunt multi, qui minus idonei erant per seipsos intelligere quid distaret inter Donatistarum errorem, et catholicam veritatem.

30. Ita cum magna agmina populorum vera mater in sinum gaudens reciperet, remanserunt turbae durae, et in illa peste infelici animositate sistentes. Ex his quoque plurimi simulando communicaverunt, alii paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabant, paulatim assuescendo et praedicationem veritatis audiendo, maxime post collationem et disputationem quae inter nos et episcopos eorum apud Carthaginem fuit, ex magna parte correcti sunt. In quibusdam vero locis, ubi pertinacior et impacatior praevaluit multitudo, cui resistere non poterant pauciores quorum erat melior de communione sententia, aut turbae auctoritati paucorum potentiorum subditae in malam partem obtemperarunt, aliquanto diutius laboratum est. Ex his sunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multa Catholici, et maxime episcopi et clerici horrenda et dura perpessi sunt, quae commemorare longum est; quando quorumdam et oculi exstincti sunt, et cujusdam episcopi manus et lingua praecisa est; nonnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas caedes, et domorum depraedationes, per nocturnas aggressiones et incendia, non solum privatorum habitaculorum, verum etiam ecclesiarum; in quas flammas non defuerunt qui et Codices dominicos mitterent.

31. Sed nos hujusmodi afflictos malis, consequens consolatus est fructus. Nam ubicumque a perditis ista commissa sunt, ibi ferventius atque perfectius unitas christiana profecit, et uberius laudatur Dominus, qui donare dignatus est ut servi ejus passionibus suis lucrarentur fratres suos, et oves ejus mortifero errore dispersas in pacem salutis aeternae suo sanguine congregarent. Potens est Dominus et misericors, quem quotidie rogamus ut etiam caeteris det poenitentiam, et resipiscant de diaboli laqueis, a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem (II Tim. II, 26): qui non quaerunt nisi unde nobis calumnientur, et retribuant mala pro bonis; quia nec intelligere noverunt, quem circa eos animum dilectionemque servemus, et quomodo eos velimus secundum Domini praeceptum, quod per Ezechielem prophetam pastoribus dedit, revocare errantes, et perditos invenire (Ezech. XXXIV, 4).

29. Ya en verdad, cuando las mismas leyes llegaron a África, principalmente aquellos que buscaban una ocasión, o temían la saña de los furiosos, o se avergonzaban de ofender a los suyos, pasaron continuamente a la Iglesia. Muchos también que solo se mantenían allí por la costumbre transmitida por sus padres, nunca antes habían pensado qué clase de causa tenía la misma herejía, nunca habían querido buscarla ni considerarla; tan pronto como empezaron a advertirlo y a no encontrar en ella nada digno por lo cual padecieran tantos daños, se hicieron católicos sin ninguna dificultad: pues la solicitud enseñó a quienes la seguridad había hecho negligentes. Pero la autoridad y persuasión de todos estos precedentes fueron seguidas por muchos que eran menos idóneos para entender por sí mismos qué distaba entre el error de los donatistas y la verdad católica.

30. Así, mientras la verdadera madre recibía gozosa en su seno a grandes columnas de pueblos, permanecieron turbas endurecidas que persistían en aquella peste con infeliz animosidad. De estos también muchísimos comulgaron fingiendo, otros se ocultaron por su corto número. Pero los que fingían, acostumbrándose paulatinamente y oyendo la predicación de la verdad (máxime después de la conferencia y disputa que hubo entre nosotros y sus obispos en Cartago), fueron en gran parte corregidos. Pero en ciertos lugares, donde prevaleció una multitud más pertinaz e impaciente, a la que no podían resistir los menos cuya sentencia sobre la comunión era mejor, o donde las turbas sujetas a la autoridad de unos pocos más poderosos obedecieron en la mala parte, se trabajó durante algo más de tiempo. De estos son aquellos en los que todavía se trabaja, en cuyo trabajo los católicos, y máxime los obispos y clérigos, han padecido muchas cosas horrendas y duras, que sería largo conmemorar; cuando a algunos incluso se les apagaron los ojos, y a un cierto obispo se le cortaron la mano y la lengua; algunos incluso fueron degollados. Calla las crudelísimas matanzas y las depredaciones de casas, mediante agresiones nocturnas e incendios, no solo de habitáculos privados, sino incluso de iglesias; en cuyas llamas no faltaron quienes arrojaran también los Códices dominicos.

31. Pero a nosotros, afligidos por males de esta clase, nos consoló el fruto consiguiente. Pues dondequiera que aquellas cosas fueron cometidas por los perdidos, allí la unidad cristiana progresó más ferviente y perfectamente, y más abundantemente es alabado el Señor, que se dignó conceder que sus siervos ganaran a sus hermanos con sus pasiones, y congregaran a sus ovejas dispersas por el error mortífero en la paz de la salvación eterna con su propia sangre. Poderoso es el Señor y misericordioso, a quien diariamente rogamos para que dé también a los demás arrepentimiento, y vuelvan en sí de los lazos del diablo, por quien son tenidos cautivos según su voluntad (II Tim. II, 26): los cuales no buscan sino de dónde calumniarnos y retribuir males por bienes; porque ni han sabido entender qué ánimo y dilección guardamos hacia ellos, y cómo queremos, según el precepto del Señor que dio a los pastores por el profeta Ezequiel, revocar a los errantes y encontrar a los perdidos (Ezeq. XXXIV, 4).

CAPUT VIII.

32. Illi autem, quod et alibi aliquando diximus, et quod nobis faciunt, sibi non imputant; et quod sibi faciunt, nobis imputant. Quis enim nostrum velit non solum aliquem illorum perire, verum etiam aliquid perdere? Sed si aliter non meruit pacem habere domus David, nisi Absalon filius ejus in bello quod contra patrem gerebat, fuisset exstinctus, quamvis magna cura mandaverit suis ut eum quantum possent vivum salvumque servarent, ut esset cui poenitenti paternus affectus ignosceret; quid ei restitit, nisi perditum flare, et sui regni pace acquisita suam moestitiam consolari (II Reg. XVIII, XXII). Sic ergo catholica mater, bellantibus adversus eam quibus aliis quam filiis suis, quia utique ex ipsa magna arbore quae ramorum suorum porrectione toto orbe diffunditur, iste in Africa ramusculus fractus est, cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem sine qua veram vitam habere non possunt; si aliquorum perditione caeteros tam multos colligit, praesertim quia isti, non sicut Absalon casu bellico, sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit et sanat tantorum liberatione populorum. Quorum si videas in Christi pace laetitias, frequentias, alacritates, et ad hymnos audiendos et canendos, et ad verbum Dei percipiendum celebres hilaresque conventus, multorumque in eis cum dolore magno recordationem praeteriti erroris, et cum gaudio considerationem cognitae veritatis, et cum indignatione et detestatione mendacium magistrorum, quod modo cognoscant de nostris Sacramentis quam falsa jactaverint; multorum etiam in eis confessiones quod olim vellent esse catholici, nec inter homines tanti furoris auderent: horum ergo populorum congregationes per plurimas Africae regiones ab illa perditione liberatorum, si sub uno conspectu videres; tunc diceres nimiae fuisse crudelitatis, si dum timeretur ne homines desperati, et istorum innumerabili multitudini nulla aestimatione comparandi, suis et voluntariis ignibus cremarentur, isti in aeternum perdendi et sempiternis ignibus cruciandi relinquerentur.

33. Si enim duo aliqui in una domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram, nobisque id praenuntiantibus nollent credere, atque in ea manere persisterent; si eos inde possemus eruere vel invitos, quibus imminentem illam ruinam postea demonstraremus, ut redire ulterius sub ejus periculum non auderent, puto nisi faceremus, non immerito crudeles dijudicaremur.

CAPÍTULO VIII.

32. Ellos, en cambio (lo que también en otra parte hemos dicho alguna vez), lo que nos hacen a nosotros no se lo imputan a sí mismos; y lo que se hacen a sí mismos, nos lo imputan a nosotros. Pues ¿quién de nosotros querría no solo que alguno de ellos perezca, sino incluso que se pierda algo? Pero si la casa de David no mereció tener paz de otro modo sino siendo extinguido su hijo Absalón en la guerra que gestionaba contra su padre (aunque con gran cuidado mandó a los suyos que lo guardaran vivo y sano cuanto pudieran, para que hubiera a quien perdonara el afecto paterno si se arrepentía); ¿qué le restó a él sino llorar al perdido, y consolar su tristeza con la paz de su reino adquirida (II Rey. XVIII, XXII)? Así pues, la madre católica, guerreando contra ella quienes no son sino sus propios hijos —porque ciertamente de aquella gran ruda que por la extensión de sus ramos se difunde por todo el orbe, este ramúsculo en África se ha roto—, mientras con caridad está de parto por ellos para que regresen a la raíz sin la cual no pueden tener la verdadera vida; si por la perdición de algunos congrega a otros tantos, máxime porque estos no perecen como Absalón por un azar bélico, sino más bien por muerte espontánea, mitiga y sana el dolor de su corazón materno con la liberación de tantos pueblos. Si vieras de estos las alegrías en la paz de Cristo, las concurrencias, los ánimos prontos, y las célebres y alegres asambleas para oír y cantar himnos y para percibir la palabra de Dios; y en muchos de ellos la recordación del pasado error con gran dolor, y la consideración de la verdad conocida con gozo, y la indignación y detestación de las mentiras de sus maestros, porque ahora conocen qué cosas falsas jactaban de nuestros Sacramentos; las confesiones también de muchos de ellos de que antaño querían ser católicos, pero no se atrevían entre hombres de tanto furor: si vieras bajo una sola mirada las congregaciones de estos pueblos por muchísimas regiones de África liberados de aquella perdición; entonces dirías que habría sido de excesiva crueldad si, mientras se temía que hombres desesperados (y que por ninguna estimación pueden compararse a la innumerable multitud de estos) se quemaran en sus propios y voluntarios fuegos, estos otros fueran abandonados para perderse eternamente y ser atormentados en fuegos sempiternos.

33. Pues si dos personas cualesquiera habitaran en una casa que supiéramos con toda certeza que ha de caer, y no quisieran creernos al predecirlo nosotros y persistieran en permanecer en ella; si pudiéramos rescatarlos de allí incluso contra su voluntad, a quienes después demostraríamos aquella inminente ruina para que no se atrevieran a volver más bajo su peligro, creo que si no lo hiciéramos, no inmerecidamente seríamos juzgados crueles.

Porro si unus illorum nobis diceret, Quando intraveritis eruere nos, meipsum continuo trucidabo; alter autem nec exire quidem inde, nec erui vellet, sed neque necare se auderet; quid eligeremus, utrum ambos ruinae opprimendos relinquere, an uno saltem per misericordem nostram operam liberato, alterum non nostra culpa, sed sua potius interire? Nemo est tam infelix qui non quid fieri in talibus causis oporteat, facillime judicet. Et de duobus hominibus, uno scilicet perdito, et uno liberato similitudinem istam proposui: quid ergo sentiendum est de quibusdam paucis perditis, et innumerabili multitudine populorum liberatorum? Non enim vel tot sunt illi homines qui sua voluntate pereunt, quot liberantur per istas leges ab illa pestifera aeternaque pernicie fundi, pagi, vici, castella, municipia, civitates.

CAPUT IX.

35. Quod autem nobis objiciunt, quod res eorum concupiscamus et auferamus; utinam catholici fiant, et non solum quae dicunt sua, sed etiam nostra, in pace nobiscum et charitate possideant! Usque adeo autem calumniandi cupiditate caecantur, ut non attendant quam sint inter se contraria quae loquuntur. Ipsi certe dicunt, et invidiosissime sibi conqueri videntur quod eos in nostram communionem violento legum imperio coarctamus: hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus quaerit compossessorem? quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quondam suos, jam nostros socios et fraterna nobis dilectione conjunctos, quemadmodum sua teneant, non solum quae habebant, sed etiam nostra que non habebant: quae tamen, si pauperum compauperes sumus, et nostra sunt et illorum; si autem privatim quae nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus.

36. Quidquid ergo nomine Ecclesiarum partis Donati possidebatur, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis Ecclesiis ad Catholicam transire jusserunt . Cum ergo nobiscum sint earumdem Ecclesiarum pauperes qui eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena; sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus, non illa tantum quae dicunt sua, verum etiam quae dicuntur et nostra. Scriptum est enim: Omnia vestra sunt; vos autem Christi; Christus autem Dei (I Cor. III, 22, 23).

Por lo demás, si uno de ellos nos dijera: "Cuando entréis a rescatarnos, yo mismo me degollaré al instante"; mientras el otro ni siquiera quisiera salir de allí ni ser rescatado, pero tampoco se atreviera a matarse; ¿qué elegiríamos: dejar a ambos para ser oprimidos por la ruina, o que, liberado al menos uno por nuestra misericordiosa obra, el otro perezca no por nuestra culpa, sino más bien por la suya? No hay nadie tan infeliz que no juzgue facilísimamente qué conviene hacer en tales causas. Y he propropuesto esta similitud sobre dos hombres, a saber, uno perdido y uno liberado: ¿qué debe sentirse, pues, sobre unos pocos perdidos y una innumerable multitud de pueblos liberados? Pues ni siquiera son tantos aquellos hombres que perecen por su propia voluntad, cuantos son liberados por estas leyes de aquella pestífera y eterna perdición: fincas, aldeas, villas, castillos, municipios, ciudades.

CAPÍTULO IX.

35. En cuanto a lo que nos objetan, que codiciamos y quitamos sus bienes; ¡ojalá se hicieran católicos y poseyeran en paz y caridad con nosotros no solo lo que llaman suyo, sino también lo nuestro! Hasta tal punto, sin embargo, están cegados por el deseo de calumniar, que no advierten cuán contrarias son entre sí las cosas que dicen. Ciertamente dicen, y parecen quejarse con suma envidia ante sí mismos, de que los coartamos a nuestra comunión por el violento imperio de las leyes: esto ciertamente de ningún modo lo haríamos si quisiéramos poseer sus bienes. ¿Qué avaro busca un coposeedor? ¿Qué hombre inflamado por el deseo de dominar, o elato por la soberbia de la dominación, desea tener un consorte? Atiendan ciertamente a quienes antaño fueron de los suyos, ahora socios nuestros y unidos a nosotros por dilección fraterna, de qué modo tienen lo suyo, no solo lo que tenían, sino también lo nuestro que no tenían: lo cual, no obstante, si somos copobres de los pobres, es tanto nuestro como de ellos; pero si poseemos privadamente lo que nos baste, no son aquellas cosas nuestras, sino de los pobres cuya procuración gestionamos en cierto modo, no reivindicando para nosotros la propiedad por una usurpación condenable.

36. Todo lo que, pues, se poseía a nombre de las Iglesias de la facción de Donato, los emperadores cristianos por leyes religiosas mandaron que pasara a la Católica junto con las mismas Iglesias. Puesto que, por tanto, están con nosotros los pobres de esas mismas Iglesias que se alimentaban de esas mismas pequeñas posesiones, dejen más bien ellos (puestos fuera) de codiciar lo ajeno; e entren en la sociedad de la unidad para que gobernemos a la par, no solo aquellas cosas que dicen suyas, sino incluso las que se dicen también nuestras. Pues escrito está: "Todas las cosas son vuestras; pero vosotros de Cristo; y Cristo de Dios" (I Cor. III, 22, 23).

Sub illo capite, in uno ejus corpore unum simus, et de istis talibus rebus faciamus quod scriptum est in Actibus Apostolorum: Erat illis anima una et cor unum; et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia (Act. IV, 32). Amemus quod cantamus, Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum (Psal. CXXXII, 1)! ut sic experiantur et sciant quam veraciter ad eos clamet mater Catholica quod scribit beatus Apostolus ad Corinthios, Non quaero quae sunt vestra, sed vos (II Cor. XII, 14).

37. Si autem consideremus quod dictum est in libro Sapientiae, Ideo justi tulerunt spolia impiorum (Sap. X, 19); item quod legitur in Proverbiis, Thecaurizantur autem justis divitiae impiorum (Prov. XIII, 22, sec. LXX); tunc videbimus non esse quaerendum qui habeant res haereticorum, sed qui sint in societate justorum. Scimus quidem illos tantam sibi arrogare justitiam, ut eam se jactent non solum habere, sed etiam aliis hominibus dare. A se quippe dicunt justificari eum quem baptizaverint; ubi nihil eis restat nisi dicere illi qui baptizatur ab eis, ut in baptizatorem suum credat: cur enim non faciat, quando Apostolus dicit, Credenti in eum qui justificat impium, deputatur fides ejus ad justitiam (Rom. IV, 5)? In ipsum ergo credat, si eum ipse justificat, ut deputetur fides ejus ad justitiam. Sed puto quod etiam ipsi seipsos horreant, si tamen ista vel cogitare dignantur. Justus enim et justificans non est, nisi Deus. Potest autem et de istis dici quod dicit Apostolus de Judaeis, quia ignorantes Dei justitiam, et suam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3).

38. Absit autem ut quisquam nostrum ita se justum dicat, ut aut suam justitiam velit constituere, id est quasi a seipso sibi datam, cum dicatur ei, Quid enim habes quod non acccepisti (I Cor. IV, 7)? aut sine peccato se esse jactare audeat in hac vita, sicut ipsi in nostra collatione dixerunt in ea se esse Ecclesia quae jam non habet maculam aut rugam aut aliquid hujusmodi (Eph. V, 27): nescientes hoc modo in eis compleri, qui vel post Baptismum continuo, vel dimissis debitis, quae dimittenda in oratione poscuntur, de hoc exeunt corpore; in tota vero Ecclesia tunc futurum, ut sit omnino non habens maculam aut rugam, aut aliquid ejusmodi, quando dicendum erit, Ubi est, mors, victorya tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum (I Cor. XV, 55, 36).

Bajo aquella cabeza, seamos uno en su único cuerpo, y sobre estas tales cosas hagamos lo que está escrito en los Hechos de los Apóstoles: "Había en ellos una sola alma y un solo corazón; y nadie decía que algo fuera propio, sino que todas las cosas les eran comunes" (Hech. IV, 32). ¡Amemos lo que cantamos: "He aquí cuán bueno y cuán alegre es habitar los hermanos en uno" (Sal. CXXXII, 1)! para que así experimenten y sepan con cuánta veracidad les clama la madre Católica lo que escribe el bienaventurado Apóstol a los Corintios: "No busco lo que es vuestro, sino a vosotros" (II Cor. XII, 14).

37. Pero si consideramos lo que se dijo en el libro de la Sabiduría: "Por eso los justos arrebataron los despojos de los impíos" (Sab. X, 19); igualmente lo que se lee en los Proverbios: "Pero las riquezas de los impíos se atesoran para los justos" (Prov. XIII, 22, sec. LXX); entonces veremos que no se ha de preguntar quiénes tienen los bienes de los herejes, sino quiénes están en la sociedad de los justos. Sabemos ciertamente que ellos se arrogan tanta justicia, que se jactan no solo de tenerla, sino incluso de darla a otros hombres. Pues dicen que por ellos es justificado aquel a quien hubieran bautizado; donde nada les resta sino decirle al que es bautizado por ellos que crea en su bautizador: ¿por qué no habría de hacerlo, cuando el Apóstol dice: "Al que cree en Aquel que justifica al impío, se le computa su fe para justicia" (Rom. IV, 5)? Crea, pues, en él mismo si él mismo lo justifica, para que se le compute su fe para justicia. Pero creo que incluso ellos mismos se horrorizarían de sí mismos, si no obstante se dignan siquiera pensar estas cosas. Pues no hay justo y justificante sino Dios. Pero puede decirse también de estos lo que dice el Apóstol de los judíos: que "ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la suya propia, no se sujetaron a la justicia de Dios" (Rom. X, 3).

38. Lejos esté, sin embargo, que cualquiera de nosotros se diga justo de tal modo, que quiera establecer su propia justicia, es decir, como si le hubiera sido dada por sí mismo, cuando se le dice: "¿Pues qué tienes que no hayas recibido?" (1 Cor. IV, 7); o que se atreva a jactarse de estar sin pecado en esta vida, tal como ellos dijeron en nuestra conferencia que estaban en aquella Iglesia que ya no tiene mancha ni arruga ni nada semejante (Ef. V, 27): ignorando que de este modo se cumple en aquellos que, o bien inmediatamente después del Bautismo, o bien habiéndoseles perdonado las deudas que se piden perdonar en la oración, salen de este cuerpo; pero en toda la Iglesia entonces sucederá que esté totalmente sin tener mancha ni arruga ni nada semejante, cuando deba decirse: "¿Dónde está, oh muerte, tu victoria? ¿dónde está, oh muerte, tu aguijón?" Pues el aguijón de la muerte es el pecado (1 Cor. XV, 55, 56).

39. In hac autem vita, ubi corpus quod corrumpitur aggravat animam (Sap. IX, 15), si Ecclesia eorum jam talis est, non ergo dicant Deo, quod Dominus nos orare docuit, Dimitte nobis debita nostra (Matth. VI, 12). Cum enim in Baptismo cuncta dimissa sunt, utquid hoc poscit Ecclesia, si jam etiam in hac vita non habet maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi? Contemnant et apostolum Joannem clamantem in Epistola sua: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et justus, qui dimittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate (I Joan. I, 8, 9). Propter hanc spem dicit universa Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra, ut non superbientes, sed confitentes mundet nos ab omni iniquitate, atque ita sibi Dominus Christus exhibeat in illa die gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi; quam modo mundat lavacro aquae in verbo: quia neque aliquid remanet in Baptismo, quod non dimittatur omnium praeteritorum peccatorum (si tamen ipse Baptismus non frustra foris habeatur, sed aut intus detur, aut si jam foris datus est, non foris cum illo remaneatur); et quidquid ab eis qui post acceptum Baptismum hic vivunt, infirmitate humana contrahitur quarumcumque culparum, propter ipsum lavacrum dimittitur. Neque enim aliquid prodest non baptizato dicere, Dimitte nobis debita nostra.

40. Ita modo mundat Ecclesiam suam lavacro aquae in verbo, ut tunc eam sibi exhibeat non habentem maculam aut rugam, aut aliquid ejusmodi, totam scilicet pulchram atque perfectam, quando absorbebitur mors in victoriam (I Cor. XV, 54). Nunc ergo in quantum viget in nobis quod ex Deo nati sumus, ex fide viventes, justi sumus: in quantum autem reliquias mortalitatis ex Adam trahimus, sine peccato non sumus. Et illud enim verum est, Qui natus est ex Deo, non peccat (I Joan. III, 9); et illud verum est, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est (Id. I, 8). Dominus itaque Christus et justus est, et justificans; nos autem justificati gratis per gratiam ipsius (Rom. III, 24). Non autem justificat nisi corpus suum, quod est Ecclesias et ideo si corpus Christi tollit spolia impiorum, et corpori Christi thesaurizantur divitiae impierum, non debent impii foris remanere, ut calumnientur, sed intrare potius ut justificentur.

41. Unde et illud quod de die judicii scriptum est, Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et abstulerunt labores eorum (Sap. V, 1), non utique sic intelligendum est, quia stabit Chananaeus adversus Israel, cum Chananaei abstulerit labores Israel; sed stabit Nabuthaeus adversus Achab, quoniam labores Nabuthaei abstulit Achab: Chananaeus quippe impius, Nabuthaeus justus. Eodem modo, non stabit paganus adversus christianum qui abstulit labores ejus, quando idolorum exspoliata vel diruta sunt templa;

39. Pero en esta vida, donde "el cuerpo que se corrompe agrava el alma" (Sab. IX, 15), si la Iglesia de ellos es ya tal, no digan entonces a Dios lo que el Señor nos enseñó a orar: "Perdónanos nuestras deudas" (Mat. VI, 12). Pues cuando en el Bautismo han sido perdonadas todas las cosas, ¿para qué pide esto la Iglesia si ya también en esta vida no tiene mancha, ni arruga, ni nada semejante? Desprecien también al apóstol Juan que clama en su Epístola: "Si dijéramos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros." Pero si hubiéramos confesado nuestros pecados, Él es fiel y justo para perdonarnos los pecados y limpiarnos de toda iniquidad (1 Juan I, 8, 9). Por esta esperanza dice la Iglesia universal: "Perdónanos nuestras deudas", para que no siendo soberbios sino confesando, nos limpie de toda iniquidad y así el Señor Cristo se presente a sí mismo en aquel día una Iglesia gloriosa que no tenga mancha, ni arruga, ni nada semejante; la cual ahora "purifica con el lavacro del agua en la palabra": porque ni queda algo en el Bautismo que no sea perdonado de todos los pecados pasados (si no obstante ese mismo Bautismo no se tiene en vano fuera, sino que o se da dentro, o si ya se ha dado fuera, no se permanezca fuera con él); y cualquier cosa que se contraiga de cualquier culpa por la debilidad humana por aquellos que viven aquí después de haber recibido el Bautismo, es perdonada por causa de ese mismo lavacro. Pues de nada aprovecha al no bautizado decir: "Perdónanos nuestras deudas".

40. Así purifica ahora a su Iglesia con el lavacro del agua en la palabra, para presentársela entonces a sí mismo no teniendo mancha ni arruga ni nada semejante, es decir, totalmente hermosa y perfecta, cuando "la muerte sea absorbida en la victoria" (1 Cor. XV, 54). Ahora, pues, en cuanto que florece en nosotros lo que hemos nacido de Dios, viviendo de la fe, somos justos; pero en cuanto que arrastramos los restos de la mortalidad de Adán, no estamos sin pecado. Pues tanto aquello es verdad: "El que ha nacido de Dios no peca" (1 Juan III, 9); como aquello es verdad: "Si dijéramos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros" (Id. I, 8). El Señor Cristo, por tanto, es justo y justificante; nosotros, en cambio, somos "justificados gratuitamente por su gracia" (Rom. III, 24). Pero no justifica sino a su cuerpo, que es la Iglesia; y por eso si el cuerpo de Cristo toma los despojos de los impíos, y para el cuerpo de Cristo se atesoran las riquezas de los impíos, no deben los impíos permanecer fuera para calumniar, sino entrar más bien para ser justificados.

41. Por lo cual también aquello que está escrito acerca del día del juicio: "Entonces los justos estarán en gran constancia frente a aquellos que los angustiaron y les quitaron sus trabajos" (Sab. V, 1), no debe ciertamente entenderse así, de modo que el cananeo esté frente a Israel cuando Israel quitó los trabajos del cananeo; sino que Nabot estará frente a Acab porque Acab quitó los trabajos de Nabot: pues el cananeo era impío, Nabot justo. De la misma manera, no estará el pagano frente al cristiano que le quitó sus trabajos cuando los templos de los ídolos fueron despojados o destruidos;

sed stabit christianus adversus paganum qui abstulit labores ejus, quando martyrum strata sunt corpora. Sic ergo, non stabit haereticus adversus catholicum qui abstulit labores ejus, quando praevaluerunt leges catholicorum imperatorum; sed stabit catholicus adversus haereticum qui abstulit labores ejus, quando furores praevalebant impiorum Circumcellionum. Ipsa quippe Scriptura solvit quaestionem, quae non ait, Tunc stabunt homines, sed, Tunc stabunt justi: et ideo in magna constantia, quia in bona conscientia.

42. Justus autem hic nemo est justitia sua, id est, tanquam sibi a seipso facta; sed, ut dicit Apostolus, Sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei. Sequitur autem et adjungit: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo (Rom. XII, 3-5). Ac per hoc nemo potest esse justus, quamdiu fuerit ab unitate hujus corporis separatus. Quemadmodum enim membrum si praecidatur ab hominis vivi corpore, non potest tenere spiritum vitae; sic homo qui praeciditur de Christi justi corpore, nullo modo potest spiritum tenere justitiae, etiamsi figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. In hujus ergo compagem corporis veniant, et labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut jam dictum est, ab hujus cupiditatis sordibus, quolibet inimico judicante purgamus, quando eos ipsos quorum labores dicuntur, ut nobiscum et illis et nostris in societate catholica utantur, quantum valemus inquirimus.

CAPUT X.

43. Sed hoc est, inquiunt, quod nos movet: si injusti sumus, quare nos quaeritis? Quibus respondemus: Quaerimus vos injustos, ne permaneatis injusti; quaerimus perditos, ut de inventis gaudere possimus, dicentes, Mortuus erat frater, et revixit; perierat, et inventus est (Luc. XV, 32). Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut abluas a peccatis? Respodeo: Quia non facio injuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te vel poenitentiam non ago? Imo nisi egeris, salvus esse non poteris: quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas fuisse perversum? Quid ergo, inquit, apud vos, cum ad vos transimus, accipimus? Respondeo: Non quidem accipitis Baptismum, qui vobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit; sed accipitis unitatem spiritus in vinculo pacis (Eph. IV, 3), sine qua nemo poterit videre Deum, et charitatem, quae, sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum (I Petr. IV, 8).

sino que el cristiano estará frente al pagano que le quitó sus trabajos cuando los cuerpos de los mártires fueron derribados. Así pues, no estará el hereje frente al católico que le quitó sus trabajos cuando prevalecieron las leyes de los emperadores católicos; sino que el católico estará frente al hereje que le quitó sus trabajos cuando prevalecían los furores de los impíos circumceliones. Pues la misma Escritura resuelve la cuestión, la cual no dice: "Entonces estarán los hombres", sino: "Entonces estarán los justos"; y por eso en "gran constancia", porque en "buena conciencia".

42. Pero aquí nadie es justo por su propia justicia, es decir, como si hubiera sido hecha por sí mismo para sí mismo; sino, como dice el Apóstol: "Según que Dios repartió a cada uno la medida de la fe". Sigue luego y añade: "Pues así como en un solo cuerpo tenemos muchos miembros, pero todos los miembros no tienen el mismo acto; así nosotros, siendo muchos, somos un solo cuerpo en Cristo" (Rom. XII, 3-5). Y por esto nadie puede ser justo mientras haya estado separado de la unidad de este cuerpo. Pues de la misma manera que un miembro, si se corta del cuerpo de un hombre vivo, no puede retener el espíritu de vida; así el hombre que se corta del cuerpo de Cristo justo, de ningún modo puede retener el espíritu de justicia, aunque conserve la figura del miembro que tomó en el cuerpo. Vengan, pues, a la estructura de este cuerpo y posean sus trabajos, no con el deseo de dominar, sino con la piedad de usar bien. Nosotros, por nuestra parte, según ya se ha dicho, purgamos nuestra voluntad de las manchas de esta codicia, cualquiera que sea el enemigo que juzgue, cuando buscamos a aquellos mismos cuyos trabajos se dice que son, para que usen tanto lo de ellos como lo nuestro con nosotros en la sociedad católica, en cuanto podemos.

CAPÍTULO X.

43. Pero esto es lo que nos mueve, dicen: si somos injustos, ¿por qué nos buscáis? A los cuales respondemos: Os buscamos como injustos para que no permanezcáis injustos; buscamos a los perdidos para poder gozarnos de los hallados, diciendo: "El hermano estaba muerto y ha vuelto a la vida; se había perdido y ha sido hallado" (Luc. XV, 32). ¿Por qué entonces, dice, no me bautizas para lavarme de los pecados? Respondo: Porque no hago injuria al carácter del emperador cuando corrijo el error del desertor. ¿Por qué, dice, no hago siquiera penitencia entre vosotros? Más bien, a menos que la hagas, no podrás ser salvo: ¿pues cómo te gozarás de haber sido corregido si no te duele haber sido perverso? ¿Qué recibimos entonces, dice, entre vosotros cuando nos pasamos a vosotros? Respondo: No recibís ciertamente el Bautismo, que pudo estar en vosotros fuera de la estructura del cuerpo de Cristo pero no pudo aprovecharos; sino que recibís la "unidad del espíritu en el vínculo de la paz" (Ef. IV, 3), sin la cual nadie podrá ver a Dios, y la caridad que, como está escrito, "cubre la multitud de los pecados" (1 Ped. IV, 8).

Quod tam magnum bonum, sine quo nec linguas hominum et Angelorum, nec scientiam omnium sacramentorum, nec prophetiam, nec tantam fidem qua montes transferantur, nec omnia quae possidet homo distributa pauperibus, nec corporis in ignibus passionem prodesse aliquid Apostolus testis est (I Cor. XIII, 1-3): hoc ergo tam magnum bonum, si parvum vel nullum putatis, merito infeliciter erratis; merito si in unitatem catholicam non transitis, peritis.

44. Si ergo, inquiunt, oportet ut nos extra Ecclesiam et adversus Ecclesiam fuisse poeniteat, ut salvi esse possimus; quomodo post istam poenitentiam apud vos clerici, vel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam revera, quod fatendum est, fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanaretur. Sed sibi hoc dicant, et multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte praecisionis jacent, ut isto quodam vulnere matris Catholicae reviviscant. Cum enim praecisus ramus inseritur, fit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi, ut vivat qui sine vita radicis peribat: sed cum receptus recipienti coaluerit, et vigor consequitur et fructus; si autem non coaluerit, ille quidem arescit, sed vita arboris permanebit. Est enim et tale inserendi genus, ut nullo praeciso ramo qui intus est, ille qui foris est inseratur, non tamen nullo, sed vel levissimo arboris vulnere. Ita ergo et isti cum ad radicem Catholicam veniunt, nec eis quamvis post erroris sui poenitentiam honor clericatus vel episcopatus aufertur, fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem severitatis: verumtamen quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat (I Cor. III, 7), ad Dei misericordiam precibus fusis coalescente insitorum pace ramorum, charitas cooperit multitudinem peccatorum.

45. Ut enim constitueretur in Ecclesia, ne quisquam post alicujus criminis poenitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiae, sed rigore factum est disciplinae: alioquin contra claves datas Ecclesiae disputabitur, de quibus dictum est, Quae solveritis in terra, soluta erunt et in coelo (Matth. XVI, 19). Sed ne forsitan etiam detectis criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret poenitentiam, severissime placuit ut post actam de crimine damnabili poenitentiam, nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina major et verior esset humilitatis. Nam et sanctus David de criminibus mortiferis poenitentiam egit, et tamen in honore suo perstitit. Et beatum Petrum, quando amarissimas lacrimas fudit, utique Dominum negasse poenituit, et tamen Apostolus mansit.

El cual es un bien tan grande que, sin él, el Apóstol es testigo de que no aprovechan de nada ni las lenguas de los hombres y de los ángeles, ni la ciencia de todos los sacramentos, ni la profecía, ni una fe tan grande que traslade los montes, ni todas las cosas que posee el hombre distribuidas a los pobres, ni la pasión del cuerpo en el fuego (1 Cor. XIII, 1-3): este bien tan grande, por tanto, si lo consideráis pequeño o nulo, con razón erráis infelizmente; con razón perecéis si no os pasáis a la unidad católica.

44. Si por tanto, dicen, conviene que nos arrepintamos de haber estado fuera de la Iglesia y contra la Iglesia para poder ser salvos, ¿cómo permanecemos entre vosotros como clérigos o incluso como obispos después de esa penitencia? Esto no sucedería, porque en verdad, lo que debe confesarse, no debería suceder, a menos que se sanara por la compensación de la paz misma. Pero digan esto para sí mismos y duélanse mucho más humildemente los que yacen en tal muerte de división, para que revivan por esta cierta herida de la madre Católica. Pues cuando se injerta una rama cortada, se hace otra herida en el árbol por la cual pueda ser recibida, para que viva quien perecía sin la vida de la raíz; pero cuando habiendo sido recibida ha crecido junto con el que la recibe, siguen tanto el vigor como el fruto; pero si no hubiera crecido, aquella ciertamente se seca, pero la vida del árbol permanecerá. Pues hay también tal género de injerto que, sin cortar ninguna rama que esté dentro, se injerta el que está fuera, no sin ninguna, sino con la herida más leve del árbol. Así pues, también estos, cuando vienen a la raíz Católica y no se les quita el honor del clero o del episcopado aun después de la penitencia por su error, sucede algo como en la corteza del árbol madre contra la integridad de la severidad: no obstante, porque "ni el que planta es algo ni el que riega" (1 Cor. III, 7), derramadas las oraciones a la misericordia de Dios al crecer juntos los ramos injertados por la paz, la caridad cubre la multitud de los pecados.

45. Pues para que se estableciera en la Iglesia que nadie, después de la penitencia por cualquier crimen, reciba el clero, o regrese al clero, o permanezca en el clero, no se hizo por desesperación de la indulgencia, sino por el rigor de la disciplina: de otro modo se disputará contra las llaves dadas a la Iglesia, de las cuales se dijo: "Lo que desatareis en la tierra, será desatado también en el cielo" (Mat. XVI, 19). Pero para que tal vez, incluso descubiertos los crímenes, el ánimo hinchado por la esperanza del honor eclesiástico no hiciera penitencia soberbiamente, plugo severísimamente que después de hecha la penitencia por un crimen condenable nadie sea clérigo, para que por la desesperación de la altura temporal la medicina de la humildad fuera mayor y más verdadera. Pues también el santo David hizo penitencia por crímenes mortales y sin embargo persistió en su honor. Y al bienaventurado Pedro ciertamente le pesó haber negado al Señor cuando derramó amarguísimas lágrimas y sin embargo permaneció como Apóstol.

Sed non ideo supervacua putanda est posteriorum diligentia, qui ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti, credo, aliquorum fictas poenitentyas per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in hujusmodi causis ubi per graves dissensionum scissuras non hujus aut illius hominis est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat.

46. Habeant ergo isti de praeterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendaci timore, amarum dolorem, et veniant ad Ecclesiam Christi veram, hoc est matrem Catholicam: sint in illa clerici, sint episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostiliter. Non invidemus, imo amplectimur, optamus, hortamur, et quos in viis et sepibus invenimus, intrare cogimus; etsi nondum quibusdam persuademus quia non res eorum, sed ipsos quaerimus. Apostolus Petrus quando Salvatorem negavit, et flevit, et apostolus mansit, nondum acceperat promissum Spiritum sanctum: sed multo magis isti eum non acceperunt, ubi a corporis compage divisi, quod solum corpus vivificat Spiritus sanctus, extra Ecclesiam et contra Ecclesiam Ecclesiae Sacramenta tenuerunt, et tanquam civili bello, nostris contra nos erectis signis armisque pugnaverunt. Veniant; fiat pax in virtute Jerusalem, quae virtus charitas est: cui sanctae civitati dictum est, Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis (Psal. CXXI, 7). Non se extollant adversus maternam sollicitudinem, quam pro ipsis, et pro tantis populis quos decipiunt vel decipiebant, colligendis et habuit et habet: non superbiant, quia sic eos suscipit; non referant ad elationis suae malum quod facit ipsa propter pacis bonum.

47. Sic multitudinibus per schismata et haereses pereuntibus subvenire consuevit. Hoc displicuit Lucifero, quia factum est in eis suscipiendis atque sanandis qui veneno perierant Ariano; et cui displicuit in tenebras cecidit schismatis, amisso lumine charitatis. Hoc erga istos ab initio servavit Africana Catholica ex episcoporum sententia, qui in Ecclesia Romana inter Caecilianum et partem Donati judicaverunt, damnatoque uno quodam Donato qui auctor schismatis fuisse manifestatus est, caeteros correctos, etiamsi extra Ecclesiam ordinati essent, in suis honoribus suscipiendos esse censuerunt: non quod etiam foris ab unitate corporis Christi possent habere Spiritum sanctum; sed maxime propter eos, quos foris positi possent decipere, et a susceptione illius muneris impedire; deinde ut etiam ipsorum infirmitas lenius excepta intus sanabilis fieret, jam nulla pertinacia claudente oculos cordis adversus evidentiam veritatis.

Pero no por eso ha de pensarse superflua la diligencia de los posteriores que, donde nada se quitaba a la salvación, añadieron algo a la humildad por lo que la salvación se fortificara más seguramente, habiendo experimentado, creo, las penitencias fingidas de algunos a través de las ambicionadas potencias de los honores. Pues las experiencias de muchas enfermedades obligan a encontrar muchas medicinas. Pero en causas de este tipo, donde por las graves fisuras de las disensiones no está el peligro de este o aquel hombre sino que yacen matanzas de pueblos, ha de restarse algo a la severidad para que la caridad sincera socorra en la sanación de los males mayores.

46. Tengan, pues, estos por su pasado error detestable, tal como Pedro tuvo por su miedo mentiroso, un amargo dolor, y vengan a la Iglesia verdadera de Cristo, esto es, a la madre Católica: sean en ella clérigos, sean obispos útilmente quienes contra ella fueron hostiles. No tenemos envidia, antes bien abrazamos, deseamos, exhortamos y a los que hallamos en los caminos y en los vallados, los obligamos a entrar; aunque todavía no persuadamos a algunos de que no buscamos sus bienes sino a ellos mismos. El apóstol Pedro, cuando negó al Salvador y lloró y permaneció como apóstol, aún no había recibido el Espíritu Santo prometido: pero mucho más estos no lo han recibido donde, divididos de la estructura del cuerpo, al cual único cuerpo vivifica el Espíritu Santo, tuvieron los Sacramentos de la Iglesia fuera de la Iglesia y contra la Iglesia y lucharon como en una guerra civil con nuestras enseñas y armas levantadas contra nosotros. Vengan; hágase la paz en la virtud de Jerusalén, cuya virtud es la caridad: a la cual ciudad santa se dijo: "Hágase la paz en tu virtud y la abundancia en tus torres" (Sal. CXXI, 7). No se ensalcen contra la solicitud materna que para recogerlos y para tantos pueblos que engañan o engañaban tuvo y tiene: no se ensoberbezcan porque así los recibe; no atribuyan al mal de su propia elación lo que ella misma hace por el bien de la paz.

47. Así se ha acostumbrado a socorrer a las multitudes que perecen por los cismas y las herejías. Esto le plugo mal a Lucífero porque se hizo al recibir y sanar a aquellos que habían perecido por el veneno arriano; y a quien le plugo mal cayó en las tinieblas del cisma, perdida la luz de la caridad. Esto observó para con estos desde el principio la Católica africana según la sentencia de los obispos que en la Iglesia Romana juzgaron entre Ceciliano y la facción de Donato, y habiendo sido condenado un tal Donato que se manifestó como autor del cisma, juzgaron que los demás, siendo corregidos, debían ser recibidos en sus honores aunque hubieran sido ordenados fuera de la Iglesia: no porque fuera de la unidad del cuerpo de Cristo pudieran tener el Espíritu Santo, sino sobre todo por causa de aquellos a quienes estando fuera podían engañar e impedir la recepción de aquel don; y luego para que también la debilidad de ellos mismos, siendo recibida más suavemente, se hiciera sanable dentro, sin que ya ninguna pertinacia cerrara los ojos del corazón frente a la evidencia de la verdad.

Quid autem aliud etiam ipsi cogitaverunt, quando Maximianistas, quos in sacrilego, sicut eorum concilium indicat, schismate damnaverant, et in quorum jam locum alios ordinaverant, posteaquam viderunt ab eis populos non recedere, ne omnes perderent, in suis honoribus receperunt; et Baptismo quem foris ab eis damnati dederant, nullam contradictionem quaestionemque moverunt? Quare ergo mirantur, aut queruntur, aut calumniantur quod eos sic suscipimus pro vera pace Christi, et non recordantur quid ipsi fecerint pro vana, quae contra Christum est, pace Donati? Quod eorum factum si contra eos teneatur et intelligenter asseratur, quid omnino respondeant non habebunt.

CAPUT XI.

48. Quod autem dicunt, Si peccavimus in Spiritum sanctum, quia exsufflavimus baptismum vestrum, ut quid nos quaeritis, cum remitti nobis hoc peccatum omnino non possit, dicente Domino, Qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro (Matth. XII, 32); non attendunt quia secundum istum sensum nemo liberandus est. Quis enim non loquitur adversus Spiritum sanctum et peccat in eum, sive qui nondum est christianus, sive qui est haereticus Arianus, aut Eunomianus, aut Macedonianus, qui eum dicunt esse creaturam; aut Photinianus, qui ejus omnino negat aliquam esse substantiam, sed unum tantummodo esse Deum Patrem; sive alii haeretici, quos commemorare longum est? Nulli ergo istorum liberandi sunt? aut ipsi Judaei, quibus Dominus hoc objecit, si in eum crederent, non erant baptizandi? non enim ait Salvator, In Baptismo remittetur; sed, non remittetur, inquit, neque in hoc saeculo, neque in futuro.

49. Intelligant ergo non omne, sed aliquod significatum esse peccatum in Spiritum sanctum, quod omnino non remittetur. Sicut enim eum dixisset, Si non venirem, peccatum non haberent (Joan. XV, 22), utique non omne peccatum intelligi voluit, quandoquidem pleni erant multis magnisque peccatis; sed aliquod proprium peccatum, quod si non haberent, possent illis omnia dimitti quae habebant, id est, quod in cum venientem non crediderunt; hoc enim non haberent peccatum, si non veniret:

¿Y qué otra cosa pensaron incluso ellos mismos cuando a los maximianistas, a los cuales habían condenado en un cisma sacrílego como indica el concilio de ellos y en cuyo lugar ya habían ordenado a otros, después que vieron que los pueblos no se apartaban de ellos, para no perderlos a todos los recibieron en sus honores; y al Bautismo que habiendo sido condenados habían dado fuera no opusieron ninguna contradicción ni cuestión? ¿Por qué entonces se admiran, o se quejan, o calumnian de que nosotros los recibamos así por la verdadera paz de Cristo, y no recuerdan qué hicieron ellos mismos por la vana paz de Donato, que es contra Cristo? El cual hecho de ellos, si se sostiene contra ellos y se afirma inteligentemente, no tendrán nada que responder en absoluto.

CAPÍTULO X.

48. En cuanto a lo que dicen: "Si hemos pecado contra el Espíritu Santo porque soplamos sobre vuestro bautismo, ¿para qué nos buscáis, siendo así que no se nos puede perdonar en absoluto este pecado, diciendo el Señor: 'Al que hubiere pecado contra el Espíritu Santo, no se le perdonará ni en este siglo ni en el futuro' (Mat. XII, 32)"; no advierten que según ese sentido nadie debe ser liberado. Pues, ¿quién no habla contra el Espíritu Santo y peca contra Él, ya sea quien todavía no es cristiano, ya sea el que es hereje arriano, o eunomiano, o macedoniano, que dicen que Él es una criatura; o el fotiniano, que niega totalmente que tenga alguna substancia, sino que solo el Padre es Dios; u otros herejes que sería largo conmemorar? ¿Acaso ninguno de estos ha de ser liberado? ¿O los mismos judíos a quienes el Señor objetó esto, si creyeran en Él, no debían ser bautizados? Pues no dijo el Salvador: "En el Bautismo se perdonará"; sino: "no se le perdonará", dijo, "ni en este siglo ni en el futuro".

49. Entiendan, pues, que no todo, sino algún pecado determinado contra el Espíritu Santo fue significado, el cual no se perdonará en absoluto. Pues así como cuando había dicho: "Si no viniera, no tendrían pecado" (Juan XV, 22), ciertamente no quiso que se entendiera todo pecado, puesto que estaban llenos de muchos y grandes pecados; sino algún pecado propio que, si no tuvieran, podrían perdonárseles todas las cosas que tenían, esto es, que no creyeron en Él viniendo; pues no tendrían este pecado si no viniera:

sic etiam eum dixit, Qui peccaverit in Spiritum sanctum, vel, Qui verbum dixerit adversus Spiritum sanctum, non utique omne quod in Spiritum sanctum peccatur facto sive dicto, sed aliquod certum et proprium intelligi voluit. Hoc est autem duritia cordis usque ad finem hujus vitae, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod vivificat Spiritus sanctus, remissionem accipere peccatorum. Cum enim dixisset discipulis, Accipite Spiritum sanctum, continuo subjecit, Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur (Id. XX, 22, 23). Huic ergo dono gratiae Dei quicumque restiterit et repugnaverit, vel quoquo modo fuerit ab eo alienus usque in finem hujus temporalis vitae, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro; hoc scilicet tam grande peccatum, ut eo teneantur cuncta peccata, quod non probatur ab aliquo esse commissum, nisi cum de corpore exierit. Quamdiu vero hic vivit, eum, sicut dicit Apostolus, patientia Dei ad poenitentiam adducit: sed si ipse perseverantissima iniquitate, sicut consequenter adjungit Apostolus, Secundum duritiam cordis sui et cor impoenitens, thesaurizat sibi iram in die irae et revelationis justi judicii Dei (Rom. II, 4, 5), non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro.

50. Isti autem cum quibus agimus, vel de quibus agimus, non sunt desperandi; adhuc enim sunt in corpore: sed non quaerant Spiritum sanctum, nisi in Christi corpore, cujus habent foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent intus cujus est illud sacramentum; et ideo sibi judicium manducant et bibunt (I Cor. XI, 29). Unus enim panis sacramentum est unitatis, quoniam sicut Apostolus dicit, Unus panis, unus corpus multi sumus (Id. X, 17). Proinde Ecclesia catholica sola corpus est Christi, cujus ille caput est Salvator corporis sui (Eph. V, 23). Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus sanctus; quia, sicut ipse dicit Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5): non est autem particeps divinae charitatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaque Spiritum sanctum, qui sunt extra Ecclesiam: de illis quippe scriptum est, Qui seipsos segregant, animales, Spiritum non habentes (Judae 19). Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in Ecclesia, quoniam et inde scriptum est, Sanctus enim Spiritus disciplinae effugiet fictum (Sap. I, 5). Qui ergo vult habere Spiritum sanctum, caveat foris ab Ecclesia remanere, caveat in eam simulatus intrare: aut si jam talis intravit, caveat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitae.

así también cuando dijo: "El que hubiere pecado contra el Espíritu Santo", o: "El que hubiere dicho una palabra contra el Espíritu Santo", ciertamente no quiso que se entendiera todo lo que se peca contra el Espíritu Santo de hecho o de palabra, sino alguna cosa cierta y propia. Esto es, sin embargo, la dureza de corazón hasta el fin de esta vida, por la cual el hombre rehúsa recibir la remisión de los pecados en la unidad del cuerpo de Cristo, al cual vivifica el Espíritu Santo. Pues habiendo dicho a los discípulos: "Recibid el Espíritu Santo", continuamente añadió: "A quienes perdonareis los pecados, les son perdonados; a quienes se los retuviereis, les son retenidos" (Id. XX, 22, 23). A este don de la gracia de Dios, por tanto, cualquiera que hubiere resistido y repugnado, o de cualquier modo hubiere sido ajeno a él hasta el fin de esta vida temporal, no se le perdonará ni en este siglo ni en el futuro; a saber, este pecado tan grande que por él se retienen todos los pecados, el cual no se prueba que haya sido cometido por nadie sino cuando haya salido del cuerpo. Mientras en verdad vive aquí, como dice el Apóstol, "la paciencia de Dios lo conduce a la penitencia"; pero si él mismo, por una iniquidad perseverantísima, como añade consecuentemente el Apóstol, "según la dureza de su corazón y su corazón impenitente, atesora para sí ira para el día de la ira y de la revelación del justo juicio de Dios" (Rom. II, 4, 5), no se le perdonará ni en este siglo ni en el futuro.

50. Pero estos con quienes tratamos o de quienes tratamos no deben ser desesperados, pues todavía están en el cuerpo; pero no busquen el Espíritu Santo sino en el cuerpo de Cristo, del cual tienen fuera el sacramento pero no retienen dentro la realidad misma de la cual es ese sacramento; y por eso comen y beben su propio juicio (1 Cor. XI, 29). Pues "un solo pan" es el sacramento de la unidad, ya que como dice el Apóstol: "Siendo muchos, somos un solo pan, un solo cuerpo" (Id. X, 17). Por lo tanto, la Iglesia católica sola es el cuerpo de Cristo, del cual Él es la cabeza, el Salvador de su cuerpo (Ef. V, 23). Fuera de este cuerpo el Espíritu Santo no vivifica a nadie; porque, como dice el mismo Apóstol: "La caridad de Dios ha sido derramada en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado" (Rom. V, 5): pero no es partícipe de la caridad divina quien es enemigo de la unidad. No tienen, por tanto, el Espíritu Santo los que están fuera de la Iglesia; pues de ellos está escrito: "Los que se segregan a sí mismos, animales, no teniendo el Espíritu" (Judas 19). Pero tampoco lo percibe aquel que es fingido en la Iglesia, ya que de ahí también está escrito: "Pues el Espíritu Santo de la disciplina huirá del fingido" (Sab. I, 5). Quien por tanto quiere tener el Espíritu Santo, cuide de permanecer fuera de la Iglesia, cuide de entrar en ella fingidamente; o si ya entró tal, cuide de persistir en esa misma simulación, para que verdaderamente crezca junto con el árbol de la vida.

51. Prolixum tibi librum direxi, et tuis fortasse occupationibus onerosum. Si ergo potuerit tibi vel partibus legi, dabit tibi Dominus intellectum, ut habeas quid respondeas eis corrigendis atque sanandis, quos etiam tibi ipsi tanquam fideli filio mater Ecclesia, ubi potueris, et quomodo potueris, sive ipse loquendo et respondendo, sive ad doctores Ecclesiae perducendo, in adjutorio Domini corrigendos sanandosque commendat.

Epistola CLXXXVI.

Alypius et Augustinus Paulino episcopo, ipsum plenius instituentes adversus Pelagii haeresim.

Domino beatissimo et in Christi visceribus germanitus amplectendo, plus quam dici potest desiderabili fratri et coepiscopo PAULINO , ALYPIUS et AUGUSTINUS.

CAPUT PRIMUM.

1. Tandem aliquando providit Deus nobis litterarum fidelissimum perlatorem, omnium nostrum merito charissimum fratrem Januarium; per quem, etiamsi non scriberemus, omnia quae circa nos sunt possit Sinceritas tua tanquam per viventem atque intelligentem epistolam noscere. Pelagium, quem credimus, ut ab illo distingueretur qui Pelagius Tarenti dicitur, Britonem fuisse cognominatum, quod ut servum Dei dilexeris, novimus: nunc autem quemadmodum diligas, ignoramus. Nam et nos non solum dileximus, verum etiam diligimus eum; sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dileximus: tunc enim, quia nobis rectae fidei videbatur; nunc autem, ut ab iis quae inimica et adversa gratiae Dei sentire dicitur, illius misericordia liberetur. Nam cum hoc de illo aliquandiu fama jactaret, non utique facile credendum fuit; solet quippe fama mentiri: sed propius ut crederemus, accessit quod librum quemdam ejus, ea prorsus persuadere molientem quae gratiam Dei per unum mediatorem Dei et hominum hominem Jesum Christum generi humano impertitam, de fidelium cordibus creditam deleant, legimus, traditum nobis a famulis Christi, qui eum talia docentem studosissime audierant, fuerantque sectati. Cui quidem libro, eisdem rogantibus, quia id fieri oportere videbamus, tacito nomine auctoris, ne offensus insanabilior redderetur, unius nostrum disputatione responsum est.

51. Te he enviado un libro prolijo y tal vez oneroso para tus ocupaciones. Si por tanto pudiera ser leído por ti aunque fuera por partes, el Señor te dará entendimiento para que tengas qué responder para corregirlos y sanarlos, a quienes también a ti mismo, como a un hijo fiel, la madre Iglesia encomienda para ser corregidos y sanados en el auxilio del Señor, donde puedas y como puedas, ya sea hablando y respondiendo tú mismo, ya sea conduciéndolos a los doctores de la Iglesia.

Carta CLXXXVI.

Alipio y Agustín al obispo Paulino, instruyéndolo más plenamente contra la herejía de Pelagio.

Al señor beatísimo y para ser abrazado hermanablemente en las entrañas de Cristo, hermano y coepíscopo PAULINO, más deseable de lo que puede decirse, ALIPIO y AGUSTÍN.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Por fin Dios nos ha proporcionado un fidelísimo portador de cartas, nuestro hermano Januario, por todos nosotros merecidamente queridísimo; por medio de él, aunque no escribiésemos, podría conocer tu Sinceridad, como a través de una carta viva e inteligente, todas las cosas que nos conciernen. Sabemos que amaste como a un siervo de Dios a Pelagio, de quien creemos que fue llamado el Británico para distinguirlo de aquel que es llamado Pelagio de Tarento; pero cómo lo ames ahora, lo ignoramos. Pues nosotros no sólo lo amamos, sino que de hecho lo amamos; pero ahora lo amamos de un modo, y en otro tiempo lo amamos de otro: entonces, en efecto, porque nos parecía de recta fe; pero ahora, para que sea liberado por la misericordia de Dios de aquellas cosas que se dice que siente, las cuales son enemigas y adversas a la gracia de Dios. Pues habiendo la fama difundido esto sobre él durante algún tiempo, ciertamente no fue fácil de creer; pues la fama suele mentir: pero se acercó más a nuestra creencia el haber leído un libro suyo que pretendía persuadir precisamente de aquellas cosas que borrarían de los corazones de los fieles la creencia en la gracia de Dios impartida al género humano a través del único mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús; libro que nos fue entregado por siervos de Cristo que lo habían escuchado enseñar tales cosas con gran estudio y lo habían seguido. A este libro, a ruego de ellos y porque veíamos que convenía hacerlo, se respondió mediante una disputa de uno de nosotros, callando el nombre del autor para que, ofendido, no se volviera más incurable.

Quo libro id continetur, et multipliciter atque abundanter asseritur, quod etiam quibusdam litteris agit ad tuam Venerationem datis, ubi dicit se non debere existimari sine gratia Dei defendere liberum arbitrium, cum possibilitatem volendi atque operandi, sine qua nihil boni velle atque agere valeremus, a Creatore nobis insitam diceret: ut videlicet haec intelligatur doctore ipso gratia Dei, quae Paganis atque Christianis, impiis et piis, fidelibus atque infidelibus communis est.

2. Haec mala quibus Salvatoris evacuaretur adventus, ubi hoc possumus dicere quod de Lege dicit Apostolus, Si per naturam justitia, ergo Christus gratis mortuus est (Galat. II, 21), refellebamus, ut poteramus, in cordibus eorum, qui ista sentirent, ut his cognitis, etiam ille, si fieri posset, non lacessitus ista emendaret; atque ita et pernicies destrueretur erroris, et hominis verecundiae parceretur. Sed posteaquam ad nos litterae de Oriente venerunt, eamdem causam apertissime ventilantes, nullo modo jam qua licumque episcopali auctoritate deesse Ecclesiae debueramus. Missae sunt itaque de hac re ex duobus conciliis, Cathaginensi et Milevitano, relationes ad apostolicam Sedem, antequam Gesta ecclesiastica, quibus apud episcopos provinciae Palaestinae Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Africam pervenissent. Scripsimus etiam ad beatae memoriae Papam Innocentium, praeter conciliorum relationes, litteras familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eo modo, quo fas erat atque oportebat apostolicae Sedis antistitem.

3. Quae omnia modo legere poteris, si eorum forte ad te vel nulla vel non cuncta pervenerant: ubi videbis, servata erga hominem moderatione quae debuit, ne damnaretur si prava damnaret, ipsum tamen novellum et perniciosum errorem sic ecclesiastica auctoritate compressum, ut multum miremur esse adhuc quosdam qui per quemlibet errorem gratiae Dei conentur obsistere; si tamen haec gesta esse didicerunt quae gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (quod fides vera et catholica tenet semper Ecclesia) pusillos cum magnis a morte primi hominis ad vitam secundi hominis transfert; non solum peccata dolendo, verum etiam ad non peccandum recteque vivendum, eos qui jam uti possunt voluntatis arbitrio sic adjuvando, ut nisi adjuvet, nihil pietatis atque justitiae, sive in opere, sive etiam in ipsa voluntate habere possimus: Deus quippe operatur in nobis et velle, et operari, pro bona voluntate (Philip. II, 13).

CAPUT II.

En ese libro se contiene, y se afirma múltiple y abundantemente, lo que también trata en algunas cartas dadas a tu Venerabilidad, donde dice que no debe pensarse que defiende el libre albedrío (liberum arbitrium) sin la gracia de Dios, pues decía que la posibilidad de querer y obrar, sin la cual nada bueno podríamos querer ni hacer, nos ha sido ínsita por el Creador: para que, evidentemente, esta gracia de Dios sea entendida por el mismo maestro como aquella que es común a paganos y cristianos, a impíos y piadosos, a fieles e infieles.

2. Estos males por los que se evacuaría la venida del Salvador, donde podemos decir lo que de la Ley dice el Apóstol: "Si por la naturaleza es la justicia, luego Cristo murió en balde" (Gálat. II, 21), los refutábamos, según podíamos, en los corazones de aquellos que sentían tales cosas, para que conocidos estos puntos, también él, si fuera posible, sin ser provocado, enmendase estas cosas; y así se destruyera la perniciosa influencia del error y se perdonara la vergüenza del hombre. Pero después de que nos llegaron cartas de Oriente, ventilando apertísimamente la misma causa, de ningún modo debíamos ya faltar a la Iglesia con cualquier autoridad episcopal que tuviésemos. Se enviaron, pues, sobre este asunto relaciones de dos concilios, el Cartaginense y el Milevitano, a la Sede apostólica, antes de que las Actas (Gesta) eclesiásticas, por las que se pretende que Pelagio fue purificado ante los obispos de la provincia de Palestina, hubieran llegado a nuestras manos o a África. Escribimos también al Papa Inocencio, de bendita memoria, además de las relaciones de los concilios, cartas familiares, donde tratamos de la misma causa algo más extensamente. Él nos respondió a todo de aquel modo en que era lícito y convenía al antístite de la Sede apostólica.

3. Todo lo cual podrás leer ahora, si acaso no te han llegado ninguna o no todas ellas: donde verás que, guardada con el hombre la moderación que se debía para que no fuera condenado si condenaba lo depravado, sin embargo, el mismo novicio y pernicioso error fue de tal modo reprimido por la autoridad eclesiástica que mucho nos admiramos de que haya todavía algunos que, por cualquier error, intenten oponerse a la gracia de Dios; si es que han aprendido que se han realizado estas actas por las que la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor (lo que la fe verdadera y católica siempre mantiene en la Iglesia) transfiere a los pequeñuelos con los grandes de la muerte del primer hombre a la vida del segundo hombre; no sólo doliéndose de los pecados, sino también para no pecar y vivir rectamente, ayudando de tal modo a los que ya pueden usar del albedrío de la voluntad (voluntatis arbitrio) que, si no ayuda, nada de piedad y justicia podemos tener, sea en la obra o incluso en la misma voluntad: pues Dios es quien obra en nosotros el querer y el obrar, según su buena voluntad (Filip. II, 13).

CAPÍTULO II.

4. Nam quis nos, nisi qui venit quaerere et salvare quod perierat, ab illa perditionis massa et concretione discernit? Unde Apostolus interrogat dicens, Quis enim te discernit? ubi si dixerit homo, Fides mea, voluntas mea, bonum opus meum; respondetur ei, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis (I Cor. IV, 7)? Hoc utique totum ideo, non ut homo non glorietur, sed ut qui gloriatur, in Domino glorietur (Id. I, 31); non ex operibus, ne forte quis extollatur (Eph. II, 9): non quia bona opera frustrantur, cum Deus reddat unicuique secundum opera ejus, sitque gloria et honor et pax omni operanti bonum (Rom. II, 6, 10); sed quia opera ex gratia, non ex oporibus gratia; quoniam fides quae per dilectionem operatur (Galat. V, 6), nihil operaretur nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5). Nec ipsa fides esset in nobis, nisi Deus unicuique partiretur mensuram fidei (Id. XII, 3).

5. Bonum est igitur homini ut cum totis viribus liberi arbitrii sui veraciter dicat, Fortitudinem meam ad te custodiam (Psal. LVIII, 10): quia ille qui putavit sine ipsius adjutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinquam regionem, et vivens prodige, cuncta consumpsit, et miseria durae servitutis attritus, reversusque in semetipsum dixit, Surgam, et ibo ad patrem meum (Luc. XV, 12-18): quam cogitationem bonam quando haberet, nisi et ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset? Quod intelligens minister ille Novi Testamenti, Non quia idonei sumus, inquit, cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Unde et ille cum dixisset, Fortitudinem meam ad te custodiam (II Cor. III, 5); ne vel hoc ipsum quia custodit, suis viribus arrogaret, tanquam ei venisset in mentem quia nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam (Psal. CXXVI, 1); et non dormit neque dormitat qui custodit Israel (Psal. CXX, 4); adjunxit causam unde fiat idoneus custodire, vel quo potius custode servetur, Quoniam, Deus, inquit, susceptor meus es.

6. Recolat igitur iste si potest merita sua, unde factum sit ut Deus dignaretur ejus esse susceptor, ac si Deus esset susceptus. Recolat utrum quaesierit, an quaesitus sit, ab illo scilicet qui venit quaerere et salvare quod perierat (Luc. XIX, 10). Nam si quaerere voluerit ante gratiam quid meruerit ut acciperet eam, mala sua poterit homo invenire, non bona, etiamsi eum unius diei vitam habentem super terram gratia Salvatoris invenerit. Quia si aliquid boni operatur homo ut gratiam mereatur, non ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.

4. Pues ¿quién nos distingue de aquella masa y concreción de perdición, sino aquel que vino a buscar y salvar lo que había perecido? Por eso el Apóstol pregunta diciendo: "¿Quién te distingue?". A lo cual, si el hombre dijera: "Mi fe, mi voluntad, mi buena obra", se le responde: "¿Qué tienes que no hayas recibido?" Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieras recibido?" (1 Cor. IV, 7). Todo esto, ciertamente, no para que el hombre no se gloríe, sino para que el que se gloría, se gloríe en el Señor (Id. I, 31); no por las obras, para que nadie se ensalce (Ef. II, 9): no porque las buenas obras sean frustradas, puesto que Dios dará a cada uno según sus obras, y habrá gloria, honor y paz para todo el que obra el bien (Rom. II, 6, 10); sino porque las obras proceden de la gracia, no la gracia de las obras; ya que la fe que obra por la dilección (Gálat. V, 6) nada obraría si la misma dilección de Dios no fuera difundida en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado (Rom. V, 5). Ni la misma fe estaría en nosotros si Dios no repartiera a cada uno la medida de la fe (Id. XII, 3).

5. Es bueno, por tanto, para el hombre que con todas las fuerzas de su libre albedrío (liberi arbitrii) diga verazmente: "Guardaré mi fortaleza para ti" (Sal. LVIII, 10): porque aquel que pensó que sin su ayuda podía guardar lo que se le dio, habiéndose marchado a una región lejana y viviendo pródigamente, lo consumió todo, y desgastado por la miseria de una dura servidumbre, volviendo en sí dijo: "Me levantaré e iré a mi padre" (Lc. XV, 12-18): ¿cuándo tendría él este buen pensamiento si el Padre misericordiosísimo no se lo hubiera inspirado también a él en oculto? Entendiendo esto, aquel ministro del Nuevo Testamento (Novi Testamenti) dice: "No porque seamos idóneos para pensar algo por nosotros mismos como de nosotros mismos; sino que nuestra suficiencia viene de Dios". Por lo cual también aquel, habiendo dicho: "Guardaré mi fortaleza para ti" (2 Cor. III, 5); para que ni siquiera esto mismo, el que la guarda, lo arrogara a sus propias fuerzas —como si le hubiera venido a la mente que, si el Señor no guarda la ciudad, en vano vigilan los que la guardan (Sal. CXXVI, 1); y que no duerme ni dormita el que guarda a Israel (Sal. CXX, 4)— añadió la causa por la que se hace idóneo para guardar, o más bien por qué guardián es conservado: "Porque, Dios mío —dice—, tú eres mi amparo (susceptor)".

6. Recuerde, pues, ese hombre si puede sus méritos, por los cuales se haya hecho que Dios se dignara ser su amparador, como si Dios fuera el amparado. Recuerde si buscó o fue buscado por aquel, a saber, que vino a buscar y salvar lo que había perecido (Lc. XIX, 10). Pues si quisiera preguntar antes de la gracia qué mereció para recibirla, podrá el hombre encontrar sus males, no sus bienes, aunque la gracia del Salvador (Salvatoris) lo encontrase teniendo una vida de un solo día sobre la tierra. Porque si el hombre obra algo bueno para merecer la gracia, no se le computa la merced según la gracia, sino según la deuda.

Si autem credit in eum qui justificat impium, ut deputetur fides ejus ad justitiam (Rom. IV, 4, 5) (justus enim ex fide vivit [Habac. II, 4]), profecto antequam gratia justificetur, id est justus efficiatur, impius quid est, nisi impius? quem si debitum sequeretur, quid ejus merito nisi supplicium redderetur? Si ergo gratia, jam non ex operibus est; alioquin gratia jam non est gratia (Rom. XI, 6). Operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur; unde etiam nuncupatur.

CAPUT III.

7. Si quis autem dixerit quod gratiam bene operandi fides mereatur; negare non possumus, imo vero gratissime confitemur. Hanc enim fidem volumus habeant, qua impetrent charitatem quae sola vere bene operatur, isti fratres nostri qui multum de suis operibus gloriantur: charitas autem usque adeo donum Dei est, ut Deus dicatur (I Joan. IV, 8). Qui ergo habent fidem qua impetrent justificationem, per Dei gratiam pervenerunt ad legem justitiae: unde dicitur, Tempore acceptabili exaudivi te, et in die salutis adjuvi te (Isai. XLIX, 8). Proinde in iis qui per electionem gratiae salvi fiunt, adjutor Deus operatur et velle, et operari, pro bona voluntate; quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum (Rom. VIII, 28): si omnia, utique et ipsam dilectionem quam fide impetramus, ut eum qui nos prior dilexit ut in illum crederemus, per ejus gratiam diligamus, et diligamur qui operati non sumus.

8. Qui vero suis meritis praemia tanquam debita exspectant, nec ipsa merita Dei gratiae tribuunt, sed viribus propriae voluntatis, sicut dictum est de carnali Israel, persequentes legem justitiae, in legem justitiae non perveniunt: quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus. Ipsa est enim justitia ex fide, quam Gentes apprehenderunt, de quibus dictum est: Quid ergo dicemus? Quia Gentes, quae non cognoverunt justitiam, apprehenderunt justitiam; justitiam autem quae ex fide est. Israel autem persequens legem justitiae, in legem justitiae non pervenit: quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali; et qui crediderit in eum non confundetur (Rom. IX, 30-33). Ipsa est justitia ex fide, qua credimus nos justificari, hoc est, justos fieri gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, ut inveniamur in illo, non habentes nostram justitiam quae ex Lege est, sed eam quae est per fidem Christi. Quae ex Deo justitia (Philipp. III, 9) in fide, in fide utique est, qua credimus nobis justitiam divinitus dari, non a nobis in nobis nostris viribus fieri.

Pero si cree en aquel que justifica al impío, para que se le compute su fe como justicia (Rom. IV, 4, 5) (pues el justo vive de la fe [Habac. II, 4]), ciertamente antes de que sea justificado por la gracia, es decir, sea hecho justo, ¿qué es el impío sino impío? A quien, si le siguiera la deuda, ¿qué se le devolvería por su mérito sino el suplicio? Si, por tanto, es gracia, ya no es por las obras; de otro modo la gracia ya no es gracia (Rom. XI, 6). Pues por las obras se devuelve la deuda, la gracia se da gratuitamente (gratis); de donde también toma su nombre.

CAPÍTULO III.

7. Pero si alguno dijere que la fe merece la gracia de obrar bien, no podemos negarlo; antes bien, lo confesamos gratísimamente. Pues deseamos que estos hermanos nuestros, que se glorían mucho de sus obras, tengan esta fe por la que impetren la caridad (charitatem), que es la única que verdaderamente obra bien: pues la caridad es hasta tal punto don de Dios que se dice que es Dios (I Juan IV, 8). Quienes, pues, tienen la fe por la que impetran la justificación, han llegado por la gracia de Dios a la ley de la justicia: por lo cual se dice: "En tiempo aceptable te escuché, y en el día de la salvación te ayudé" (Isai. XLIX, 8). Por tanto, en aquellos que se salvan por la elección de la gracia, Dios como ayudador obra el querer y el obrar, según su buena voluntad; ya que para los que aman a Dios todas las cosas cooperan para el bien (Rom. VIII, 28): si todas las cosas, ciertamente también la misma dilección que impetramos por la fe, para que amemos por su gracia a aquel que nos amó primero para que creyésemos en él, y seamos amados nosotros que no hemos obrado.

8. Pero los que esperan premios por sus méritos como si fuesen deudas, y no atribuyen esos mismos méritos a la gracia de Dios, sino a las fuerzas de su propia voluntad, como se dijo del Israel carnal, siguiendo la ley de la justicia, no llegaron a la ley de la justicia: ¿por qué? Porque no de la fe, sino como por las obras. Pues esa es la justicia de la fe, que los gentiles alcanzaron, de los cuales se dijo: "¿Qué diremos, pues? Que los gentiles, que no conocieron la justicia, alcanzaron la justicia; pero la justicia que es de la fe." Israel, en cambio, siguiendo la ley de la justicia, no llegó a la ley de la justicia: ¿por qué? Porque no de la fe, sino como por las obras. Pues tropezaron en la piedra de tropiezo, como está escrito: He aquí que pongo en Sión una piedra de tropiezo y una roca de escándalo; y el que creyere en él no será confundido" (Rom. IX, 30-33). Esa es la justicia de la fe, por la cual creemos que somos justificados, esto es, hechos justos por la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor, para que seamos hallados en él, no teniendo nuestra justicia que es de la Ley, sino la que es por la fe de Cristo. La cual justicia de Dios (Filip. III, 9) está en la fe, en la fe ciertamente, por la cual creemos que la justicia nos es dada divinamente, no hecha por nosotros en nosotros por nuestras fuerzas.

9. Nam cur illam justitiam quae ex Lege est, suam dixit Apostolus, non ex Deo? quasi Lex non sit ex Deo? Quis hoc nisi impius senserit? Sed quia Lex per litteram jubet, non per Spiritum juvat, quicumque sic audit litteram Legis ut ei sufficere videatur cognovisse quid jubeat aut prohibeat, quo id se arbitrii sui virtute impleturum esse confidat, nec fide confugiat adjuvandus ad Spiritum vivificantem, ne reum factum littera occidat; is profecto zelum Dei habet, sed non secundum scientiam. Ignorans enim Dei justitiam, id est, eam quae datur ex Deo, et suam volens constituere, ut tantummodo ex Lege sit, justitiae Dei non est subjectus: Finis enim legis Christus ad justitiam omni credenti (Rom. X, 2-4), sicut idem apostolus dicit, ut nos simus justitia Dei in ipso (II Cor. V, 21). Justificati igitur ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum (Rom. V, 1): justificati autem gratis per gratiam ipsius (Id. III, 24), ne fides ipsa superba sit.

10. Nec dicat sibi, Si ex fide, quomodo gratis? quod enim fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit, Ut merear justificationem, habeo fidem; respondetur ei, Quid enim habes quod non accepisti (I Cor. IV, 7)? Cum ergo fides impetrat justificationem, sicut unicuique Deus partitus est etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti praecedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, comitante, non ducente, pedissequa, non praevia voluntate. Unde ille qui dixit, Fortitudinem meam ad te custodiam, causamque reddidit dicens, Quoniam Deus susceptor meus es; tanquam requirens quibus id meritis fuerit consecutus, nihilque in se inveniens ante gratiam Dei, Deus meus, inquit, misericordia ejus praeveniet me. Quantumcumque, inquit, cogitavero antecedentia merita mea, misericordia ejus praeveniet me. Proinde ab illo attributam fortitudinem suam ad illum custodiens, eodem servatore non perdidit, quo largitore suscepit. Nec ob aliud meretur ampliora, nisi pie fideliterque sciendo a quo sibi bona sunt omnia, et hoc sciendo non ex seipso, ne vel hoc sit in eo quod non sit ex Deo. Unde optime Apostolus: Nos, inquit, non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est; ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis (I Cor. II, 12). Ac per hoc et ipsum hominis meritum donum est gratuitum: nec a Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum (Jacobi I, 17), boni aliquid accipere quisquam meretur, nisi accipiendo quod non meretur.

CAPUT IV.

9. Pues ¿por qué llamó el Apóstol suya a aquella justicia que es de la Ley, y no de Dios? ¿Como si la Ley no fuera de Dios? ¿Quién sino un impío sentiría esto? Pero porque la Ley manda por la letra (per litteram), no ayuda por el Espíritu (per Spiritum), cualquiera que de tal modo escucha la letra de la Ley que le parezca que le basta haber conocido lo que manda o prohíbe, por lo cual confía en que lo ha de cumplir por la virtud de su albedrío (arbitrii sui), y no se refugia por la fe en el Espíritu vivificante para ser ayudado, no sea que la letra mate al que se ha hecho reo; ese ciertamente tiene celo de Dios, pero no según la ciencia. Pues ignorando la justicia de Dios —esto es, la que se da de parte de Dios— y queriendo establecer la suya, para que sea solamente de la Ley, no está sujeto a la justicia de Dios: "Porque el fin de la ley es Cristo para justicia de todo el que cree" (Rom. X, 2-4), como dice el mismo Apóstol, "para que nosotros seamos justicia de Dios en él" (II Cor. V, 21). Justificados, pues, por la fe, tenemos paz con Dios por nuestro Señor Jesucristo (Rom. V, 1): justificados, además, gratuitamente (gratis) por su gracia (Id. III, 24), para que la misma fe no sea soberbia.

10. Ni se diga a sí mismo: "Si es por la fe, ¿cómo es gratuito? Pues lo que la fe merece, ¿por qué se devuelve en lugar de donarse?". No diga estas cosas el hombre fiel, porque cuando diga: "Para merecer la justificación, tengo la fe", se le responde: "¿Qué tienes que no hayas recibido?" (1 Cor. IV, 7). Cuando, pues, la fe alcanza la justificación, así como Dios ha repartido a cada uno la medida de la misma fe, ningún mérito humano precede a la gracia de Dios; sino que la misma gracia merece ser aumentada para que, aumentada, merezca ser perfeccionada, acompañando la voluntad, no dirigiendo; como seguidora (pedissequa), no como previa. Por lo cual aquel que dijo: "Guardaré mi fortaleza para ti", y dio la causa diciendo: "Porque, Dios mío, tú eres mi amparo (susceptor)"; como preguntando por qué méritos había conseguido esto, y no hallando nada en sí antes de la gracia de Dios, dijo: "Mi Dios, su misericordia me prevendrá". Por mucho, dice, que haya pensado en mis méritos antecedentes, "su misericordia me prevendrá". Por tanto, guardando para él su fortaleza atribuida por él, no la perdió bajo el mismo guardián por cuya largueza la recibió. Ni por otra cosa merece mayores bienes, sino por saber piadosa y fielmente de quién le vienen todos los bienes, y sabiendo esto no por sí mismo, no sea que incluso esto esté en él sin ser de Dios. De donde dice óptimamente el Apóstol: "Nosotros —dice— no hemos recibido el espíritu de este mundo, sino el Espíritu (Spiritum) que procede de Dios; para que sepamos las cosas que nos han sido donadas por Dios" (1 Cor. II, 12). Y por esto, el mismo mérito del hombre es un don gratuito: ni merece nadie recibir algo bueno del Padre de las luces (Patre luminum), de quien desciende todo don óptimo (Sant. I, 17), sino recibiendo lo que no merece.

CAPÍTULO IV.

11. Multum est autem indulgentius, et sine ulla dubitatione magis gratuitum, quod Dei gratia per Jesum Christum Dominum nostrum praestatur infantibus, ut eis non obsit ex Adam generatio, et prosit in Christo regeneratio, in quibus et ipsum accipiendi sensum tanto ante misericordia Dei praevenit: qui certe si in hac parvula aetate de corpore exierint, vitam aeternam regnumque coelorum scientes accipiunt, ejus muneris merito quod hic, cum utique profuit, nescierunt. Certe in iis post priorum doctrinam, ista nonnisi priora sunt dona, in quibus donandis Dei gratia sic operatur, ut nec voluntas accipientium vel praemittatur, vel adjungatur, vel subsequatur: quandoquidem tantum beneficium non solum non libentibus, verum etiam reluctantibus datur; quod eis ad magnum imputaretur sacrilegium, si jam in iis aliquid valeret voluntatis arbitrium.

12. Hoc diximus propter eos qui non valentes in causa gratiae inscrutabilia Dei judicia perscrutari, cur ex Adam massa quae profecto ex uno in condemnationem tota collapsa est, illud vas faciat in honorem, illud in contumeliam; tamen audent parvulos reos propriorum constituere peccatorum, ut qui bona malave cogitare non possunt, putentur per liberum arbitrium vel poenam mereri posse vel gratiam: cum potius apostolica veritas dicendo, Ex uno omnes in condemnationem (Rom. V, 16), satis ostendat quod nascantur in poena, ut non merito, sed misericordia renascantur in gratia. Alioquin gratia jam non est gratia, si non divinis operibus gratis datur, sed humanis meritis redditur. Quae sola sic discernit a poena, ut cum poena sit ex Adam omnibus debita, gratia vero per unum Jesum Christum nulli debita, sed gratuita, ut vere sit gratia, inscrutabilia judicia Dei, tanquam Deus, esse possint, cum parvulos ipse discernat, quos merita nulla discernunt; sed iniqua esse non possint, quia universae viae Domini misericordia et veritas (Psal. XXIV, 10). Unde cum praebetur alteri misericordiae gratia, non habet quod de humano merito glorietur; quoniam non ex operibus, ne forte quis extollatur. Cum vero alteri vindictae redditur veritas, non habet cur juste queratur: id enim redditur quod peccato jure debetur; quoniam unus in quo omnes peccaverunt, utique etiam in singulis quibusque punitur. In quorum poena clarius ostenditur quid vasis misericordiae per non debitam, sed veram gratiam, hoc est gratuitam, conferatur.

CAPUT V.

11. Es, además, mucho más indulgente y, sin duda alguna, más gratuito lo que la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor se concede a los niños, para que no les dañe la generación de Adán y les aproveche la regeneración en Cristo, en quienes la misericordia de Dios previene por tanto tiempo incluso el sentido de recibir: los cuales ciertamente, si salieran del cuerpo en esta tierna edad, reciben la vida eterna y el reino de los cielos con conocimiento, por el mérito de aquel don que aquí, cuando ciertamente les aprovechaba, ignoraron. Ciertamente en ellos, tras la doctrina de lo dicho anteriormente, estos no son sino dones anteriores, en cuya donación la gracia de Dios obra de tal modo que ni la voluntad de los que reciben es enviada antes, ni se añade, ni sigue después: ya que tan gran beneficio se da no sólo a los que no quieren, sino incluso a los que se resisten; lo cual se les imputaría como un gran sacrilegio si ya en ellos valiera algo el albedrío de la voluntad (voluntatis arbitrio).

12. Esto hemos dicho por aquellos que, no pudiendo escrutar en la causa de la gracia los inescrutables juicios de Dios sobre por qué, de la masa de Adán que ciertamente cayó toda de uno en la condenación, hace un vaso para honor y otro para contumelia, se atreven, sin embargo, a constituir a los párvulos como reos de sus propios pecados, para que se piense que quienes no pueden pensar cosas buenas ni malas pueden merecer, por el libre albedrío (liberum arbitrium), o la pena o la gracia: cuando más bien la verdad apostólica, al decir: "De uno todos para la condenación" (Rom. V, 16), muestra suficientemente que nacen en la pena, para que no por el mérito, sino por la misericordia renazcan en la gracia. De otro modo la gracia ya no es gracia, si no se da gratuitamente por las obras divinas, sino que se devuelve por los méritos humanos. La cual sola distingue de tal modo de la pena que, siendo la pena por Adán debida a todos, y la gracia por el único Jesucristo no debida a nadie, sino gratuita para que sea verdaderamente gracia, los inescrutables juicios de Dios, como Dios, puedan ser tales, pues él mismo distingue a los párvulos a quienes ningún mérito distingue; pero no pueden ser inicuos, porque todos los caminos del Señor son misericordia y verdad (Sal. XXIV, 10). Por lo cual, cuando se concede a uno la gracia de la misericordia, no tiene de qué gloriarse sobre el mérito humano, puesto que no es por las obras, para que nadie se ensalce. En cambio, cuando a otro se le devuelve la verdad en la venganza, no tiene por qué quejarse justamente: pues se devuelve lo que por el pecado es justamente debido; ya que aquel único en quien todos pecaron, ciertamente es castigado también en cada uno de los individuos. En cuya pena se muestra más claramente qué se confiere a los vasos de misericordia (vasis misericordiae) por una gracia no debida, sino verdadera, esto es, gratuita.

CAPÍTULO V.

13. Unde autem argumententur adversus Apostolum apertissime dicentem, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt (Rom. V, 12), dicentes etiam parvulos propria per liberum arbitrium habere peccata, taedet attendere, pigetque proferre, sed magis compellimur dicere. Quod enim potuerunt magna et acuta ingenia cogitare, aut inopiae est tacendo vitare, aut arrogantiae contemnendo praeterire. Ecce, inquiunt, Esau et Jacob intra viscera materna luctantur, et dum nascuntur, alter supplantatur ab altero, atque in pede praecedentis manu consequentis et tenentis inventa, perseverans quodammodo lucta convincitur. Quomodo ergo in infantibus haec agentibus, nullum est vel ad bonum vel ad malum propriae voluntatis arbitrium, unde praemia sive supplicia meritis praecedentibus subsequantur?

14. Ad hoc nos dicimus, ideo motus illos et tanquam litigium parvulorum signum rerum fuisse magnarum, quia non fuit arbitrium, sed prodigium. Neque enim daturi sumus et asinis liberum arbitrium voluntatis, quoniam hujus generis jumentum, sicut scriptum est, subjugale sine voce, hominis voce respondens vetuit prophetae dementiam (II Petr. II, 16). Hi autem qui tales non prodigiosos motus, sed voluntarios actus, nec de parvulis, sed a parvulis factos esse contendunt, quid Apostolo responsuri sunt, qui cum et hos geminos ad documentum gratuitae gratiae commemorandos videret, Nondum enim natis, inquit, nec aliquid agentibus boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est, Quia major serviet minori (Rom. IX, 11-13)? deinde adjungens testimonium prophetae longe post quidem ista dicentis, sed tamen de hac re antiquum Dei consilium declarantis, Sicut scriptum est, inquit, Jacob dilexi, Esau autem odio habui (Malach. I, 2, 3).

15. Nempe Doctor Gentium in fide et veritate istos geminos nondum natos nihil boni aut mali egisse testatur, ut gratia commendetur; ut quod dictum est, Major serviet minori, non ex operibus, sed ex vocante dictum intelligatur, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non meritum hominis anteiret. Non enim dicit electionem voluntatis humanae sive naturae, cum par esset in utroque mortis damnationisque conditio; sed electionem procul dubio gratiae, quae non invenit eligendos, sed facit, de qua et in consequentibus ejusdem Epistolae loquens ait: Sic ergo et in hoc tempore, reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia (Rom. XI, 5, 6). Cui loco satis locus iste concordat, ubi commemoratur, non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, Major serviet minori.

13. Por lo cual, de dónde argumenten contra el Apóstol, que dice apertísimamente: "Por un solo hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte, y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron" (Rom. V, 12), diciendo que también los niños tienen pecados propios por el libre albedrío (liberum arbitrium), es tedioso atenderlo y me duele proferirlo, pero más nos vemos compelidos a decirlo. Pues lo que grandes y agudos ingenios pudieron pensar, o es de indigencia evitarlo callando, o de arrogancia pasarlo por alto con desprecio. "He aquí —dicen— que Esaú y Jacob luchan dentro de las vísceras maternas, y mientras nacen, el uno es suplantado por el otro, y habiéndose hallado en el pie del precedente la mano del que le seguía y lo sujetaba, se demuestra de algún modo una lucha perseverante. ¿Cómo, pues, en los niños que hacen estas cosas, no hay ningún albedrío de la propia voluntad (voluntatis arbitrio) para el bien o para el mal, por el cual sigan los premios o los suplicios a los méritos precedentes?"

14. A esto decimos nosotros que aquellos movimientos y como litigio de los niños fueron signo de grandes cosas por esta razón: porque no fue albedrío (arbitrium), sino prodigio (prodigium). Pues ni vamos a dar libre albedrío de la voluntad a los asnos, porque un jumento de este género, como está escrito, "animal de carga sin voz, respondiendo con voz de hombre prohibió la demencia del profeta" (II Ped. II, 16). Pero estos que sostienen que tales no fueron movimientos prodigiosos, sino actos voluntarios, y no sobre los niños sino hechos por los niños, ¿qué responderán al Apóstol, quien viendo que estos gemelos debían ser conmemorados como prueba de la gracia gratuita, dijo: "Pues no habiendo nacido todavía, ni habiendo hecho nada bueno o malo, para que permaneciera el propósito de Dios según la elección, no por las obras sino por el que llama se dijo: Porque el mayor servirá al menor" (Rom. IX, 11-13)? añadiendo después el testimonio del profeta que decía estas cosas ciertamente mucho tiempo después, pero declarando sin embargo el antiguo consejo de Dios sobre este asunto: "Como está escrito —dice—, a Jacob amé, pero a Esaú odié" (Malac. I, 2, 3).

15. Ciertamente el Maestro de las Gentes (Doctor Gentium) en la fe y en la verdad atestigua que aquellos gemelos aún no nacidos nada bueno o malo habían hecho, para que se encarezca la gracia; para que lo que se dijo: "El mayor servirá al menor", se entienda dicho no por las obras, sino por el que llama, para que permaneciera el propósito de Dios según la elección, no para que precediera el mérito del hombre. Pues no dice elección de la voluntad humana o de la naturaleza, siendo así que era igual en ambos la condición de muerte y condenación; sino elección, sin duda alguna, de la gracia, la cual no encuentra a quienes han de ser elegidos, sino que los hace; de la cual, hablando también en lo que sigue de la misma Epístola, dice: "Así pues, también en este tiempo, los restos han sido salvados por la elección de la gracia. Pero si es gracia, ya no es por las obras; de lo contrario la gracia ya no es gracia" (Rom. XI, 5, 6). Con cuyo pasaje concuerda suficientemente este lugar, donde se conmemora que se dijo, no por las obras, sino por el que llama: "El mayor servirá al menor".

Utquid ergo praeclarissimo gratiae commendatori de infantum libero arbitrio et nondum natorum actibus tam impudenter resistitur? cur meritis praeveniri gratia perhibetur; quae gratia non esset, si secundum meritum imputaretur? Cur contra salutem quae missa est perditis, quae venit indignis, quamlibet acuta, quamlibet copiosa et ornata, mirum tamen si christiana disputatione contenditur?

CAPUT VI.

17. Puesto que, por tanto, el que está en todas partes no habita en todos; incluso en aquellos en quienes habita, no habita por igual. Pues ¿de dónde viene aquello que Eliseo pidió, que se hiciera en él doblemente el Espíritu de Dios que estaba en Elías? (4 Rey 2, 9). ¿Y de dónde en todos los santos son unos más santos que otros, sino por tener más abundantemente a Dios como habitador? ¿Cómo, pues, dijimos arriba con verdad que Dios está entero en todas partes, cuando en unos está más y en otros menos? Pero no ha de mirarse con negligencia lo que dijimos: que está entero en todas partes en sí mismo. No, pues, en ellos porque unos lo capten más y otros menos. Pues por eso se dice que está en todas partes, porque no está ausente de ninguna parte de las cosas; y por eso entero, porque no ofrece su parte presente a una parte de las cosas, y a otra parte otra parte, partes iguales a iguales, menor a menor y mayor a mayor; sino que no solo a la universalidad de la criatura, sino incluso a cualquier parte de ella asiste igualmente entero. Y de estos se dice que están lejos de Él, los cuales pecando se han hecho muy disímiles; y estos se le acercan, los cuales reciben su semejanza viviendo piadosamente. Como rectamente se dice que los ojos están tanto más lejos de esta luz cuanto más ciegos fueren. Pues ¿qué hay tan lejos de la luz como la ceguera, aunque la luz esté presente y bañe los ojos extinguidos? Pero se considera con razón que se acercan a la luz los ojos que progresan recibiendo la visión por el acceso de la salud.

CAPÍTULO VI.

18. Porro autem quod parum distincte putavimus posse intelligi cum diceremus Deum esse ubique totum, nisi adderemus, In seipso, video diligentius exponendum. Quomodo enim ubique, si in seipso? Ubique scilicet, quia nusquam est absens. In seipso autem, quia non continetur ab eis quibus est praesens, tanquam sine eis esse non possit. Nam spatia locorum tolle corporibus, nusquam erunt, et quia nusquam erunt, nec erunt. Tolle ipsa corpora qualitatibus corporum, non erit ubi sint, et ideo necesse est ut non sint. Etenim cum per totam suam molem corpus aequaliter sanum est, aut aequaliter candidum, non est in una quam in alia parte ejus sanitas major aut candor, nec major in toto quam in parte ejus; quia non sanius aut candidius totum constat esse quam partem. Si autem inaequaliter sit sanum aut inaequaliter candidum, fieri potest ut in minore parte sit sanitas major aut candor, cum minora quam majora saniora vel candidiora sunt membra; usque adeo non mole constat quod in qualitatibus magnum dicitur esse vel parvum. Verumtamen si moles ipsa corporis, quantacumque vel quantulacumque sit, penitus auferatur, qualitates ejus non erit ubi sint, quamvis non mole metiendae sint. At vero Deus non, si minus capitur ab illo cui praesens est, ideo ipse minor est. Totus enim in seipso est, nec in quibus est, ita est ut indigeat eis, tanquam non possit esse nisi in eis. Sicut autem nec ab illo abest, in quo non habitat, et totus adest, quamvis eum ille non habeat; ita et illi in quo habitat, totus est praesens, quamvis eum non ex toto capiat.

19. Neque enim ad habitandum dividit se per hominum corda seu corpora, aliam sui partem huic tribuens, illi aliam, sicut lux ista per aditus et per fenestras domorum: sed potius, si quemlibet sonum, cum corporea res sit ac transitoria, surdus non capit, surdaster non totum capit, atque in his qui audiunt cum pariter ei propinquant, tanto magis alius alio capit, quanto est acutioris, tanto autem minus, quanto est obtusioris auditus, cum ille non varie magis minusve insonet, sed in eo loco in quo sunt, omnibus aequaliter praesto sit; quanto excellentius Deus natura incorporea et immutabiliter viva, qui non sicut sonus per moras temporum tendi et dividi potest, nec spatio aerio tanquam loco suo indiget, ubi praesentibus praesto sit, sed aeterna stabilitate in seipso manens, totus adesse rebus omnibus potest, et singulis totus, quamvis in quibus habitat, habeant eum pro suae capacitatis diversitate, alii amplius, alii minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suae bonitatis aedifificat!

18. Por lo demás, aquello que pensamos que podía entenderse con poca distinción cuando decíamos que Dios está entero en todas partes, a no ser que añadiéramos: "En sí mismo", veo que ha de ser expuesto más diligentemente. ¿Cómo está en todas partes, si está en sí mismo? En todas partes ciertamente, porque en ningún lugar está ausente. Pero en sí mismo, porque no es contenido por aquellos a quienes está presente, como si no pudiera ser sin ellos. Pues quita a los cuerpos los espacios de los lugares, y no estarán en ninguna parte, y porque no estarán en ninguna parte, ni siquiera serán. Quita a las cualidades de los cuerpos los cuerpos mismos, y no habrá donde estén, y por eso es necesario que no sean. En efecto, cuando por toda su mole (moles) el cuerpo está igualmente sano, o igualmente blanco, no es en una parte de él mayor la salud o la blancura que en otra, ni mayor en el todo que en su parte; porque no consta que el todo esté más sano o más blanco que la parte. Pero si estuviera desigualmente sano o desigualmente blanco, puede suceder que en la parte menor sea mayor la salud o la blancura, cuando los miembros menores están más sanos o más blancos que los mayores; hasta tal punto no consta por la mole lo que en las cualidades se dice que es grande o pequeño. Sin embargo, si la mole misma del cuerpo, por grande o pequeña que sea, se quita por completo, no habrá donde estén sus cualidades, aunque no hayan de medirse por la mole. Pero en verdad Dios no es, si es captado menos por aquel a quien está presente, por eso Él mismo menor. Pues está entero en sí mismo, ni está en aquellos en quienes está de tal modo que los necesite, como si no pudiera ser sino en ellos. Como, pues, ni está ausente de aquel en quien no habita, y asiste entero, aunque aquel no lo tenga; así también a aquel en quien habita, está presente entero, aunque aquel no lo capte por completo.

19. Pues ni para habitar se divide por los corazones o cuerpos de los hombres, atribuyendo a este una parte de sí y a aquel otra, como esta luz por las entradas y por las ventanas de las casas: sino más bien, si cualquier sonido, siendo cosa corpórea y transitoria, el sordo no lo capta, el sordo de un oído no lo capta todo, y en estos que oyen cuando igualmente se le acercan, tanto más capta uno que otro cuanto es de oído más agudo, y tanto menos cuanto es de oído más obtuso, no sonando aquel más o menos variadamente, sino que en aquel lugar en que están, asiste a todos por igual; ¡cuánto más excelentemente Dios, de naturaleza incorpórea e inmutablemente viva, el cual no puede como el sonido ser extendido y dividido por demoras de tiempos, ni necesita del espacio aéreo como de su lugar, donde asista a los presentes, sino permaneciendo en sí mismo con eterna estabilidad, puede asistir entero a todas las cosas, y a cada una entero, aunque aquellos en quienes habita lo tengan según la diversidad de su capacidad, unos más, otros menos, a los cuales Él mismo se edifica como templo amadísimo por la gracia de su bondad!

20. Et donationum quidem dictae sunt divisiones tanquam per partes et membra unius corporis, ubi et simul omnes unum templum, et singuli singula templa sumus; quia non est Deus in omnibus quam in singulis major: et fit plerumque ut plures eum minus capiant, unus amplius. Sed cum dixisset Apostolus, Divisiones autem donationum sunt; continuo subjecit, Idem autem Spiritus: item cum ipsas donationum divisiones commemorasset; Omnia autem haec, inquit, operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult (I Cor. XII, 4, 11). Dividens ergo, non ipse divisus, quia ipse unus atque idem. Illae vero divisiones dictae sunt, sicut membrorum in corpore; quia non idem valent aures quod oculi, atque ita membra caetera diversis officiis concorditer distributa: quae tamen cum sani sumus, una, neque diversa, nec alibi majore, alibi minore, sed cum sint ipsa disparia, communi et parili salute congaudent. Hujus corporis caput est Christus, hujus corporis unitas nostro sacrificio commendatur: quod breviter significavit Apostolus, dicens, Unus panis, unum corpus multi sumus (I Cor. X, 17). Per caput nostrum reconciliamur Deo, quia in illo est divinitas Unigeniti facta particeps mortalitatis nostrae, ut et nos participes ejus immortalitatis essemus.

21. Hoc sacramentum longe est a cordibus sapientium superborum, et ideo non christianorum, ac per hoc nec vere sapientium. Illorum etiam dico sapientium qui cognoverunt Deum; quia cognoscentes Deum, sicut dicit Apostolus, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt (Rom. I, 21). Nosti autem in quo sacrificio dicatur, Gratias agamus Domino Deo nostro. A cujus sacrificii humilitate longe abest typhus, et cothurnus illorum. Et ideo multum mirabilis res est quemadmodum quorumdam nondum cognoscentium Deum sit inhabitator Deus, et quorumdam cognoscentium non sit. Nec illi enim ad templum Dei pertinent, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; et ad templum Dei pertinent parvuli sanctificati Sacramento Christi, regenerati Spiritu sancto, qui certe per aetatem nondum possunt cognoscere Deum: unde quem potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt, quibus hoc est Deum habere quod nosse: ipsa quippe notitia plenissima, verissima, felicissima est.

CAPUT VII.

20. Y ciertamente de los dones se han dicho divisiones como por partes y miembros de un solo cuerpo, donde todos juntos somos un solo templo, y cada uno somos templos individuales; porque Dios no es mayor en todos que en cada uno: y sucede frecuentemente que muchos lo captan menos, uno más. Pero habiendo dicho el Apóstol: "Hay divisiones de dones", continuamente añadió: "Pero el mismo Espíritu"; asimismo habiendo conmemorado las mismas divisiones de dones: "Todas estas cosas —dijo— las obra uno y el mismo Espíritu, dividiendo lo propio a cada uno como quiere" (1 Cor 12, 4. 11). Dividiendo, pues, no estando Él mismo dividido, porque es uno y el mismo. Pero aquellas divisiones se dijeron como de los miembros en el cuerpo; porque no valen lo mismo los oídos que los ojos, y así los demás miembros distribuidos concordemente en diversos oficios: los cuales, sin embargo, cuando estamos sanos, siendo una sola salud y no diversa, ni mayor en una parte y menor en otra, sino siendo ellos mismos dispares, se regocijan juntos en una común y paritaria salud. Cabeza de este cuerpo es Cristo, la unidad de este cuerpo se encomienda por nuestro sacrificio: lo cual significó brevemente el Apóstol diciendo: "Un solo pan, un solo cuerpo somos muchos" (1 Cor 10, 17). Por nuestra cabeza somos reconciliados con Dios, porque en Él la divinidad del Unigénito (Unigenitus) fue hecha partícipe de nuestra mortalidad, para que también nosotros fuéramos partícipes de su inmortalidad.

21. Este sacramento está lejos de los corazones de los sabios soberbios, y por tanto no cristianos, y por esto mismo ni verdaderamente sabios. Hablo incluso de aquellos sabios que conocieron a Dios; "porque conociendo a Dios", como dice el Apóstol, "no le glorificaron como a Dios, ni le dieron gracias" (Romanos 1, 21). Sabes, además, en qué sacrificio se dice: "Demos gracias al Señor nuestro Dios". De la humildad de este sacrificio está muy lejos la hinchazón (typhus) y el orgullo (cothurnus) de aquellos. Y por eso es cosa muy admirable cómo de algunos que aún no conocen a Dios sea habitador Dios, y de algunos que le conocen no lo sea. Pues ni aquellos pertenecen al templo de Dios, quienes conociendo a Dios, no le glorificaron como a Dios, ni le dieron gracias; y al templo de Dios pertenecen los párvulos (parvuli) santificados por el sacramento de Cristo, regenerados por el Espíritu Santo, los cuales ciertamente por su edad aún no pueden conocer a Dios: de donde a quien aquellos pudieron conocer y no tener, estos pudieron tener antes de conocer. Pero bienaventuradísimos son aquellos para quienes tener a Dios es lo mismo que conocerle: pues esa misma noticia es plenísima, verísima y felicísima.

CAPÍTULO VII.

22. Hinc jam oportet etiam illam quam post epistolae tuae subscriptionem addidisti, pertractare quaestionem: Si adhuc ignorant parvuli Deum, quomodo Joannes etiam antequam nasceretur, ad adventum et praesentiam matris Domini, in suae matris utero potuit exsultare. Cum enim commemorasses te legisse librum meum de Baptismo Parvulorum, addidisti et aisti: De praegnantibus quid sentias opto cognoscere, cum credulitatis fidem pro puero mater Joannis Baptistae responderit.

23. Haec sunt certe verba Elizabeth matris Joannis: Beata tu inter mulieres, et beatus fructus ventris tui: Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo (Luc. I, 42-44). Hoc autem ut diceret, sicut Evangelista praelocutus est, repleta est Spiritu sancto, quo procul dubio revelante cognovit quid illa exsultatio significaret infantis; id est, illius venisse matrem, cujus praecursor ipse et demonstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantae a majoribus cognoscendae, non a parvulo cognitae. Nam neque, cum hoc ante in Evangelio narraretur, dictum est, Credidit infans in utero ejus; sed, exsultavit: neque ipsa dixit, Exsultavit in fide infans in utero meo; sed, exsultavit in gaudio. Videmus autem exsultationem non solum parvulorum, sed etiam pecorum, non utique de aliqua fide, vel religione, vel qualicumque rationaii cognitione venientem. Sed haec plane inusitata et nova exstitit, quia in utero, et ad ejus adventum quae hominum Salvatorem fuerat paritura. Ideo mira, ideo in magnis signis deputanda: ideo haec exsultatio, et tanquam matri Domini reddita resalutatio, sicut solent miracula fieri, facta est divinitus in infante, non humanitus ab infante.

24. Quanquam etiamsi usque adeo est in illo puero acceleratus usus rationis et voluntatis, ut intra viscera materna jam posset agnoscere, credere, consentire, quod in aliis parvulis aetas exspectatur ut possint; etiam hoc in miraculis habendum divinae potentiae, non ad humanae trahendum est exemplar naturae. Nam quando Deus voluit, etiam jumentum mutum rationabiliter est locutum (Num. XXII, 28): nec ideo sunt admoniti homines in deliberationibus suis etiam asinina exspectare consilia. Quocirca nec quod factum est in Joanne contemno, nec inde regulam quid sentiendum sit de parvulis figo: imo id in illo propterea mirabiliter praedico, quia in aliis non invenio. Habet quidem aliquid simile etiam illa in Rebeccae utero lucta geminorum; verum et hoc usque adeo prodigium fuit, ut divinum propterea mulier oraculum quaereret, et audiret duobus illis infantulis duos populos fuisse figuratos (Gen. XXV, 22, 23).

22. De aquí conviene ya tratar también aquella cuestión que añadiste después de la firma de tu carta: "Si los párvulos aún ignoran a Dios, cómo pudo Juan, incluso antes de nacer, ante la llegada y presencia de la madre del Señor, saltar de gozo en el útero de su madre". Pues habiendo conmemorado que habías leído mi libro sobre el Bautismo de los Párvulos (de Baptismo Parvulorum), añadiste y dijiste: "Deseo conocer qué sientes sobre las embarazadas, habiendo respondido la madre de Juan el Bautista con la fe de la credibilidad por el niño".

23. Estas son ciertamente las palabras de Isabel, madre de Juan: "Bendita tú entre las mujeres, y bendito el fruto de tu vientre. ¿Y de dónde a mí esto, que venga la madre de mi Señor a mí?" Pues he aquí que, apenas se hizo la voz de tu salutación en mis oídos, saltó de gozo el infante en mi vientre" (Lucas 1, 42-44). Pero para que ella dijera esto, como el Evangelista dijo antes, fue llena del Espíritu Santo, por cuya revelación sin duda conoció qué significaba aquel salto del infante; es decir, que había venido la madre de Aquel de quien él mismo había de ser precursor y demostrador. Pudo, pues, ser esta una significación de cosa tan grande para ser conocida por los mayores, no conocida por el párvulo. Pues ni cuando esto se narraba antes en el Evangelio se dijo: "Creyó el infante en su vientre", sino "saltó de gozo"; ni ella misma dijo: "Saltó de gozo en la fe el infante en mi vientre", sino "saltó de gozo en la alegría". Vemos, sin embargo, saltos de gozo no solo de párvulos, sino también de ganados, que ciertamente no provienen de ninguna fe, o religión, o cualquier conocimiento racional. Pero esto resultó claramente inusitado y nuevo, porque fue en el útero, y ante la llegada de la que había de parir al Salvador de los hombres. Por eso es admirable, por eso ha de ser contado entre los grandes signos; por eso este salto de gozo, y la resalutación rendida como a la madre del Señor, como suelen hacerse los milagros, se hizo divinamente en el infante, no humanamente por el infante.

24. Aunque incluso si hasta tal punto se aceleró en aquel niño el uso de la razón y de la voluntad, que dentro de las entrañas maternas ya pudiera reconocer, creer, consentir, lo cual en otros párvulos se espera a la edad para que puedan; también esto ha de tenerse entre los milagros de la potencia divina, no ha de traerse como ejemplar de la naturaleza humana. Pues cuando Dios quiso, hasta un jumento mudo habló racionalmente (Números 22, 28); ni por eso son amonestados los hombres a esperar en sus deliberaciones incluso consejos asininos. Por lo cual, ni desprecio lo que se hizo en Juan, ni de ahí fijo una regla de lo que se ha de sentir sobre los párvulos; antes bien, lo predico en él como admirable por eso mismo, porque en otros no lo encuentro. Tiene algo semejante también aquella lucha de los gemelos en el útero de Rebeca; pero también esto fue hasta tal punto un prodigio (prodigium), que por eso la mujer buscó el oráculo divino, y oyó que en aquellos dos infantitos estaban figurados dos pueblos (Génesis 25, 22, 23).

25. Nescire autem divina parvulos qui nec humana adhuc noverint, si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsis sensibus nostris facere videamur injuriam, quando id loquendo suademus, ubi omnes vires officiumque sermonis facillime superat evidentia veritatis. Annon videmus etiam cum articulatae vocis qualiacumque signa edere coeperint, atque ad initium fandi transire ab infantia, adhuc eos talia sentire ac dicere, in quibus si remansissent, annisque accedentibus tales esse persisterent, nullus eos, vel fatuus nimium, fatuos esse dubitaret? Nisi forte id restat, ut in vagitu infantiae, vel in ipso adhuc uteri silentio credamus parvulos fuisse sapientes, postea vero quam nobiscum coeperunt loqui, ad hanc ignorantiam quam videmus, crescendo venisse. Quod opinari vides quam sit absurdum, cum puerorum sensus in qualiacumque verba prorumpens, qui certe ad ea quae majores sapiunt pene nullus est, tamen comparatus illi in quo nascuntur, intelligentia dici potest. Unde autem in ipso tanto salutis praesidio, quando eis christiana gratia subvenitur, quod vocibus quibus possunt et motibus reluctantur, non eis imputatur, atque omnis renisus ipsorum nihili penditur, donec in eis Sacramenta peragantur, quibus id quod de originali damnatione tractum est expietur, nisi quia in tantum nesciunt quid faciunt, ut nec facere judicentur? Porro si jam uterentur rationis et voluntatis arbitrio, quo illi sanctificationi adhiberi deberet assensus, quantum mali esset resistere tantae gratiae, quamque non solum nihil prodesset quod fieret, verum etiam inde reatus accresceret, quis christianus ignoret?

CAPUT VIII.

26. Dicimus ergo in baptizatis parvulis. quamvis id nesciant, habitare Spiritum sanctum. Sic enim eum nesciunt quamvis sit in eis, quemadmodum nesciunt et mentem suam; cujus in eis ratio, qua uti nondum possunt, velut quaedam scintilla sopita est, excitanda aetatis accessu. Neque hoc in parvulis mirum debet videri, cum Apostolus quibusdam etiam majoribus dicat, Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis (I Cor. III, 16)? de qualibus paulo ante dixerat, Animalis autem homo non percipit quae sunt Spiritus Dei; quos etiam parvulos vocat, non carnis aetate sed mentis (Id. II, 14, et III, 1, 2). Non itaque percipiebant cognitione Spiritum sanctum qui habitabat in eis; et habitante in se Spiritu sancto, adhuc animales, nondum spirituales erant, quia nondum poterant habitatorem suum Spiritum cognitione percipere.

25. Pero que los párvulos, que aún no conocen ni siquiera las cosas humanas, ignoran las divinas, si quisiéramos mostrarlo con palabras, temo que parezcamos hacer injuria a nuestros mismos sentidos, cuando persuadimos esto hablando, donde la evidencia de la verdad supera muy fácilmente todas las fuerzas y el oficio del discurso. ¿Acaso no vemos, incluso cuando han comenzado a emitir cualesquiera signos de voz articulada, y a pasar de la infancia al inicio del habla, que todavía sienten y dicen tales cosas, en las cuales si hubieran permanecido, y al llegar los años persistieran en ser tales, nadie, ni siquiera uno demasiado necio, dudaría que son necios? A no ser que tal vez quede que creamos que los párvulos fueron sabios en el vagido de la infancia, o incluso en el silencio mismo del útero, pero que después de que empezaron a hablar con nosotros, llegaron por el crecimiento a esta ignorancia que vemos. Ves qué absurdo es opinar esto, cuando el sentido de los niños que brota en cualquier clase de palabras, que ciertamente es casi nada comparado con lo que los mayores saben, sin embargo, comparado con aquello en lo que nacen, puede llamarse inteligencia. ¿Por qué, pues, en ese tan grande auxilio de salvación, cuando les socorre la gracia cristiana, el hecho de que se resistan con las voces y movimientos que pueden, no se les imputa, y toda su resistencia se considera de ningún valor, hasta que se realizan en ellos los Sacramentos, por los cuales se expíe lo que se ha contraído de la condenación original, sino porque hasta tal punto no saben lo que hacen, que ni siquiera se juzga que lo hagan? Por lo demás, si ya usaran del arbitrio de la razón y de la voluntad, por el cual debería prestarse el asentimiento a aquella santificación, cuánto mal sería resistir a tanta gracia, y cómo no solo no aprovecharía nada lo que se hiciera, sino que incluso de ahí crecería el reato (reatus); ¿qué cristiano lo ignoraría?

CAPÍTULO VIII.

26. Decimos, pues, que en los párvulos bautizados, aunque no lo sepan, habita el Espíritu Santo. Pues de tal modo lo ignoran, aunque esté en ellos, como ignoran su propia mente; cuya razón en ellos, de la que aún no pueden usar, es como una cierta centella adormecida (scintilla sopita), que ha de ser excitada con el acceso de la edad. Ni esto debe parecer admirable en los párvulos, cuando el Apóstol dice también a algunos mayores: "¿No sabéis que sois templo de Dios, y que el Espíritu de Dios habita en vosotros?" (1 Corintios 3, 16); de los cuales poco antes había dicho: "El hombre animal no percibe lo que es del Espíritu de Dios"; a quienes también llama párvulos, no por la edad de la carne sino de la mente (1 Corintios 2, 14, y 3, 1-2). No percibían, pues, por el conocimiento al Espíritu Santo que habitaba en ellos; y habitando en ellos el Espíritu Santo, todavía eran animales, no aún espirituales, porque todavía no podían percibir por el conocimiento a su habitador, el Espíritu.

27. Habitare autem ideo et in talibus dicitur, quia in eis occulte agit, ut sint templum ejus; idque in proficientibus et proficiendo perseverantibus perficit. Spe enim salvi facti sumus, sicut Apostolus dicit; cum alio loco dicat, Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis (Tit. III, 5). Cum ergo hic dicat, Salvos nos fecit, tanquam salus ipsa jam data sit, quemadmodum intelligendum sit, illic exponit, ubi ait: Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus (Rom. VIII, 24, 25). Multa namque dicuntur in Scripturis tanquam facta sint, cum in spe adhuc esse intelligantur. Unde est et illud quod Dominus discipulis ait, Omnia quae audivi a Patre meo nota feci vobis (Joan. XV, 15): quod usque adeo secundum spem dictum est futurorum, ut eis postmodum dicat, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo (Id. XVI, 12). Agit ergo in quibus mortalibus adhuc habitat, ipsam aedificationem habitaculi sui, quam non in ista, sed in alia post hanc vitam perficit, quando absorbebitur mors in victoriam diceturque illi: Ubi est, mors, victorya tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Quid est autem mortis aculeus, nisi peccatum (I Cor. XV, 54-56)?

28. Propter quod nunc etiam renati ex aqua et Spiritu, omnibusque peccatis sive originis ex Adam, in quo omnes peccaverunt, sive factorum, dictorum, cogitationumque nostrarum, in illius lavacri mundatione deletis; tamen quia manemus in hac vita humana quae tentatio est super terram, merito dicimus: Dimitte nobis debita nostra (Matth. VI, 12). Et hanc orationem dicit universa Ecclesia, quam mundat Salvator lavacro aquae in verbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam, aut rugam (Eph. V, 26, 27), aut aliquid ejusmodi; tunc utique cum perficietur in re, ubi nunc proficiendo ambulatur in spe. Nam quomodo est nunc non habens maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, quae vel in omnibus ad eam pertinentibus hominibus qui jam ratione mentis utuntur et voluntatis arbitrio, mortalisque carnis sarcinam portant, vel certe, quod etiam ipsos contentiosos necesse est fateri, in multis suis membris veraciter dicit: Dimitte nobis debita nostra?

29. Cum itaque proficientes, in quibus mortalibus habitat, dum de die in diem renovantur, magis magisque justificet, exaudiat orantes, mundet confitentes, ut exhibeat sibi templum immaculatum in aeternum; merito dicitur non habitare in eis qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, vel gratias egerunt. Colendo enim et serviendo creaturae potius quam Creatori (Rom. I, 21, 25), non unius veri Dei templum se esse voluerunt: atque ita dum volunt eum habere cum multis, facilius effecerunt ut eum non haberent, quam ut diis multis falsisve miscerent.

27. Pero se dice que habita también en tales por esto: porque en ellos obra ocultamente para que sean su templo; y esto lo perfecciona en los que progresan y perseveran progresando. "Pues en esperanza hemos sido salvados", como dice el Apóstol; aunque en otro lugar diga: "Nos salvó por el lavacro de la regeneración" (Tito 3, 5). Cuando, pues, aquí dice: "Nos salvó", como si la salvación misma ya hubiera sido dada, cómo haya de entenderse lo expone allí donde dice: "Pues en esperanza hemos sido salvados. Pero la esperanza que se ve, no es esperanza; pues lo que uno ve, ¿por qué lo espera? Pero si esperamos lo que no vemos, por la paciencia lo aguardamos" (Romanos 8, 24-25). Pues muchas cosas se dicen en las Escrituras como si ya se hubieran hecho, cuando se entiende que están aún en la esperanza. De donde es también aquello que el Señor dijo a los discípulos: "Todas las cosas que oí de mi Padre os las he dado a conocer" (Juan 15, 15): lo cual fue dicho hasta tal punto según la esperanza de las cosas futuras, que después les dice: "Muchas cosas tengo que deciros, pero no podéis sobrellevarlas ahora" (Juan 16, 12). Obra, pues, en aquellos mortales en quienes aún habita, la misma edificación de su habitáculo, la cual perfecciona no en esta, sino en otra vida después de esta, cuando sea absorbida la muerte en la victoria y se le diga: "¿Dónde está, muerte, tu victoria? ¿Dónde está, muerte, tu aguijón? ¿Y qué es el aguijón de la muerte sino el pecado?" (1 Corintios 15, 54-56).

28. Por lo cual también ahora, renacidos del agua y del Espíritu, y habiendo sido borrados todos los pecados —ya sean de origen de Adán, en quien todos pecaron, ya de nuestros hechos, dichos y pensamientos— en la limpieza de aquel lavacro; sin embargo, porque permanecemos en esta vida humana que es una tentación sobre la tierra, con razón decimos: "Perdónanos nuestras deudas" (Mateo 6, 12). Y esta oración la dice la Iglesia universal, a la cual el Salvador limpia con el lavacro del agua en la palabra, para exhibírsela a sí mismo gloriosa, no teniendo mancha ni arruga (Efesios 5, 26-27), ni nada semejante; entonces ciertamente cuando se perfeccionará en la realidad (in re), donde ahora se camina progresando en la esperanza. Pues ¿cómo es ahora no teniendo mancha, ni arruga, ni nada semejante, la que, o bien en todos los hombres pertenecientes a ella que ya usan de la razón de la mente y del arbitrio de la voluntad, y llevan la carga (sarcina) de la carne mortal, o ciertamente, como es necesario que lo confiesen hasta los mismos contenciosos, dice verazmente en muchos de sus miembros: "Perdónanos nuestras deudas"?

29. Puesto que, al habitar en tales mortales, mientras se renuevan de día en día, los justifica más y más, escucha a los que oran, limpia a los que confiesan, para exhibirse a sí mismo un templo inmaculado para siempre; con razón se dice que no habita en aquellos que, conociendo a Dios, no le glorificaron como a Dios ni le dieron gracias. Pues rindiendo culto y sirviendo a la criatura antes que al Creador (Romanos 1, 21. 25), no quisieron ser ellos mismos templo del único Dios verdadero; y así, mientras quieren tenerlo con muchos, más fácilmente consiguieron no tenerlo que mezclarlo con dioses muchos o falsos.

Et merito dicitur habitare in eis quos secundum propositum vocatos, justificandos glorificandosque suscepit, etiam antequam incorpoream, quae ubique tota est, valeant ejus nosse naturam, quantum nosci ex parte per speculum et in aenigmate ab homine in hac vita (I Cor. XIII, 12), cum plurimum profecerit, potest. Sunt enim, in quibus habitat, multi tales qualibus dicit Apostolus: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis; sed nec adhuc quidem potestis (Id. III, 1, 2). His quippe etiam illud dicit: Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis (Id. VI, 19)? Hos tales si etiam antequam perveniant ad spiritualem mentis aetatem, ubi non lacte alantur, sed solido cibo, dies vitae hujus extremus invenerit; perficiet in eis habitator illorum quidquid hic intelligentiae minus habuerunt, quoniam ab unitate corporis Christi qui nobis via factus est, et a templi Dei societate non recesserunt. Unde ut non recedant, regulam fidei pusillis magnisque communem in Ecclesia perseveranter tenent, et in quod pervenerunt in eo ambulant, donec eis Deus revelet, si quid aliter sapiunt, cogitationes suas carnales non dogmatizant; quia non obdurant contentiosis defensionibus immanendo, sed quodammodo ambulando, id est proficiendo desudant, intelligentiae perspicuitatem impetrantes per fidei pietatem.

CAPUT IX.

30. Quae cum ita sint, duo ista quae in uno fiunt homine, nasci et renasci, ad duos homines pertinent: unum ad illum primum Adam, alterum ad secundum qui dicitur Christus. Sed non prius, ait Apostolus, quod spirituale est, sed quod animale; postea spirituale. Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de coelo, coelestis: qualis terrenus, tales et terreni; et qualis coelestis, tales et coelestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem ejus qui de coelo est: item dicit, Per unum hominem mors, et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur (Id. XV, 46-49, 21, 22). Omnes, et omnes ideo dixit, quia in mortem nemo nisi per illum, in vitam nemo nisi per istum. In primo patuit quid hominis arbitrium valeret ad mortem; in secundo autem quid Dei adjutorium valeret ad vitam. Denique primus homo, nonnisi homo; secundus vero, Deus et homo: peccatum enim factum est relicto Deo; justitia non fit sine Deo. Ac per hoc nec moreremur nisi per carnalem propaginem de membris illius veniremus; nec viveremus nisi per spiritualem connexionem membra hujus essemus.

Y con razón se dice que habita en aquellos a quienes, llamados según su propósito, recibió para justificarlos y glorificarlos, incluso antes de que puedan conocer su naturaleza incorpórea, que está entera en todas partes, cuanto puede ser conocida en parte por un espejo y en enigma por el hombre en esta vida (1 Corintios 13, 12), cuando haya progresado muchísimo. Pues hay, entre aquellos en quienes habita, muchos tales a los cuales dice el Apóstol: "No pude hablaros como a espirituales, sino como a carnales. Como a párvulos en Cristo, os di leche por bebida, no manjar; pues aún no podíais; pero ni siquiera ahora podéis" (1 Corintios 3, 1-2). A estos mismos les dice también esto: "¿No sabéis que sois templo de Dios, y que el Espíritu de Dios habita en vosotros?" (1 Corintios 6, 19). A estos tales, si el último día de esta vida los encontrara antes de que lleguen a la edad espiritual de la mente, donde no se alimenten de leche sino de comida sólida, su habitador perfeccionará en ellos cualquier cosa que aquí tuvieron de menos en la inteligencia, puesto que no se apartaron de la unidad del cuerpo de Cristo, que se nos hizo camino, ni de la sociedad del templo de Dios. De donde, para no apartarse, mantienen perseverantemente en la Iglesia la regla de la fe común a pequeños y grandes, y en lo que han alcanzado en ello caminan, hasta que Dios les revele si en algo sienten de otro modo, no dogmatizan sus pensamientos carnales; porque no se endurecen permaneciendo en defensas contenciosas, sino que de algún modo sudan caminando, esto es, progresando, impetrando la perspicuidad de la inteligencia por la piedad de la fe.

CAPÍTULO IX.

30. Siendo esto así, esas dos cosas que suceden en un mismo hombre, el nacer y el renacer, pertenecen a dos hombres: uno a aquel primer Adán, el otro al segundo que se llama Cristo. "Pero no primero", dice el Apóstol, "lo que es espiritual, sino lo que es animal; después lo espiritual. El primer hombre de la tierra, terreno; el segundo hombre del cielo, celestial: cual el terreno, tales también los terrenos; y cual el celestial, tales también los celestiales. Como hemos llevado la imagen del terreno, llevemos también la imagen de aquel que es del cielo"; asimismo dice: "Por un hombre la muerte, y por un hombre la resurrección de los muertos. Pues como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados" (1 Corintios 15, 46-49. 21-22). Dijo "todos" y "todos" por esto: porque a la muerte nadie va sino por aquel, a la vida nadie sino por este. En el primero se patentizó qué valía el arbitrio del hombre para la muerte; en el segundo, empero, qué valía el auxilio de Dios para la vida. Finalmente, el primer hombre, no sino hombre; el segundo, en verdad, Dios y hombre: pues el pecado se cometió abandonando a Dios; la justicia no se hace sin Dios. Y por esto ni moriríamos si no viniéramos por la propagación carnal (propago) de los miembros de aquel; ni viviríamos si no fuéramos miembros de este por la conexión espiritual.

Ideo nobis opus fuit nasci, et renasci, illi autem propter nos tantummodo nasci. Nos enim a peccato ad justitiam renascendo transimus; ille autem a nullo peccato ad justitiam transitum fecit: sed in eo quod baptizatus est, nostrae regenerationis Sacramentum, sua humilitate altius commendavit; veterem tamen hominem nostrum passione, novum autem resurrectione significans.

31. Inobedientia namque concupiscentiae quae habitat in carne mortali, qua fit ut eadem etiam membra praeter voluntatis moveantur arbitrium, ad eum modum redigitur justitia conjugali, ut licite copulatis parentibus generentur, quibus sit necessarium regenerari. Non tamen per hujusmodi convenientiam maris et feminae venire voluit carnem suam Christus; sed de virgine nihil tale in ejus conceptu concupiscente, similitudinem carnis peccati sumpsit ille pro nobis, qua caro peccati mundaretur in nobis (Rom. VIII, 3, 4). Sicut enim per unius delictum, ait Apostolus, in omnes homines ad condemnationem; ita per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitae (Id. V, 18). Nemo enim nascitur, nisi operante concupiscentia carnali, quae tracta est ex primo homine qui est Adam; et nemo renascitur, nisi operante gratia spirituali, quae data est per secundum hominem, qui est Christus. Quapropter si ad illum nascendo pertinemus, ad hunc renascendo, nec renasci quisquam potest antequam natus sit; profecto ille singulariter natus est, cui renasci non opus fuit; quia non ex peccato, in quo nunquam fuit, transitum fecit, neque in iniquitate conceptus est, aut eum in delictis mater ejus in utero aluit: quia Spiritus sanctus supervenit in eam, et virtus Altissimi obumbravit eam; unde quod natum est ex ea Sanctum, vocatur Filius Dei. Nuptiarum enim bonum non exstinguit, sed modificat inobedientium membrorum malum, ut limitata quodammodo concupiscentia carnalis, fiat saltem pudicitia conjugalis. Virgo autem Maria cui dictum est, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Luc I, 35), in sanctam concipiendo prolem, sub tali umbraculo nullo ardore concupiscentiae hujus aestuavit. Hoc ergo excepto lapide angulari, non video quomodo aedificentur homines in domum Dei ad habendum in se inhabitantem Deum, nisi cum fuerint renati; quod non possunt esse antequam nati.

CAPUT X.

Por eso nos fue necesario nacer y renacer, pero a Él nacer solamente por nosotros. Pues nosotros pasamos del pecado a la justicia renaciendo; Él, en cambio, hizo el tránsito a la justicia desde ningún pecado: pero en el hecho de que fue bautizado, encomendó más profundamente con su humildad el Sacramento de nuestra regeneración; significando, sin embargo, a nuestro hombre viejo con su pasión, y al nuevo con su resurrección.

5. Cernis nempe quanta in his verbis sit cavenda pernicies. Nam utique quod dictum est, Non possunt esse ista bona nisi in te, optime et verissime dictum est; iste plane cibus est: quod vero ait, nonnisi ex te, hoc omnino virus est. Absit ut haec libenter audiat virgo Christi, quae pie intelligit propriam paupertatem cordis humani, et ideo illic nisi sponsi sui donis nescit ornari. Audiat ergo potius Apostolum dicentem, Desponsavi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit in versutia sua, sic et vestrae mentes corrumpantur a castitate quae est in Christo (II Cor XI, 2, 3): et propterea de his quoque spiritualibus divitiis, non istum qui dicit, Nullus tibi eas praeter te conferre potest, et, nisi ex te et in te esse non possunt; sed illum audiat qui dicit, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei, et non ex nobis (Id. IV, 7).

6. De ipsa quoque sacra continentia virginali, quod non sibi sit ex seipsa, sed sit Dei donum, quamvis credenti volentique collatum, eumdem audiat veracem piumque doctorem, qui cum hinc ageret, ait: Vellem omnes esse sicut meipsum; sed unusquisque proprium donum habet a Deo, alius sic, alius autem sic (I Cor. VII, 7). Audiat etiam ipsum, non tantum suum, sed universae Ecclesiae unicum sponsum, de tali castitate atque integritate dicentem. Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est (Matth. XIX, 11); ut intelligat ex eo quod habet tam magnum bonum atque praeclarum, se potius Deo et Domino nostro gratias agere debere, quam cujusquam verba, quod velut ex seipsa id habeat, ut non dicamus assentantis adulatoris, ne de occultis hominum temere judicare videamur, certe errantis laudatoris audire. Omne quippe datum optimum, et omne donum perfectum, sicut dicit etiam apostolus Jacobus, desursum est, descendens a Patre luminum (Jacobi I, 17): hinc ergo et sancta virginitas, qua te filia volentem gaudentemque vicit, natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, aetate subsequens, sanctitate praecedens; in qua etiam tuum esse coepit quod in te esse non potuit. Illa quippe carnaliter non nupsit, ut non tantum sibi, sed etiam tibi ultra te spiritualiter augeretur: quoniam et tu ea compensatione minor illa es, quod ita nupsisti ut nasceretur. Haec Dei dona sunt, et vestra quidem sunt, sed non ex vobis: habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus, et adhuc fragilibus tanquam in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei, et non ex vobis. Nec miremini, quia dicimus et vestra esse, et ex vobis non esse: nam et panem quotidianum dicimus nostrum, sed tamen addimus, Da nobis (Luc. XI, 3), ne putetur esse ex nobis.

5. Ves ciertamente cuánta pernicie ha de evitarse en estas palabras. Pues ciertamente lo que se dijo: "No pueden ser esos bienes sino en ti", fue dicho óptima y verísimamente; eso es claramente alimento: pero lo que dice: "no sino de ti", esto es totalmente virus. Lejos esté que la virgen de Cristo oiga de buen grado estas cosas, ella que entiende piadosamente la propia pobreza del corazón humano, y por eso no sabe adornarse allí sino con los dones de su esposo. Oiga, pues, más bien al Apóstol que dice: "Os he desposado con un solo marido, para exhibir una virgen casta a Cristo." Pero temo que, así como la serpiente sedujo a Eva con su astucia, así también vuestras mentes se corrompan de la castidad que está en Cristo" (2 Cor 11, 2-3); y por eso, sobre estas riquezas espirituales también, oiga no a ese que dice: "Nadie te las puede conferir sino tú", y: "no pueden ser sino de ti y en ti"; sino oiga a aquel que dice: "Tenemos este tesoro en vasos de barro, para que la excelencia de la virtud sea de Dios y no de nosotros" (2 Cor 4, 7).

6. Sobre la misma sagrada continencia virginal, que no sea para ella de sí misma, sino que sea don de Dios, aunque conferido a quien cree y quiere, oiga al mismo veraz y piadoso doctor, quien tratando de esto, dijo: "Querría que todos fueran como yo mismo; pero cada uno tiene su propio don de Dios, uno de una manera y otro de otra" (1 Cor 7, 7). Oiga también al mismo, no solo suyo, sino único esposo de la Iglesia universal, diciendo de tal castidad e integridad: "No todos captan esta palabra, sino aquellos a quienes les ha sido dado" (Mat 19, 11); para que entienda que por eso que tiene de tan gran bien y excelente, debe más bien dar gracias a Dios y Señor nuestro, que oír las palabras de cualquiera que diga que lo tiene como de sí misma, por no decir de un adulador asertivo, para no parecer que juzgamos temerariamente de lo oculto de los hombres, ciertamente de un alabador que yerra. Pues "todo don óptimo y todo don perfecto", como dice también el apóstol Santiago, "es de arriba, descendiendo del Padre de las luces" (Sant 1, 17); de aquí, pues, también la santa virginidad, por la cual te venció a ti, hija, queriendo y gozándose, posterior por nacimiento, anterior por el acto, de ti por el género, antes que tú por el honor, subsiguiente en edad, precedente en santidad; en la cual también empezó a ser tuyo lo que en ti no pudo estar. Aquella, en efecto, no se casó carnalmente, para que se aumentara espiritualmente no solo para sí, sino también para ti más allá de ti; puesto que también tú por esa compensación eres menor que ella, porque de tal modo te casaste que ella naciera. Estos son dones de Dios, y son ciertamente vuestros, pero no de vosotros; pues tenéis este tesoro en cuerpos terrenos, y aún frágiles como en vasos de barro, para que la excelencia de la virtud sea de Dios y no de vosotros. Ni os maravilléis de que digamos que son vuestros y que no son de vosotros; pues también decimos que el pan cotidiano es nuestro, pero sin embargo añadimos: "Danos" (Luc 11, 3), para que no se piense que es de nosotros.

7. Proinde sicut scriptum est, Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite (I Thess V, 17, 18): oratis enim ut perseveranter et proficienter habentis; gratias agitis, quia non ex vobis habetis. Quis enim vos ab illa ex Adam massa mortis perditionisque discernit? Nonne ille qui venit quaerere et salvare quod perierat (Luc. XIX, 10)? An vero quando Apostolo dicente audierit homo, Quis enim te discernit? responsurus est, Bona voluntas mea, fides mea, justitia mea, et non continuo quod sequitur auditurus, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis (I Cor. IV, 7)? Nolumus ergo ut virgo sacra, cum audit vel legit, Spirituales divitias nullus tibi praeter te conferre poterit: in iis jure laudanda, in iis merito caeteris praeferenda es, quae nisi ex te et in te esse non possunt: nolumus prorsus ita glorietur quasi non acceperit. Dicat quidem, In me sunt, Deus, vota tua, quae reddam laudis tibi (Psal. LV, 12): sed quia in illa, non etiam ex illa, meminerit etiam dicere, Domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem (Psal. XXIX, 8): quia etsi etiam ex illa propter arbitrium proprium sine quo non operamur bonum, non tamen sicut iste dixit, nonnisi ex illa. Proprium quippe arbitrium nisi Dei gratia juvetur, nec ipsa bona voluntas esse in nomine potest. Deus est enim, inquit Apostolus, qui operatur in vobis et velle, et operari, pro bona voluntate (Philipp. II, 13): non, sicut isti sentiunt, tantummodo scientiam revelando, ut noverimus quid facere debeamus; sed etiam inspirando charitatem, ut ea quae discendo novimus, etiam diligendo faciamus.

8. Nam utique noverat ille quam magnum bonum esset continentia qui dicebat, Et cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det. Non solum ergo sciebat quantum esset hoc bonum, et quam desiderabiliter esset concupiscendum, verum etiam quod nisi dante Deo esse non posset: docuerat enim eum sapientia; nam hoc dicit, Et hoc ipsum erat sapientiae, scire cujus esset hoc donum. Nec tamen ei scientia suffecit; sed ait: Adii Dominum, et deprecatus sum illum (Sap. VIII, 21). Non igitur tantummodo in hoc nos adjuvat Deus, ut sciamus quid agendum sit, verum etiam ut amando agamus quod discendo jam scimus. Nemo itaque potest esse non solum sciens, verum etiam continens, nisi Deus det. Unde cum jam ille haberet scientiam, precabatur ut haberet et continentiam, ut esset etiam in illo quod sciebat quia non esset ex illo: aut si propter liberum arbitrium, proprium aliquantum et ex illo, non tamen nisi ex illo; quia nemo potest esse continens, nisi Deus det. Iste autem de spiritualibus divitiis, in quibus est utique etiam ipsa luminosa et speciosa continentia, non ait, In te et ex te esse possunt: sed ait, nisi ex te et in te esse non possunt; ut quemadmodum non ei sunt alibi nisi in illa, sic ei non aliunde nisi ex ilia esse posse credantur, et ob hoc (quod miserator Dominus a corde ejus avertat!) sic glorietur, quasi non acceperit.

Por tanto, como está escrito: "Orad sin cesar, en todo dad gracias" (1 Tes 5, 17-18); pues oráis para que tengáis esas cosas perseverante y provechosamente; dais gracias, porque no las tenéis de vosotros mismos. Pues ¿quién os distingue de aquella masa de muerte y perdición proveniente de Adán? ¿No es aquel que vino a buscar y salvar lo que había perecido (Luc 19, 10)? ¿O es que cuando el hombre oiga al Apóstol decir: "¿Quién te distingue?", va a responder: "Mi buena voluntad, mi fe, mi justicia", y no va a oír inmediatamente lo que sigue: "¿Pues qué tienes que no hayas recibido? Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieras recibido?" (1 Cor 4, 7). No queremos, pues, que la virgen sagrada, cuando oiga o lea: "Las riquezas espirituales nadie sino tú podrá conferírtelas; en estas has de ser justamente alabada, en estas con razón has de ser preferida a los demás, las cuales no pueden ser sino de ti y en ti"; no queremos en absoluto que se gloríe así como si no lo hubiera recibido. Diga ciertamente: "En mí están, oh Dios, tus votos, que te pagaré con alabanzas" (Salmo 55, 12); pero porque están en ella, no también de ella, acuérdese también de decir: "Señor, en tu voluntad has prestado virtud a mi decoro" (Salmo 29, 8); porque aunque también de ella por el propio albedrío sin el cual no obramos el bien, sin embargo no como dijo este: "no sino de ella". Pues el propio albedrío, si no es ayudado por la gracia de Dios, ni la misma buena voluntad puede estar en el nombre. "Dios es, en efecto —dice el Apóstol—, quien obra en vosotros el querer y el obrar, por su buena voluntad" (Fil 2, 13); no, como estos sienten, solamente revelando la ciencia para que sepamos qué debemos hacer, sino también inspirando la caridad para que lo que aprendiendo sabemos, también lo hagamos amando.

8. Pues ciertamente sabía qué gran bien era la continencia aquel que decía: "Y como supiera que nadie puede ser continente si Dios no lo da". No solo, pues, sabía cuánto era este bien y cuán deseablemente había de ser codiciado, sino también que no podía ser si Dios no lo daba; pues la sabiduría se lo había enseñado; pues dice esto: "Y esto mismo era de la sabiduría: saber de quién era este don". Ni sin embargo le bastó la ciencia, sino que dice: "Fui al Señor y le supliqué" (Sab 8, 21). No, por tanto, solamente en esto nos ayuda Dios: en que sepamos qué ha de hacerse, sino también en que amando hagamos lo que aprendiendo ya sabemos. Nadie, pues, puede ser no solo sabio, sino también continente, si Dios no lo da. Por lo cual, teniendo él ya la ciencia, suplicaba para tener también la continencia, para que estuviera también en él lo que sabía que no era de él; o si por el libre albedrío, propio en algo y de él, sin embargo no solo de él; porque nadie puede ser continente si Dios no lo da. Este, en cambio, sobre las riquezas espirituales, en las cuales está por cierto también esa luminosa y hermosa continencia, no dice: "En ti y de ti pueden ser", sino que dice: "no sino de ti y en ti no pueden ser"; para que del mismo modo que no están para ella en otra parte sino en ella, así se crea que no le vienen de otra parte sino de ella, y por esto (¡que el Señor misericordioso lo aparte de su corazón!) se gloríe así como si no lo hubiera recibido.

CAPUT III.

9. Et nos quidem de sanctae virginis disciplina et humilitate christiana, in qua nutrita et educata est, hoc existimamus, quod illa verba cum legeret, si tamen legit, ingemuit, et pectus humiliter tutudit, ac fortassis et flevit, Dominumque cui dicata et a quo sanctificata est fidenter oravit, ut quomodo illa non sunt verba ipsius, sed alterius, ita non sicut talis et fides ejus, qua se aliquid habere credat, de quo in se non in Domino glorietur. Nam gloria quidem ejus in ipsa est, non in verbis alienis, sicut Apostolus dicit: Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso gloriam habebit, et non in altero (Galat. VI, 4). Sed absit ut gloria sua ipsa sit, et non ille cui dicitur. Gloria mea, et exaltans caput meum (Psal. III, 4)! Ita quippe est in ea salubriter gloria ejus, cum Deus qui in illa est, ipse est gloria ejus, a quo habet omnia bona quibus est bona; et habebit omnia quibus melior erit, in quantum in hac vita melior esse poterit; et quibus perfecta erit, quando fuerit divina gratia, non humana laude perfecta. In Domino enim laudabitur anima ejus (Psal. XXXIII, 2), qui satiavit in bonis desiderium ejus (Psal. CII, 5); quia et hoc desiderium ipse inspiravit, ne virgo ejus sic in aliquo bono glorietur quasi non acceperit.

10. De hoc ergo ejus affectu utrum non fallamur, inde nos fac potius rescribendo certiores. Nam illud optime novimus, cum omnibus vestris cultores vos esse et fuisse individuae Trinitatis. Sed non hinc solum error humanus obrepit, ut aliquid secus sentiatur de individua Trinitate. Sunt enim et alia in quibus perniciesissime erratur, sicut hoc est, unde diutius fortasse quam satis esset vestrae fideli castaeque prudentiae in hac epistola locuti sumus. Quanquam qui bonum quod ex Deo est, negat esse ex Deo, nescimus cui faciat injuriam nisi Deo, ac per hoc illi utique Trinitati: quod malum absit a vobis, sicut abesse credimus! Absit omnino ut tale aliquid in animo, non dicimus tuo, vel sacrae virginis filiae tuae, sed in cujusquam extremi meriti famuli vel famulae vestrae liber iste fecerit, ex quo nonnulla verba quae facilius intelligi possent ponenda credidimus.

11. Si autem diligentius intendatis etiam illa, quae ibi videtur velut pro gratia sive adjutorio Dei dicere, sic invenietis ambigua, ut possint referri vel ad naturam, vel ad doctrinam, vel ad remissionem peccatorum. Nam et quod coguntur confiteri, orare nos debere ne intremus in tentationem, possunt ad hoc referre, ut hactenus nos ad id respondeant adjuvari, quatenus orantibus atque pulsantibus nobis aperiatur intelligentia veritatis, ubi discamus quid facere debeamus, non ut vires accipiat voluntas nostra, quibus id quod discimus faciamus.

CAPÍTULO III.

9. Y nosotros ciertamente, sobre la disciplina y humildad cristiana de la santa virgen, en la que fue nutrida y educada, pensamos esto: que cuando leyó aquellas palabras, si es que las leyó, gimió y golpeó humildemente su pecho, y tal vez también lloró, y oró confiadamente al Señor a quien está dedicada y por quien es santificada, para que así como aquellas no son palabras suyas sino de otro, así no sea tal también su fe, por la cual crea tener algo de lo que se gloríe en sí misma y no en el Señor. Pues su gloria ciertamente está en ella, no en palabras ajenas, como dice el Apóstol: "Pero pruebe cada uno su propia obra, y entonces tendrá gloria en sí mismo y no en otro" (Gál 6, 4). ¡Pero lejos esté que su gloria sea ella misma, y no aquel a quien se dice: "Gloria mía, y el que exalta mi cabeza"! (Salmo 3, 4). Así pues, su gloria está saludablemente en ella, cuando Dios, que está en ella, es Él mismo su gloria, de quien tiene todos los bienes por los que es buena; y tendrá todas las cosas por las que será mejor, en cuanto en esta vida podrá ser mejor; y por las que será perfecta, cuando haya sido perfeccionada por la gracia divina, no por la alabanza humana. En el Señor, pues, será alabada su alma (Salmo 33, 2), que sació en bienes su deseo (Salmo 102, 5); porque Él mismo inspiró también este deseo, para que su virgen no se gloríe así en algún bien como si no lo hubiera recibido.

Sobre este afecto suyo, pues, para que no nos engañemos, haznos más bien sabedores escribiéndonos de nuevo. Pues aquello sabemos muy bien: que con todos los vuestros sois y habéis sido cultivadores de la Trinidad indivisa. Pero no solo de aquí se desliza el error humano, de que se sienta algo distinto sobre la Trinidad indivisa. Pues hay también otras cosas en las que se yerra perniciosisimamente, como es esto de lo que tal vez más largamente de lo que bastaba a vuestra fiel y casta prudencia hemos hablado en esta carta. Aunque el que niega que el bien que es de Dios sea de Dios, no sabemos a quién hace injuria sino a Dios, y por esto ciertamente a aquella Trinidad; ¡el cual mal esté lejos de vosotras, como creemos que está lejos! Lejos esté totalmente que tal cosa en el ánimo, no decimos tuyo o de la sagrada virgen tu hija, sino en el de cualquier siervo o sierva vuestra de ínfimo mérito haya hecho este libro, del cual creímos que debían ponerse algunas palabras que pudieran entenderse más fácilmente.

11. Pero si atendéis más diligentemente incluso a aquellas cosas que allí parece decir como en favor de la gracia o auxilio de Dios, las hallaréis tan ambiguas que pueden referirse o a la naturaleza, o a la doctrina, o a la remisión de los pecados. Pues incluso lo que se ven obligados a confesar, que debemos orar para no entrar en tentación, pueden referirlo a esto: a que respondan que hasta aquí somos ayudados para ello, en cuanto que a los que oramos y llamamos se nos abre la inteligencia de la verdad, donde aprendamos qué debemos hacer, no para que reciba fuerzas nuestra voluntad con las que hagamos lo que aprendemos.

Et quod nobis in gratia vel adjutorio Dei dicunt Dominum Christum bene vivendi propositum exemplum, ad eamdem doctrinam revocant; quia scilicet in ejus exemplo discimus quemadmodum vivere debeamus: non autem volunt ad hoc nos juvari, ut quod discendo cognoscimus, etiam diligendo faciamus. 12. Aut certe in eodem libro invenite aliquid, si potestis, ubi excepta natura, excepto quod ad eamdem naturam pertinet arbitrio voluntatis, excepta remissione peccatorum et revelatione doctrinae, tale Dei adjutorium confiteatur, quale confitetur ille qui dixit: Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cujus esset hoc donum; adii Dominum et deprecatus sum illum. Neque enim iste aut naturam precando volebat accipere, in qua conditus erat; aut de naturali voluntatis arbitrio satagebat, cum quo conditus erat; aut remissionem peccatorum desiderabat, qui potius continentiam, ne peccaret, optabat; vel quid faciendum esset scire cupiebat, cum jam se scire fateretur cujus esset hoc donum: sed utique tantas voluntatis vires, tantum dilectionis ardorem volebat accipere Spiritu sapientiae, qui sufficeret ad implendam magnitudinem continentiae. Si ergo tale aliquid illic invenire potueritis, uberrimas gratias agemus, si rescribendo insinuare dignemini.

13. Satis enim dici non potest quantum cupiamus in eorum hominum scriptis, qui propter acrimoniam atque facundiam leguntur a plurimis, apertam confessionem illius gratiae reperiri, quam vehementer commendat Apostolus, qui etiam ipsius mensuram fidei (sine qua impossibile est Deo placere [Hebr. XI, 6], ex qua justus vivit [Rom. I, 17], quae per dilectionem operatur [Galat. V, 6], ante quam et sine qua omnino nulla cujusquam bona opera existimanda sunt, quoniam omne quod non est ex fide peccatum est [Rom. XIV, 23]). Deum dicit unicuique partitum (Id. XII, 3): nec sola revelatione scientiae nos divinitus adjuvari, ut pie justeque vivamus, quae sine charitate inflat (I Cor. VIII, 1); verum etiam inspiratione charitatis ipsius, quae plenitudo legis est (Rom. XIII, 10), et quae cor nostrum, ut scientia non inflet, aedificat. Sed adhuc nusquam tale aliquid in eorum litteris potuimus invenire.

14. Maxime autem hoc in isto libro esse vellemus, ex quo descripta illa verba posuimus, ubi virginem Christi ita laudans tanquam spirituales divitias nullus ei praeter ipsam conferre possit, et tanquam nisi ex ipsa esse non possint, non vult eam in Domino gloriari, sed sic gloriari quasi non acceperit. In quo libro quamvis nec ipsius nec tuae Reverentiae nomen expresserit, tamen a matre virginis ut ad eam scriberet, a se postulatum esse commemorat.

Y lo que nos dicen en la gracia o auxilio de Dios, que el Señor Cristo es ejemplo propuesto de vivir bien, lo revocan a la misma doctrina; porque a saber en su ejemplo aprendemos de qué modo debemos vivir; pero no quieren que para esto seamos ayudados: para que lo que aprendiendo conocemos, también lo hagamos amando. 12. O ciertamente hallad algo en el mismo libro, si podéis, donde, exceptuada la naturaleza, exceptuado lo que pertenece a la misma naturaleza, el arbitrio de la voluntad, exceptuada la remisión de los pecados y la revelación de la doctrina, se confiese tal auxilio de Dios cual lo confiesa aquel que dijo: "Como supiera que nadie puede ser continente si Dios no lo da, y esto mismo era de la sabiduría: saber de quién era este don; fui al Señor y le supliqué". Pues ni este quería recibir orando la naturaleza en la que había sido creado; ni se ocupaba del natural arbitrio de la voluntad, con el que había sido creado; ni deseaba la remisión de los pecados, el cual más bien optaba por la continencia para no pecar; ni deseaba saber qué debía hacerse, cuando ya confesaba saber de quién era este don; sino que ciertamente quería recibir tantas fuerzas de la voluntad, tanto ardor de amor por el Espíritu de sabiduría, que bastara para cumplir la magnitud de la continencia. Si, pues, algo tal pudiereis hallar allí, daremos abundantísimas gracias si os dignáis insinuarlo al responder.

13. Pues no se puede decir bastante cuánto deseamos que en los escritos de aquellos hombres que, por su agudeza y elocuencia, son leídos por muchísimos, se halle una abierta confesión de aquella gracia que tan vehementemente recomienda el Apóstol, quien dice que Dios ha repartido a cada uno la medida de la fe (Rom 12, 3) —sin la cual es imposible agradar a Dios (Heb 11, 6), por la cual vive el justo (Rom 1, 17), que obra por el amor (Gál 5, 6), antes de la cual y sin la cual no se han de considerar en absoluto ningunas obras buenas de nadie, pues todo lo que no es por la fe es pecado (Rom 14, 23)—. Y dice que no solo por la revelation de la ciencia somos ayudados divinamente para vivir piadosa y justamente, la cual sin la caridad infla (1 Cor 8, 1); sino también por la inspiración de su misma caridad, que es la plenitud de la ley (Rom 13, 10), y que edifica nuestro corazón para que la ciencia no lo infle. Pero hasta ahora en ninguna parte hemos podido hallar tal cosa en las cartas de ellos.

14. Máximamente, pues, querríamos que esto estuviera en aquel libro del cual pusimos aquellas palabras descritas, donde alabando de tal modo a la virgen de Cristo como si nadie fuera de ella misma pudiera conferirle las riquezas espirituales, y como si no pudieran ser sino de ella misma, no quiere que ella se gloríe en el Señor, sino que se gloríe así como si no hubiera recibido. En el cual libro, aunque no expresó ni su nombre ni el de tu Reverencia, sin embargo conmemora que le fue pedido por la madre de la virgen que le escribiera.

In quadam vero epistola sua idem Pelagius, ubi et nomen suum apertissime ponit, nec nomen sacrae virginis tacet, dicit ad eam se scripsisse, et ejusdem sui operis testimonio probare nititur se gratiam Dei quam vel tacere vel negare asseritur, apertissime confiteri. Sed utrum ipse sit liber, in quo de spiritualibus divitiis illa verba posuit, vel utrum ad vestram pervenerit Sanctitatem, rescriptis vestris petimus nos dignemini facere certiores.

Epistola CLXXXIX.

Bonifacio in militia merenti praescribit vitae rationem; ostendens obiter licere christiano pro publica pace arma tractare.

Domino eximio, et merito insigni atque honorabili filio BONIFACIO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Jam rescripserat Charitati tuae, sed cum epistolae dirigendae occasio quaereretur, supervenit dilectissimus filius meus Faustus, pergens ad Eximietatem tuam. Qui cum ipsas litteras quas jam fecerat, accepisset tuae Benevolentiae perferendas, suggessit mihi multum te desiderare ut aliquid tibi scriberem quod te aedificet ad sempiternam salutem, cujus tibi spes est in Domino nostro Jesu Christo. Et quamvis mihi occupato tantum institit ut facere non differrem, quantum scis quod te sinceriter diligat. Festinanti ergo ut occurrerem, malui festinanter aliquid scribere, quam religiosum tuum desiderium retardare, domine eximie, et merito insignis atque honorabilis fili.

2. Quod ergo breviter possum dicere, Dilige Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota virtute tua; et, dilige proximum tuum tanquam teipsum: hoc est enim verbum quod breviavit Dominus super terram, dicens in Evangelio, In his duobus praeceptis tota lex pendet et Prophetae (Matth. XXII, 37, 39, 40). In hac ergo dilectione quotidie profice, et orando, et bene agendo, ut ipso adjuvante qui tibi eam praecepit atque donavit, nutriatur et crescat, donec haec te perfecta perficiat. Ipsa est enim charitas, quae, sicut Apostolus dicit, diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5): ipsa est de qua item dicit, Plenitudo legis charitas (Id. XIII, 10): ipsa est per quam fides operatur; unde iterum dicit, Neque circumcisio quidquam valet, neque praeputium; sed fides quae per dilectionem operatur (Galat V, 6).

3. In hac ergo omnes sancti patres nostri et Patriarchae et Prophetae et Apostoli placuerunt Deo. In hac omnes veri martyres usque ad sanguinem contra diabolum certaverunt; et quia in eis non refriguit nec defecit, ideo vicerunt. In hac omnes fideles boni quotidie proficiunt, pervenire cupientes non ad regnum mortalium, sed ad regnum coelorum; non ad temporalem, sed ad sempiternam haereditatem; non ad aurum et argentum, sed ad divitias incorruptibiles Angelorum;

En una cierta carta suya, en cambio, el mismo Pelagio, donde pone su nombre muy abiertamente y no calla el nombre de la sagrada virgen, dice haberle escrito a ella, y por el testimonio de su misma obra se esfuerza en probar que él confiesa muy abiertamente la gracia de Dios, la cual se afirma que él o calla o niega. Pero si es el mismo libro en el que puso aquellas palabras sobre las riquezas espirituales, o si ha llegado a vuestra Santidad, pedimos que os dignéis hacérnoslo saber por vuestras respuestas.

Carta CLXXXIX.

A Bonifacio, que sirve en la milicia, le prescribe una norma de vida; mostrando incidentalmente que le es lícito al cristiano manejar las armas por la paz pública.

Al señor eximio y por mérito insigne y honorable hijo BONIFACIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Ya había respondido a tu Caridad, pero cuando se buscaba ocasión de dirigir la carta, sobrevino mi amadísimo hijo Fausto, que se dirige a tu Eximiedad. El cual, habiendo recibido aquellas mismas letras que ya yo había hecho para que fueran llevadas a tu Benevolencia, me sugirió que deseabas mucho que te escribiera algo que te edificara para la salvación eterna, cuya esperanza tienes en nuestro Señor Jesucristo. Y aunque yo estaba ocupado, me instó tanto para que no dilatara el hacerlo, cuanto sabes que él te ama sinceramente. Para salir al encuentro del que se apresuraba, pues, preferí escribir algo apresuradamente que retardar tu religioso deseo, señor eximio y por mérito insigne y honorable hijo.

2. Lo que, pues, puedo decir brevemente: "Ama al Señor tu Dios con todo tu corazón, y con toda tu alma, y con toda tu virtud"; y "ama a tu prójimo como a ti mismo"; pues esta es la palabra que abrevió el Señor sobre la tierra, diciendo en el Evangelio: "De estos dos preceptos pende toda la Ley y los Profetas" (Mat 22, 37. 39-40). En este amor, pues, aprovecha cada día, tanto orando como obrando bien, para que con la ayuda de aquel mismo que te lo mandó y te lo dio, se nutra y crezca, hasta que este perfecto te perfeccione. Ella es, en efecto, la caridad que, como dice el Apóstol, "ha sido derramada en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado" (Rom 5, 5); ella es de la que dice también: "La plenitud de la ley es la caridad" (Rom 13, 10); ella es por la que la fe obra; por lo cual dice de nuevo: "Ni la circuncisión vale nada, ni el prepucio, sino la fe que obra por el amor" (Gál 5, 6).

3. En esta, pues, todos nuestros santos padres y Patriarcas y Profetas y Apóstoles agradaron a Dios. En esta todos los verdaderos mártires han luchado contra el diablo hasta la sangre; y porque en ellos no se enfrió ni desfalleció, por eso vencieron. En esta todos los fieles buenos aprovechan cada día, deseando llegar no al reino de los mortales, sino al reino de los cielos; no a una herencia temporal, sino a la eterna; no al oro y la plata, sino a las riquezas incorruptibles de los Ángeles;

non ad aliqua bona hujus saeculi, in quibus cum timore vivitur, nec ea quisquam secum potest auferre dum moritur, sed ad videndum Deum: cujus suavitas et delectatio excedit omnem non solum terrestrium, verum etiam coelestium corporum pulchritudinem; excedit omnem decorem animarum quantumlibet justarum atque sanctarum; excedit omnem speciem supernorum Angelorum atque Virtutum; excedit quidquid de illo non solum dicitur, verum etiam cogitatur. Neque hanc tam magnam promissionem, quia valde magna est, ideo desperemus, sed potius, quia valde magnus eam promisit, accepturos nos esse credamus: sicut enim dicit beatus Joannes apostolus, Filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est (I Joan. III, 2).

4. Noli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium: in his etiam plurimi illius temporis justi. In his erat et ilne Centurio qui Domino dixit, Non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic, Vade, et vadit; et alii, Veni, et venit; et servo meo, Fac hoc, et facit: de quo et Dominus, Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel (Matth. VIII, 8-10). In his erat et ille Cornelius ad quem missus angelus dixit, Corneli, acceptae sunt eleemosynae tuae, et exauditae sunt orationes tuae: ubi eum admonuit ut ad beatum Petrum apostolum mitteret, et ab illo audiret quae facere deberet; ad quem apostolum, ut ad eum veniret, etiam religiosum militem misit (Act. X, 4-8). In his erant et illi qui baptizandi cum venissent ad Joannem, sanctum Domini praecursorem et amicum sponsi, de quo Dominus ipse ait, In natis mulierum non surrexit major Joanne Baptista (Matth. XI, 11), et quaesiissent ab eo quid facerent; respondit eis, Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis; sufficiat vobis stipendium vestrum (Luc. III, 14). Non eos utique sub armis militare prohibuit; quibus suum stipendium sufficere debere praecepit.

5. Majoris quidem loci sunt apud Deum, qui omnibus istis saecularibus actionibus derelictis, etiam summa continentia castitatis ei serviunt; Sed unusquisque, sicut Apostolus dicit, proprium donum habet a Deo; alius sic, alius autem sic (I Cor. VII, 7). Alii ergo pro vobis orando pugnant contra invisibiles inimicos; vos pro eis pugnando laboratis contra visibiles barbaros. Utinam una fides esset in omnibus, quia et minus laboraretur, et facilius diabolus cum angelis suis vinceretur! Sed quia in hoc saeculo necesse est ut cives regni coelorum inter errantes et impios tentationibus agitentur, ut exerceantur, et tanquam in fornace sicut aurum probentur (Sap. III, 6), non debemus ante tempus velle cum solis sanctis et justis vivere, ut hoc suo tempore mereamur accipere.

no a algunos bienes de este siglo, en los cuales se vive con temor, ni nadie puede llevarlos consigo cuando muere, sino a ver a Dios: cuya suavidad y delectación excede toda belleza no solo de los cuerpos terrestres, sino incluso de los celestes; excede todo decoro de las almas por muy justas y santas que sean; excede toda apariencia de los Ángeles supernos y de las Virtudes; excede cualquier cosa que no solo se dice, sino que incluso se piensa de Él. Ni desesperemos de esta promesa tan grande porque sea muy grande, sino más bien, porque la prometió quien es muy grande, creamos que la hemos de recibir: pues como dice el bienaventurado apóstol Juan: "Hijos de Dios somos, y aún no ha aparecido lo que seremos: sabemos que cuando aparezca, seremos semejantes a Él, porque lo veremos tal como es" (1 Juan 3, 2).

4. No juzgues que nadie puede agradar a Dios sirviendo en las armas bélicas. En estas estaba el santo David, a quien el Señor dio tan gran testimonio; en estas también muchísimos justos de aquel tiempo. En estas estaba también aquel Centurión que dijo al Señor: "No soy digno de que entres bajo mi techo; sino solo di de palabra, y sanará mi criado. Pues también yo soy hombre constituido bajo potestad, teniendo bajo mí soldados, y digo a este: Ve, y va; y al otro: Ven, y viene; y a mi siervo: Haz esto, y lo hace"; de quien también el Señor dijo: "En verdad os digo, no he hallado tanta fe en Israel" (Mat 8, 8-10). En estas estaba también aquel Cornelio a quien el ángel enviado dijo: "Cornelio, aceptadas han sido tus limosnas, y oídas han sido tus oraciones"; donde le amonestó a que enviara al bienaventurado apóstol Pedro, y oyera de él lo que debía hacer; a cuyo apóstol, para que viniera a él, envió también a un religioso soldado (Hech 10, 4-8). En estas estaban también aquellos que habiendo venido a ser bautizados por Juan, el santo precursor del Señor y amigo del esposo, de quien el Señor mismo dice: "Entre los nacidos de mujer no se ha levantado otro mayor que Juan el Bautista" (Mat 11, 11), y le hubieran preguntado qué debían hacer; les respondió: "A nadie hagáis violencia, a nadie hagáis calumnia; básteos vuestro estipendio" (Luc 3, 14). No les prohibió ciertamente militar bajo las armas, a quienes mandó que su estipendio debía bastarles.

5. De mayor lugar son ciertamente ante Dios los que, abandonadas todas estas acciones seculares, le sirven incluso con la suma continencia de la castidad; "pero cada uno —como dice el Apóstol— tiene su propio don de Dios; uno de una manera, y otro de otra" (1 Cor 7, 7). Otros, pues, luchan contra los enemigos invisibles orando por vosotros; vosotros trabajáis luchando contra los bárbaros visibles por ellos. ¡Ojalá hubiera una sola fe en todos, porque también se trabajaría menos, y más fácilmente el diablo con sus ángeles sería vencido! Pero porque en este siglo es necesario que los ciudadanos del reino de los cielos sean agitados por tentaciones entre los errantes e impíos, para que sean ejercitados y como en el horno como el oro sean probados (Sab 3, 6), no debemos antes de tiempo querer vivir con solo los santos y justos, para que merezcamos recibir esto a su tiempo.

6. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hosti servanda est contra quem bellum geritur; quanto magis amico pro quo pugnatur! Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut liberet Deus a necessitate, et conservet in pace. Non enim pax quaeritur ut bellum excitetur, sed bellum geritur ut pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas: Beati enim pacifici, ait Dominus, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur (Matth. V, 9). Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax divina pro aeterna salute Angelorum! Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti et resistenti violentia redditur, ita victo vel capto misericordia jam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

7. Ornet mores tuos pudicitia conjugalis, ornet sobrietas et frugalitas: valde enim turpe est, ut quem non vincit homo, vincat libido; et obruatur vino, qui non vincitur ferro. Divitiae saeculares si desunt, non per mala opera quaerantur in mundo; si autem adsunt, per bona opera serventur in coelo. Animum virilem et christianum nec debent, si accedunt, extollere, nec debent frangere, si recedunt. Illud potius cogitemus quod Dominus ait, Ubi est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum (Matth. VI, 21); et utique cum audimus ut cor sursum habeamus, non mendaciter respondere debemus, quod nosti quia respondemus.

8. Et in iis quidem bene studiosum te esse cognovi, et fama tua multum delector, multumque tibi in Domino gratulor, ita ut haec epistola magis tibi sit speculum ubi qualis sis videas, quam ubi discas qualis esse debeas: verumtamen quidquid sive in ista sive in Scripturis sanctis inveneris, quod tibi ad bonam vitam adhuc minus est, insta ut acquiras et agendo et orando; et ex iis quae habes gratias age Deo tanquam fonti bonitatis unde habes; atque in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi humilitatem. Sicut enim scriptum est, Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum (Jacobi I, 17). Quantumcumque autem in Dei et proximi charitate atque in vera pietate profeceris, quamdiu in hac vita conversaris, sine peccato te esse non credas: de ipsa quippe legitur in Litteris sanctis, Numquid non tentatio est vita humana super terram (Job. VII, 1)?

6. Esto, pues, piensa primero cuando te armas para la lucha: que tu misma fuerza corporal es don de Dios. Pues así pensarás no actuar contra Dios partiendo del don de Dios. Pues la fe, cuando se promete, ha de ser guardada incluso al enemigo contra quien se hace la guerra; ¡cuánto más al amigo por quien se lucha! La voluntad debe tener la paz, la necesidad la guerra, para que Dios libre de la necesidad y conserve en la paz. Pues no se busca la paz para que se excite la guerra, sino que se hace la guerra para que se adquiera la paz. Sé, pues, pacífico incluso guerreando, para que a los que vences los lleves a la utilidad de la paz venciendo; pues "bienaventurados los pacíficos —dice el Señor—, porque ellos serán llamados hijos de Dios" (Mat 5, 9). Pero si la paz humana es tan dulce por la salud temporal de los mortales, ¡cuánto más dulce es la paz divina por la salud eterna de los Ángeles! Por tanto, al enemigo que lucha lo mate la necesidad, no la voluntad. Así como al que se rebela y resiste se le devuelve violencia, así al vencido o capturado ya se le debe misericordia, sobre todo en quien no se teme perturbación de la paz.

7. Adorne tus costumbres la pudicicia conyugal, adórnelas la sobriedad y la frugalidad; pues es muy torpe que a quien no vence el hombre, lo venza la libido; y sea abrumado por el vino quien no es vencido por el hierro. Si faltan las riquezas seculares, no se busquen en el mundo por malas obras; pero si están presentes, consérvense en el cielo por buenas obras. Ni deben, si llegan, envanecer, ni deben, si se retiran, quebrantar el ánimo varonil y cristiano. Pensemos más bien lo que dice el Señor: "Donde está tu tesoro, allí estará también tu corazón" (Mat 6, 21); y ciertamente cuando oímos que tengamos el corazón arriba, no debemos responder mentirosamente lo que sabes que respondemos.

8. Y en estas cosas ciertamente he conocido que eres bien estudioso, y mucho me deleito con tu fama, y mucho te felicito en el Señor, de modo que esta carta sea para ti más un espejo donde veas cómo eres, que donde aprendas cómo debas ser; no obstante, cualquier cosa que sea en esta o en las Sagradas Escrituras hallares, que te sea aún menos para la buena vida, insiste para adquirirla tanto obrando como orando; y de lo que tienes da gracias a Dios como a fuente de bondad de donde lo tienes; y en todos tus actos buenos dale a Él la claridad, a ti la humildad. Pues como está escrito: "Todo don óptimo y todo don perfecto es de arriba, descendiendo del Padre de las luces" (Sant 1, 17). Por mucho que, sin embargo, hayas aprovechado en la caridad de Dios y del prójimo y en la verdadera piedad, mientras conversas en esta vida, no creas que estás sin pecado; pues de ella se lee en las Letras santas: "¿Acaso no es una tentación la vida humana sobre la tierra?" (Job 7, 1).

Proinde quoniam semper, quamdiu es in hoc corpore, necessarium est tibi in oratione dicere quod Dominus docuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. VI, 12); memento cito ignoscere, si quis in te peccaverit, et a te veniam postulaverit, ut veraciter possis orare, et peccatis tuis veniam valeas impetrare. Haec Dilectioni quidem tuae festinanter scripsi, quoniam me festinatio perlatoris urgebat. Sed Deo gratias ago, quoniam bono desiderio tuo qualitercumque non defui. Semper te misericordia Dei protegat, domine eximie, et merito insignis atque honorabilis fili.

EPISTOLA CXC . Optato demonstrat quid de animae origine certum sit, quid merito vocetur in dubium, satagendumque esse hac in quaestione ut salva sit imprimis fides, qua credimus neminem nasci ex Adam nisi vinculo damnationis obstrictum, neminemque inde liberari nisi renascendo per Christum.

Domino beatissimo, et sincera dilectione desiderabili fratri et coepiscopo OPTATO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

CAPUT PRIMUM.

1. Quamvis tuae Sanctitatis nullas ad me ipsum datas acceperim litteras; tamen quia illae quas ad Mauritaniam Caesariensem misisti, me apud Caesaream praesente venerunt, quo nos injuncta nobis a venerabili papa Zosimus apostolicae Sedis episcopo ecclesiastica necessitas traxerat: factum est ut ea quae scripsisti, etiam ipse perlegerem, tradente mihi eamdem epistolam tuam famulo Dei sancto Renato, in Christo nobis fratre charissimo; quo petente, et mihi licet aliis occupato vehementer instante, ad ea sum respondere compulsus. Accessit huc etiam alterius sancti et cum debito honore nominandi fratris nostri, et quantum ab illo comperi, necessarii tui Muressis, cum in supra dicto oppido remoraremur, adventus; qui mihi retulit etiam sibi missas de hac re litteras Venerationis tuae, et me de hac ipsa quaestione consuluit, ut quid inde sentirem, vel meis vel suis rescriptis ad te faceret pervenire: Utrum scilicet animae ut corpora propagatione nascantur, sintque ex illa una quae primo homini creata est; an Creator omnipotens, qui utique usque nunc operatur, sine ulla propagatione novas faciat singulis proprias.

2. De qua re antequam aliquid admoneam sinceritatem tuam, scire te volo in tam multis opusculis meis nunquam me fuisse ausum de hac quaestione definitam proferre sententiam, et impudenter referre in litteras ad alios informandos, quod apud me non fuerit explicatum.

Por tanto, puesto que siempre, mientras estás en este cuerpo, te es necesario decir en la oración lo que el Señor enseñó: "Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores" (Mat 6, 12); acuérdate de perdonar pronto si alguien hubiere pecado contra ti y te hubiere pedido perdón, para que puedas orar verazmente y valgas impetrar el perdón para tus pecados. Esto a tu Caridad he escrito apresuradamente, puesto que la prisa del portador me urgía. Pero doy gracias a Dios, puesto que a tu buen deseo de cualquier modo no falté. Siempre te proteja la misericordia de Dios, señor eximio y por mérito insigne y honorable hijo.

CARTA CXC. A Optato le demuestra qué es lo cierto sobre el origen del alma, qué es lo que con razón se pone en duda, y que hay que ocuparse en esta cuestión para que se salve ante todo la fe, por la cual creemos que nadie nace de Adán sino ligado por el vínculo de la condenación, y que nadie es librado de allí sino renaciendo por Cristo.

Al señor beatísimo y por sincera caridad deseable hermano y coepíscopo OPTATO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Aunque no he recibido ningunas cartas de tu Santidad dadas a mí mismo; sin embargo, porque aquellas que enviaste a la Mauritania Cesariense llegaron estando yo presente en Cesarea, a donde nos había llevado una necesidad eclesiástica que nos impuso el venerable papa Zósimo, obispo de la Sede Apostólica: sucedió que yo mismo también leyera lo que escribiste, entregándome esa misma carta tuya el santo Renato, siervo de Dios y para nosotros hermano carísimo en Cristo; a petición del cual, e insistiendo él vehementemente aunque yo estaba ocupado en otras cosas, me vi obligado a responder a ellas. Se añadió a esto también la llegada de otro santo hermano nuestro, y que debe ser nombrado con el debido honor, y según supe por él, necesario amigo tuyo, Muresis, mientras demorábamos en la mencionada ciudad; quien me refirió que también a él le habían sido enviadas cartas de tu Veneración sobre este asunto, y me consultó sobre esta misma cuestión, para que lo que yo sintiera sobre ello llegara a ti o por mis respuestas o por las suyas: a saber, si las almas, como los cuerpos, nacen por propagación y son de aquella única que fue creada para el primer hombre; o si el Creador omnipotente, que ciertamente obra hasta ahora, hace nuevas propias para cada uno sin propagación alguna.

2. Sobre lo cual, antes de que amoneste algo a tu sinceridad, quiero que sepas que en tantos opúsculos míos nunca me he atrevido a proferir una sentencia definitiva sobre esta cuestión, y a poner impúdicamente en letras para informar a otros lo que no había sido explicado para mí mismo.

Quarum autem rerum atque causarum consideratione permovear, ut in neutram assertionem meus inclinetur assensus, sed adhuc inter utramque disceptem, nimis longum est hac epistola expromere; nec tam necessarium, ut hoc omisso non possit de hac quaestione quod satis est disputari, etsi non ad auferendam cunctationem, certe ad cavendam temeritatem.

3. Illud enim ubi vel maxime fides christiana consistit, quod Per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur (I Cor. XV, 21, 22); et quod Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt; et quod Judicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in justificationem vitae; et quod Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, et per unius justificationem in omnes homines in justificationem vitae (Rom. V, 12, 16, 18): et si qua alia testimonia declarant neminem nasci ex Adam, nisi vinculo delicti et damnationis obstrictum, neminemque inde liberari nisi renascendo per Christum; tam inconcusse tenere debemus, ut sciamus eum qui hoc negaverit, nullo modo ad Christi fidem, et ad eam quae per Christum datur pusillis et magnis, Dei gratiam pertinere. Unde si origo animae lateat, dum tamen redemptio clareat, periculum non est: neque enim in Christum credimus ut nascamur, sed ut renascamur, quomodocumque nati fuerimus.

4. Hactenus autem dicimus sine periculo latere animae originem, ut non tamen eam partem Dei esse credamus, sed creaturam. Nec de Deo natam, sed ab illo factam, atque in ejus genus adoptandam mirabili dignatione gratiae, non parili dignitate naturae. Nec eam corpus esse, sed spiritum; non Creatorem utique, sed creatum. Nec ideo venisse in hoc corpus corruptibile quo gravatur, quod ad illud eam vitae in coelestibus vel in quibuslibet aliis partibus mundi antea male gestae merita compulerint. Nondum enim natos Apostolus, cum de Rebeccae geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni vel mali; ut non ex operibus, quibus nullis alter distinguebatur ab altero, sed ex vocante diceretur, minori serviturum esse majorem (Id. IX, 11-13).

CAPUT II.

5. His igitur firmissime constitutis, si tam reconditum atque additum est in occultis operibus Dei, ut nec Scripturarum divinarum manifesto eloquio declaretur, utrum propterea nihil boni vel mali nondum nati egisse credendi sint, quia non ex aliis propagatas, sed mox ex nihilo creatas animas singuli accipiunt; an quia cum essent originaliter in parentibus, adhuc ipsi nulli erant qui suas et proprias vitas agerent:

Por la consideración de qué cosas y causas me mueva para que mi asenso no se incline hacia ninguna de las dos aserciones, sino que aún discuta entre ambas, es demasiado largo de exponer en esta carta; ni tan necesario que, omitido esto, no pueda disputarse sobre esta cuestión lo que es suficiente, si no para quitar la duda, ciertamente para evitar la temeridad.

3. Pues aquello en lo que máximamente consiste la fe cristiana, que "por el hombre la muerte y por el hombre la resurrección de los muertos: pues como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados" (1 Cor 15, 21-22); y que "por un solo hombre el pecado entró en este mundo, y por el pecado la muerte; y así la muerte pasó a todos los hombres, en el cual todos pecaron"; y que "el juicio ciertamente de uno para la condenación; la gracia, en cambio, de muchos delitos para la justificación de la vida"; y que "por el delito de uno a todos los hombres para la condenación, y por la justificación de uno a todos los hombres para la justificación de la vida" (Rom 5, 12. 16. 18): y si cualesquiera otros testimonios declaran que nadie nace de Adán sino ligado por el vínculo del delito y de la condenación, y que nadie es librado de allí sino renaciendo por Cristo; tan inconcusamente debemos mantenerlo que sepamos que quien esto negare, de ningún modo pertenece a la fe de Cristo, y a aquella gracia de Dios que se da por Cristo a los pequeños y a los grandes. Por lo cual, si el origen del alma se oculta, con tal de que la redención sea clara, no hay peligro: pues no creemos en Cristo para nacer, sino para renacer, de cualquier modo que hayamos nacido.

4. Pero hasta aquí decimos que sin peligro se oculta el origen del alma: con tal que no creamos que ella es parte de Dios, sino criatura. Ni nacida de Dios, sino hecha por Él, y que ha de ser adoptada en su linaje por una admirable dignación de la gracia, no por una parigual dignidad de la naturaleza. Ni que ella sea cuerpo, sino espíritu; no el Creador ciertamente, sino creado. Ni que por eso haya venido a este cuerpo corruptible por el que es gravada, porque a ello la compitieran los méritos de una vida anteriormente mal llevada en los cielos o en cualesquiera otras partes del mundo. Pues de los aún no nacidos dice el Apóstol, hablando de los gemelos de Rebeca, que nada habían hecho de bueno o de malo; para que no por las obras, por las cuales ninguno se distinguía del otro, sino por el que llama, se dijera que el mayor serviría al menor (Rom 9, 11-13).

CAPÍTULO II.

5. Establecidas, pues, estas cosas firmísimamente, si es tan recóndito y escondido en las obras ocultas de Dios que ni por la manifiesta elocuencia de las Escrituras divinas se declare si por eso se ha de creer que nada de bueno o de malo hicieron los aún no nacidos, porque no reciben almas propagadas de otras, sino creadas pronto de la nada; o porque, cuando estaban originalmente en los padres, ellos mismos aún no eran ningunos que llevaran sus propias y privadas vidas:

illa tamen sit fides salva, qua credimus nullum hominum, sive majoris, sive parvulae quamlibet et recentis aetatis, liberari a contagione mortis antiquae et obligatione peccati quod prima nativitate contraxit, nisi per unum mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Jesum (I Tim. II, 5).

6. Cujus hominis ejusdemque Dei saluberrima fide, etiam illi justi salvi facti sunt, qui, priusquam veniret in carne , crediderunt in carne venturum. Eadem namque fides est et nostra et illorum, quoniam hoc illi crediderunt futurum, quod nos credimus factum: unde dicit apostolus Paulus, Habentes autem eumdem Spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur (II Cor. IV, 13). Si ergo eumdem Spiritum fidei et illi habebant qui venturum in carne Christum praenuntiarunt, quem etiam illi qui eum venisse nuntiarunt; sacramenta esse potuerunt pro temporum diversitate diversa, ad unitatem tamen ejusdem fidei concordissime recurrentia. Scriptum est in Actibus Apostolorum, loquente apostolo Petro: Nunc ergo quid tentatis Deum imponere jugum supra collum discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Jesu credimus nos salvos fieri, quemadmodum et illi (Act. XV, 10, 11). Si ergo et illi, id est, patres, portare jugum legis veteris non valentes, per gratiam Domini Jesu salvos se fieri crediderunt; manifestum est quod haec gratia etiam antiquos justos vivere fecit ex fide: justus enim ex fide vivit (Habac. II, 4).

7. Lex autem subintravit ut abundaret delictum; ut superabundaret gratia (Rom. V, 20), per quam sanaretur delicti abundantia. Si enim data esset lex quae vivificare posset, omnino ex lege esset justitia. Cui tamen bono Lex data sit , consequenter adjunxit dicens: Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus (Galat. III, 21, 22). Danda itaque fuerat Lex, quae manifestius sibi ipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanus a seipso se posse esse justum putaret, et ignorans Dei justitiam, id est quae homini ex Deo est, et suam volens constituere, id est quasi suis viribus partam, justitiae Dei subjectus non fieret (Rom. X, 3). Oportebat itaque ut addito mandato cujus vox est, Non concupisces (Exod. XX, 17), superbo peccatori etiam praevaricationis crimen accederet; atque ita gratiae medicinam non sanata per Legem, sed convicta infirmitas quaereret.

sea sin embargo salva aquella fe por la cual creemos que ninguno de los hombres, sea de mayor o de pequeña edad por muy reciente que sea, es librado del contagio de la muerte antigua y de la obligación del pecado que contrajo por la primera natividad, sino por el único mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús (1 Tim 2, 5).

6. Por la saludabilísima fe de este hombre y del mismo Dios, también aquellos justos se hicieron salvos que, antes de que viniera en la carne, creyeron que había de venir en la carne. Pues la misma fe es la nuestra y la de ellos, puesto que ellos creyeron que esto había de ser, lo que nosotros creemos que ha sido hecho; de donde dice el apóstol Pablo: "Teniendo, pues, el mismo Espíritu de fe, según lo que está escrito: Creí, por lo cual hablé, también nosotros creemos, por lo cual también hablamos" (2 Cor 4, 13). Si, pues, el mismo Espíritu de fe tenían también aquellos que prenunciaron que Cristo vendría en la carne, el cual también tenían aquellos que anunciaron que ya había venido; los sacramentos pudieron ser diversos según la diversidad de los tiempos, recurriendo sin embargo concordísimamente a la unidad de la misma fe. Escrito está en los Hechos de los Apóstoles, hablando el apóstol Pedro: "Ahora pues, ¿por qué tentáis a Dios imponiendo un yugo sobre el cuello de los discípulos, que ni nuestros padres ni nosotros pudimos llevar? Sino que por la gracia del Señor Jesús creemos que somos salvos, del mismo modo que también ellos" (Hech 15, 10-11). Si, pues, también ellos, esto es, los padres, no pudiendo llevar el yugo de la ley antigua, creyeron que eran salvos por la gracia del Señor Jesús; manifiesto es que esta gracia hizo vivir por la fe también a los antiguos justos: pues el justo vive por la fe (Habac 2, 4).

7. La ley, empero, subentró para que abundara el delito; para que superabundara la gracia (Rom 5, 20), por la cual se sanara la abundancia del delito. Pues si hubiera sido dada una ley que pudiera vivificar, la justicia sería totalmente por la ley. Para qué bien fue dada la ley, sin embargo, lo añadió consecuentemente diciendo: "Pero la Escritura lo concluyó todo bajo pecado, para que la promesa por la fe de Jesucristo fuera dada a los creyentes" (Gál 3, 21-22). Debía ser dada, por tanto, la Ley, que más manifiestamente mostrara el hombre a sí mismo, no fuera que el soberbio ánimo humano pensara poder ser justo por sí mismo, e ignorando la justicia de Dios, esto es, la que es para el hombre de parte de Dios, y queriendo constituir la suya, esto es, como parida por sus propias fuerzas, no se hiciera sujeto a la justicia de Dios (Rom 10, 3). Convenía, pues, que añadido el mandato cuya voz es: "No codiciarás" (Éx 20, 17), al soberbio pecador le accediera también el crimen de la prevaricación; y así la medicina de la gracia buscara la enfermedad no sanada por la Ley, sino convicta.

8. Proinde, cum omnes justi, hoc est veraces Dei cultores, sive ante incarnationem, sive post incarnationem Christi, nec vixerint, nec vivant, nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratiae plenitudo; profecto quod scriptum est, Non esse aliud nomen sub coelo, in quo oporteat salvos fieri nos (Act. IV, 12), ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est genus humanum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita in regno vitae nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes injusti, ita per Christum omnes justi homines. Sicut per Adam omnes mortales in poena facti sunt filii saeculi, ita et per Christum omnes immortales in gratia fiunt filii Dei.

CAPUT III.

9. Cur autem creentur etiam illi quos Creator praescivit ad damnationem non ad gratiam pertinere, beatus Apostolus tanto succinctiore brevitate, quanto majore auctoritate commemorat. Deum enim dicit volentem ostendere iram, et demonstrare potentiam suam, attulisse in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret divitias gloriae suae in vasa misericordiae; quem superius dixerat tanquam figulum luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam (Rom. IX, 22, 21). Merito autem videretur injustum, quod fiunt vasa irae ad perditionem, si non esset ipsa universa ex Adam massa damnata. Quod ergo fiunt inde nascendo vasa irae, pertinet ad debitam poenam: quod autem fiunt renascendo vasa misericordiae, pertinet ad indebitam gratiam.

10. Ostendit ergo Deus iram suam; non utique animi perturbationem, sicut est quae ira hominis nuncupatur, sed justam fixamque vindictam, quia de stirpe inobedientiae ducitur propago peccati atque supplicii. Et homo natus ex muliere, sicut in libro Job scriptum est, brevis est vitae et plenus iracundiae (Job. XIV, 1, sec. LXX). Ejus enim rei vas est, qua plenus est: unde irae vasa dicuntur. Ostendit et potentiam suam, qua bene etiam utitur malis, multa illis naturalia et temporalia bona largiens, eorumque malitiam ad exercendos et comparatione admonendos bonos accommodans, ut in eis discant agere gratias Deo quod ab eis, non suis meritis, quae in eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione discreti sunt. Quod maxime apparet in parvulis, de quibus, cum per Christi gratiam renascuntur, et istam vitam in illa tenera aetate finientes in aeternam transeunt et beatam, dici non potest quod libero discernuntur arbitrio ab aliis infantibus qui sine hac gratia in ipsius massae damnatione moriuntur.

8. Por tanto, como todos los justos, esto es, veraces cultivadores de Dios, sea antes de la encarnación, sea después de la encarnación de Cristo, ni hayan vivido ni vivan sino por la fe de la encarnación de Cristo, en el cual está la plenitud de la gracia; por cierto que lo que está escrito: "No haber otro nombre bajo el cielo en el que nos convenga ser salvos" (Hech 4, 12), vale para salvar al género humano desde aquel tiempo en que en Adán fue viciado el género humano. "Pues como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados". Porque así como en el reino de la muerte nadie sin Adán, así en el reino de la vida nadie sin Cristo. Como por Adán todos los injustos, así por Cristo todos los hombres justos. Como por Adán todos los mortales en la pena fueron hechos hijos del siglo, así también por Cristo todos los inmortales en la gracia son hechos hijos de Dios.

CAPÍTULO III.

9. Por qué, sin embargo, son creados también aquellos que el Creador presabía que pertenecerían a la condenación y no a la gracia, el bienaventurado Apóstol lo conmemora con una brevedad tanto más sucinta cuanto mayor es su autoridad. Pues dice que Dios, queriendo mostrar su ira y demostrar su potencia, soportó con mucha paciencia los vasos de la ira, que están preparados para la perdición, y para dar a conocer las riquezas de su gloria sobre los vasos de misericordia; a quien arriba había llamado como alfarero de barro que de la misma masa hace un vaso para honor y otro para contumelia (Rom 9, 22. 21). Pero con razón parecería injusto que se hagan vasos de ira para la perdición, si no estuviera condenada esa misma masa universal proveniente de Adán. Por tanto, el que de allí se hagan vasos de ira al nacer, pertenece a la pena debida; pero el que se hagan vasos de misericordia al renacer, pertenece a la gracia indebida.

10. Dios, pues, muestra su ira; no ciertamente una perturbación del ánimo, como es la que se llama ira del hombre, sino una justa y fija venganza, porque de la estirpe de la desobediencia se deriva la prole del pecado y del suplicio. Y el hombre nacido de mujer, como está escrito en el libro de Job, es de vida breve y está lleno de ira (Job 14, 1, según la LXX). Pues es vaso de aquello de lo que está lleno; por lo cual se llaman vasos de ira. Muestra también su potencia, con la cual usa bien incluso de los malos, otorgándoles muchos bienes naturales y temporales, y acomodando la malicia de ellos para ejercitar y amonestar por comparación a los buenos, para que en ellos aprendan a dar gracias a Dios de que de ellos hayan sido distinguidos, no por sus propios méritos, que en la misma masa fueron iguales, sino por la misericordia de Él. Lo cual aparece sobre todo en los párvulos, de los cuales, cuando renacen por la gracia de Cristo, y terminando esta vida en esa tierna edad pasan a la eterna y bienaventurada, no se puede decir que por libre albedrío son distinguidos de los otros niños que mueren sin esta gracia en la condenación de la misma masa.

11. Si autem hi soli crearentur ex Adam, qui essent per gratiam recreandi, et praeter illos qui in Dei filios adoptantur, nulli alii homines nascerentur, lateret beneficium quod donaretur indignis; quia nullis ex eadem damnabili stirpe venientibus debitum supplicium redderetur. Cum vero attulit in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, non solum ostendit iram et demonstravit potentiam suam redhibendo vindictam, et bene utendo non bonis, sed etiam notas fecit divitias gloriae suae in vasa misericordiae. Ita enim quid praestetur sibi dicit gratis justificatus, dum non suo merito, sed gloria largissimae Dei misericordiae discernitur a damnato, cum quo eadem justitia fuerat et ipse damnandus.

12. Tam multos autem creando nasci voluit, quos ad suam gratiam non pertinere praescivit, ut multitudine incomparabili plures sint illis quos in sui regni gloria filios promissionis praedestinare dignatus est; ut etiam ipsa rejectorum multitudine ostenderetur, quam nullius momenti sit apud Deum justum quantalibet numerositas justissime damnatorum. Atque ut hinc quoque intelligant qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massae illi universae, quod tam magnae parti ejus redditum cernerent, non solum in eis qui originali peccato multa addunt malae voluntatis arbitrio, verum etiam in tam multis parvulis qui tantummodo vinculo peccati originalis obstricti, sine gratia Mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe ista massa justae damnationis reciperet debitum, nisi ex ea faceret non solum justus, sed etiam misericors figulus alia vasa in honorem secundum gratiam, non secundum debitum; dum et parvulis subvenit, quorum nulla merita dici possunt, et majores praevenit, ut habere aliqua merita possint.

CAPUT IV.

13. Quae cum ita sint, si assertio tua non eo tendit, ut novas animas dicas propter innocentiam novitatis suae, antequam ad peccandum libero utantur arbitrio, damnationi originali obnoxias esse non posse; sed eas fide catholica confiteris, etiamsi in illa tenera aetate de corpore exierint, in damnationem perditionis ituras, nisi Sacramento Mediatoris, qui venit quaerere et salvum facere quod perierat (Luc. XIX, 10), liberentur:

11. Pero si solo estos fueran creados de Adán, los que habrían de ser recreados por la gracia, y además de aquellos que son adoptados como hijos de Dios, no nacieran otros hombres, quedaría oculto el beneficio que se donaría a los indignos; porque a ninguno de los que vienen de la misma estirpe condenable se le daría el suplicio debido. Pero cuando soportó con mucha paciencia los vasos de la ira, que están preparados para la perdición, no solo mostró la ira y demostró su potencia retribuyendo la venganza y usando bien de los que no son buenos, sino que también dio a conocer las riquezas de su gloria sobre los vasos de misericordia. Pues así dice el que es justificado gratuitamente qué se le concede a él mismo, mientras que no por su propio mérito, sino por la gloria de la larguísima misericordia de Dios es distinguido del condenado, con el cual por la misma justicia él mismo habría de ser condenado.

12. Además, quiso que tantos naciesen al ser creados, que presabía que no pertenecerían a su gracia, que son incomparablemente más numerosos que aquellos que se dignó predestinar como hijos de la promesa a la gloria de su reino; para que incluso por la misma multitud de los rechazados se mostrase cuán de ningún momento es ante Dios justo cualquier numerosidad de los muy justamente condenados. Y para que de aquí también entiendan los que de esa misma condenación son redimidos, que esto era lo debido a toda esa masa universal, lo cual veían que se devolvía a tan gran parte de ella, no solo en aquellos que al pecado original añaden muchos males por el arbitrio de una mala voluntad, sino también en tantos párvulos que, ligados solamente por el vínculo del pecado original, son arrebatados de esta luz sin la gracia del Mediador. Pues toda esa masa recibiría el debido de la justa condenación, si de ella no hiciera el Alfarero no solo justo, sino también misericordioso, otros vasos para honor según la gracia, no según el debido; mientras que socorre a los párvulos, de los cuales no se pueden decir ningunos méritos, y previene a los mayores, para que puedan tener algunos méritos.

CAPÍTULO IV.

13. Siendo esto así, si tu aserción no tiende a eso, a que digas que las almas nuevas, por la inocencia de su novedad, antes de que usen el libre albedrío para pecar, no pueden estar sujetas a la condenación original; sino que confiesas con la fe católica que, aunque salgan del cuerpo en esa tierna edad, irán a la condenación de la perdición, a no ser que sean liberadas por el Sacramento del Mediador, que vino a buscar y a salvar lo que había perecido (Lc 19, 10):

quaere ubi, vel unde, vel quando coeperint damnationis meritum habere, si novae sunt, ita sane ut Deum non facias, nec aliquam naturam quam non condidit Deus, vel peccati earum vel innocentum damnationis auctorem. Et si inveneris quod te quaerere admonui, quod ipse adhuc, fateor, non inveni, defende quantum potes, atque assere animarum infantium ejusmodi esse novitatem, ut nulla propagatione ducantur; et nobiscum quod inveneris fraterna dilectione communica.

14. Si autem non inveneris quare vel quomodo fiant animae infantium peccatrices, et nihil in seipsis habentes malitiae, a quo cogantur ex Adam trahere unde damnentur, cum eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas, sed novas atque insontes includi carne peccati; nec sic jam temere in aliam sententiam tua deflectatur assensio, ut eas ex illa una credas propagando traduci; ne forte alius invenire possit quod ipse non possis, aut aliquando invenias quod nunc non potueris. Nam et illi qui animas ex una propagari asserunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus, sed corpora esse contendunt, et corpulentis seminibus exoriri: quo perversius quid dici potest? Neque hoc Tertullianum somniasse mirandum est, qui etiam ipsum creatorem Deum non esse nisi corpus opinatur.

15. Qua dementia repulsa a corde atque ore christiano, quisquis animam, sicuti est, non esse corpus sed spiritum confitetur, et tamen in filios ex parentibus duci; in eo quidem nullis coarctatur angustiis, quod omnes animas, etiam parvulorum, quos Ecclesia non utique in falsam, sed in veram peccatorum remissionem baptizat, vera fides praedicat trahere originale peccatum propria primi hominis voluntate commissum, et in omnes posteros generatione transmissum, sola regeneratione purgandum: sed cum considerari et pertractari coeperit quid dicatur, mirum si ullus sensus comprehendit humanus quonam modo tanquam lucerna de lucerna accendatur et sine detrimento alterius alter inde ignis existar, sic anima de anima parentis fiat in prole, vel traducatur in prolem; utrum incorporeum semen animae, sua quadam occulta et invisibili via seorsum ex patre currat in matrem eum fit conceptus in femina; an, quod est incredibilius, in semine corporis lateat.

busca dónde, o de dónde, o cuándo empezaron a tener mérito de condenación, si son nuevas, de tal manera que no hagas a Dios, ni a ninguna naturaleza que Dios no haya creado, autor ni del pecado de ellas ni de la condenación de los inocentes. Y si encuentras lo que te he amonestado que busques, lo cual yo mismo hasta ahora, lo confieso, no he encontrado, defiéndelo cuanto puedas, y afirma que la novedad de las almas de los párvulos es de tal clase que no son derivadas por ninguna propagación; y comunica con nosotros por dilección fraterna lo que encuentres.

14. Pero si no encuentras por qué o cómo las almas de los párvulos se hacen pecadoras, y no teniendo en sí mismas nada de malicia por lo cual sean obligadas a traer de Adán de dónde sean condenadas, mientras crees que no son propagadas de aquella primera pecadora, sino que nuevas e inocentes son incluidas en la carne de pecado; no se desvíe todavía así tan temerariamente tu asentimiento hacia otra sentencia, de modo que creas que son traducidas de aquella única por propagación; no sea que tal vez otro pueda encontrar lo que tú mismo no puedes, o tú mismo encuentres alguna vez lo que ahora no has podido. Pues también aquellos que afirman que las almas se propagan de la única que Dios dio al primer hombre, y así dicen que son traídas de los padres, si siguen la opinión de Tertuliano, por cierto contienden que ellas no son espíritus, sino cuerpos, y que surgen de semillas corpulentas: ¿qué cosa más perversa puede decirse que esto? Ni es de admirar que Tertuliano haya soñado esto, quien también opina que el mismo Dios creador no es sino cuerpo.

15. Rechazada esta demencia del corazón y de la boca cristiana, quienquiera que confiese que el alma, como es, no es cuerpo sino espíritu, y sin embargo es derivada a los hijos desde los padres; en eso por cierto no es coartado por ninguna angostura, porque la verdadera fe predica que todas las almas, incluso las de los párvulos, a quienes la Iglesia bautiza ciertamente no para una falsa, sino para una verdadera remisión de los pecados, traen el pecado original cometido por la propia voluntad del primer hombre, y transmitido por generación a toda la posteridad, para ser purgado solo por la regeneración: pero cuando se empieza a considerar y a tratar qué se dice, es maravilla si algún sentido humano comprende de qué modo, como una lámpara se enciende de otra lámpara y sin detrimento de la otra existe allí otro fuego, así el alma se haga de la del padre en la prole, o sea traducida a la prole; si una semilla incorpórea del alma, por su propia vía oculta e invisible, corre aparte desde el padre hacia la madre cuando se hace el concepto en la mujer; o, lo que es más increíble, late en la semilla del cuerpo.

Cum autem fluunt irrita sine ullis conceptibus semina, utrum semen animae non simul exeat, an summa celeritate atque atomo temporis unde exierat recurrat, an pereat: et si perit, quomodo ipsa cujus mortale semen est, immortalis est anima; an immortalitatem tunc accipit, quando formatur ut vivat, sicut justitiam quando formatur ut sapiat. Et quo pacto eam Deus fingat in homine, etiamsi anima seminaliter trahatur ex anima, sicut fingit in homine corporis membra, quamvis corpus seminaliter trahatur ex corpore. Si enim non etiam spiritualis creatura fingeretur a Deo, non scriptum esset, Qui fingit spiritum hominis in ipso (Zach. XII, 1): et in eo quod legitur, Qui fingit singillatim corda hominum (Psal. XXXII, 15); si per corda significatae sunt animae, fingi eas posse quis dubitet? sed quaeritur utrum ex una anima hominis primi; sicut fingit singillatim facies hominum, ex uno tamen corpore hominis primi.

Además, cuando fluyen irritas las semillas sin ningunos conceptos, si la semilla del alma no sale al mismo tiempo, o con suma celeridad y en un átomo de tiempo vuelve de donde había salido, o perece: y si perece, ¿cómo es inmortal la misma de quien es semilla mortal; o recibe entonces la inmortalidad, cuando es formada para que viva, como la justicia cuando es formada para que sepa? Y de qué modo Dios la forma en el hombre, aunque el alma sea traída seminalmente del alma, como forma en el hombre los miembros del cuerpo, aunque el cuerpo sea traído seminalmente del cuerpo. Pues si no fuese formada por Dios también la criatura espiritual, no estaría escrito: «El que forma el espíritu del hombre en él mismo» (Zac 12, 1); y en lo que se lee: «El que forma singularmente los corazones de los hombres» (Sal 32, 15); si por los corazones están significadas las almas, ¿quién duda que pueden ser formadas? Pero se busca si de la única alma del primer hombre; así como forma singularmente las caras de los hombres, de un único cuerpo, sin embargo, del primer hombre.